



29	annunzjare	leggere	rifpostare
41	riposta	leggi	Attilio
47	Attilio	leggi	vicino
48	vicino	leggere	Scipione
57	Scipione	leggere	così Claudio
60	con Claudio	leggere	farlo
71	farlo	leggere	i romori
75	i romori	leggere	

ne era venuto per ammararlo, & di poi il paenitato
presentza di quello se ne tornava in dietro, & si fece
a zare con aiutar gli tenere la mano salda la quale
era.

Gneo Pompeo Magno, c.a.p. LXXVII.

 **N**E O Pompeo Magno, havendo nelle guerre
Civili segnato le parti di Silla, si portò in mo-
do che e fu da quello grandamente amato, cauò
sicilia di mano de i Rubelli senza combattere, tolse la
omida à Larba & la rende à Massimiliano, triomfo di
ventisei

Gli altri fatti, si per falli di lettere come d'accenti, si
rimettono al giudizio de i lettori.

Questo libro non piache per sé è molto de anni

DE DONATIONIBVS. ACADEMICA RELECTIO.

QVAM EX VESPERTINO SVGGESTV CLARISSIMIS, CHARISSIMISQVE SVIS EXCEPTORIBVS DICTAVIT ANNO DOMINI M.DC.LXII. NVNC VERO AVCTAM, TRIPLOQVE MAIOREM PVBLICIS FORMIS, IISDEM STVDIOSIS, SECTATORIBVSQVE SVIS DAT,
DICAT, DONAT: QVI EOS MAIORIBVS DONIS AVCTOS, MACTOS
QUE EXOPTAT, ET PRECA. *del Rey ee*
Colegio Alcala TVR VOTIS AD INVIDIAM FOELICIBVS. *Anno 1714*

Perpetuus eorum obseruator,
paterno affectu, iugis studio.

JOSEPHVS FERNANDEZ DE RETES,
I. C. HONTIVERIENSIS.
SALMANTINVS IVRIS CIVILIS
DOCTOR PRIMARIUSQVE
ANTECESSOR.

Cum D. Chācellarj permisu.

SALMANTICÆ.

Ex Officina Antonij à Cossio, Typographi
Vniuersitatis.

Aodio et Colegio del Rey de Salamanca

SENECA.
IN PROLOGO CON-
TROVERSIARVM.



LLVD vnum non differam,
falsam opinionem de illo in anti-
mis hominum conualuisse. Pu-
tant enim, fortiter quidem,
sed parum subtiliter cum di-
xisse: cum in illo, si qua alia
virtus fuit, etiam subtilitas fuerit. Id quod
nunc à nullo fieri animaduerto, semper fecit.
Antequam dicere inciperet, sedens, quæstio-
nes eius, quam dicturus erat, controuersia pro-
ponebat, quod summe fiducia est. &c. Vnde
hec de illo fama? Nihil est iniquius his, qui
nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi ni-
bil est præter subtilitatem.

Cum D. Cypriellus] estinigia

Digitized by Google



ILLVST R I S S I M I D.
PRÆCLARISSIMI HEROIS.

DOMINI D. ALVARI

DE BENAVIDES ET BAZAN.

Apud Salmanticenses olim maioris nobilissimi
Collegij Conchensis egregij Sodalis, Primarij
Iuris Pontificij Cathedræ eiusdem Almæ Uni-
uersitatis doctissimi Moderatoris, strenui, &
acclamatissimi Regentis. Illustrum Comitum
de Sanctisteban filij, solo solio minoris. Equi-
tis D. Iacobi, Commendatarij *de la Puebla de*
Sancho Perez. Post varios vtriusque togæ ho-
nores à consilijs potentissimi Regis nostri in
Supremo Noui Orbis Confessa. Quem expe-
ctant, ambiunt, expetunt potiora in regni
gubernaculo. Auctoris Cōmagistri, &
quondam in munere docendi
collegæ.

CENSURA EX DELEGATIONE DNI CHANCELLARI.



ON translatus, sed redditus Salmant-
censium Vrbi, Scientiarum Orbii, ne-
gotiorum regalium ministerio ad tem-
pus mancipatus, iussu supremi Schola-
sticorum iudicis, & litteratorum Pro-
consulis, maximique Chancellarij Do-
mini

mini D. Mathia de Rada Equitis Calatravensis, olim
S. Ildephoni majoris Cöplutensis Collegij meritis im-
alumni, nunc maximis maiora merentis, & adepturi (ve
ex animi intentio censeo, & vobis) vidi amorem, &
utilem hunc de Donationibus tractatum; & velut tra-
ctam ad alia prioribus similä elaborata opera D. IO-
SEPHI FERNANDEZ DE RETES, & arrham, seu
pignus praesens ac certum fructus nascituri in feraci, &
amplo litterarij genij sui fundo, aliumque ex magno, &
pio inter litteratos strenuo Aenea Ascanium, qui totum
cum ore referat, is profecto non degener evasit, sed qui
posset; si tanta non esset, & optima indolis, primis red-
dere clariorem omnibus me hercule reponuntur ab hoc
parente negotium, & ocium, labor & quies somnus, & vigilia
sed paulo maiora cecinit recenti opere præstans, liberalem da-
tionem, quæ nullo casu reuocabitur.

Iamque opus exigit quod nec Iouis Ira nec ignis.
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Inest factis fatorum beneficio perennitas; pedissequa-
enim; & famula est fortuna virtutis: datio (vt celoria ma-
nu officium repetamus) genus est; & specialiter bono pu-
blico auctori donatum, continet plurima, dores, mutuum,
permutationes, legata, fideique commissa; quæ graphi-
cè, & fideliter nunc explanantur: omnino, ac iusta ex
causa ab hoc opere arceatur, & relegate illa vox donare
est perdere; siquidem hic quas dat semper habet opes non in
glorius auctor de irreuocabilibus disputans, ac eruditio-
nis beneficio gentium iure debitores acquirens, cu-
ntosque voluntarie in censem deducēs, & discipulorum
locupletissimus factus suas lineas. (rerum omnium me-
liorem copiam) interroget, & a suo calamo discat apud
eum sunt Phæbitrypodes, cui contigit mens instar ora-
culi, quem scriptis, & verbo Salmantini, & magistri, &
studentes iam structi, iam struendi consilunt, vt in illo
litterario puluere dicere queant tibi.

Quid

*Quidquid pugnamus, quidquid fæliciter actum
Debemus; meritisque tuis Rhæmonia donat.*

Ex singulis namq; litterarum suarum dictiōibus erū-
punt sales, proſiliunt floſculi; iurent omnes potius in ſua,
quam in Platonis verba. Quid eloquar? dum breuis pa-
gina capere non poſit encomiorum veram congeriem,
vel à prima ætate ad titulum de Interdictis, & Relegatis
commentaria exorta: vnuſ vel tunc erat in quo ætas eru-
ditione ſupplebatur. Scientiarum incremento congrua
maturitate compensata: omnibus viſiſus aut præcox Am-
phion; aut præmaturus Apollo. Vano, ſe emblemate
iactet antiquitas de ſuis Celſo, & ac Nerua in iuventute pe-
ritis: cum Celſo celiſor, & Nerua neruofior noster Au-
tor apparuerit in etatis aurora. Sed Dux ille ab aurora. Et
literatorum magnus, ac Hontiberiensis nobilitatis, &
antiquæ ſiripis ſplendidas ſoboles, nouus ex antiquo ar-
matorum genere ſcitiſſimus. Cæſar cum in litteris tule-
rit palmam, & in armis adeptus sit gloriam. Panegyrim
non formio, ſed cengeo, fine m impono cum officio, &
afeſtui non faris; ac iudico posse (imo deberi) librum
luce donari, ut lucem donet: nec contrarium ſed conſen-
taneum præceptis catholicis, & iuridicis, iterum, &
millies ita cengeo. Salmanticæ, die 4. Aprilis,
Anno 1665.

*D. Aluarus de Benavides
& Balan.*

D.

D. L. D. JOANNES FERNANDEZ DE
HENESTROSSA, Eques nobilissimus Or-
dinis Alcantarenensis, Collegij amplissimi Con-
chensis per illustris Togatus scitissimus, differ-
tissimusque Prolyta. Auctoris quondam
assiduissimus Sectator: ingenij cultu,
indolis politura, inter praeclaros
merito recensendus
Professores
**DE AVCTORE, DEQVE SCRIPTO AD
LECTORES.**

NON mihi mens, polite Lector, (ex his, & pauci
hæc curant præludia) ut ab istis nugis mag-
num preceptorem meum agnoscere petatis,
inane hoc fateor; & fateamini vos, Academ-
mia, & totus ferè orbis, cui notissimum eius scripta fe-
cere. Benè notum dixit Casiodor. qui meritis asseritur; nam
abundè cognoscitur quisquis fami teste laudatur; nec eius com-
mendare mirabiles dotes intendo; magni iam iam des-
criperunt rogati, & viuidis depinxerunt coloribus, quo-
rum lineas intercidere haud conabor, nec daretur subti-
lieris Apellis penicillo: nō encomijs vacabo, qualia hæc
ut tanto viro digna? cuius MODESTIA parui hæc fa-
cit, imò cum Pinio dicam, quantum ad me pertinet laboran-
bo, ut orationem meam ad modestiam principis moderatio-
nemque submittam; nec minus considerabo, quid aures eius pati
possint, quam quid virtutibus debeatetur. Lætari ergo de his
in profectum communem curis vobiscum appeto, & in
hilare prorumpere IO, IO Mineruæ sacra proles, deside-
ratum accipite, excipietis ideo, de Donationibus tractatū
liberali porrectum manu, cui ne ingratus videar, hanc
gra;

titudinis quasi tabellam in limine appendere volui. Testor me tot deuinctum beneficis, quot non essem soluendo, si non redderet, qui debet libertatem ex sententia Seneca, sed quae insitum, h.e.c. Idem dispedem in nostram intuli Academiam, & cum animaduertiterem inter tanta magnos preceptores cum auditosimo animo sequi ferè totam Scholam, investigare cupivi, cur ab omnibus quasi impulsi appeteretur magister: sicut ingenuus merear: eo docente ad gymnasium accedebam, auscultabam, rimabar: inspexi, obsecuavi hominem Scholæ natum, & ex alto bono publico concessum, tam innata claretate splendentem, ut super esset labor, tam assiduo labore excultum, ut natura sapere esset: in erudienda iuventute anxious, ut patrem se exhiberet non preceptorem, siue parentem, quia preceptor vsicut Alexander Vlpianū suum, sic illum quilibet appellaret: non fasti, nefasti illi liquebat differentia dierum ad docendum, sed sine discrimine ad instar solis omnibus diebus lux oriebatur, quæ data Consultorum responsis fulgebit æterna, de illo Mart. lib. 10. epig. 19. dicete audiui.

Totus dar terræc dies Minerue,
Dum centum studet auribus virorum
Hoc quod secula posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.

Hæc fecit ASSIDUITAS, et non contentus intrâ assig-
natas ab Schola metas difficultimos iuris tractatus, quos
decessores quasi exhorruerunt difficultate perterriti, ex-
ponere auderet, & sic primus secundo euentu peregit, ut
iam à professoribus academicis disputationibus submit-
tantur non periculo, non magna opera. Allexit me per-
pensa ratio, ut eius ingenio immorari, & eius disciplina
nutriri desiderarem iuxta Senecæ consilium Epist. 2. qua-
re numerum auxi studiosorum, sub eius signu redactus,
& in togata nostra militia per arma adoptatus, familia-
rius eius virtutes supra captum magnas veneratus fui
SAPIENTIAM illam non sibi habitam, sed communis
compendio: Si cum hac exceptione detur Sapientia, ut illam.

inclusam teneam, nec enunciem, reijciam, aut Seneca epist. 6.
plus usus praceptoris meo, plus nobis fructus sapientiae,
EXUDITIONIS, qua per amoenam ad utilia dicit, trans-
fit in aliena castra sed non transfuga, sed tanquam exploratori
testes aditote criticæ, historicæ, politicæ, & Theologicæ
tot quæstiones non extero stylo exaratæ, sed cuilibet ver-
naculo, ut *encyclopedia* prædictus appareat, non ex ijs,
quos græcè *idiotas* appellamus: quis in hoc ferè barbaro
sæculo sic coluit Camœnas? sic bicipitis collis penetra-
lia scrutatus fecit, ut dominæ Iuris prudentiæ ancillare-
tur eruditio? cultura? styli acumen? & quod maius est,
illam miramini absoluendi tractatus artem, qua pollet,
quaquæ etiam maximi caruere antecessores: METHO-
DVM effectum reputo iudicij; concinnitatem, compre-
hensionis: culturam, genit: ingenique, & duplicitis labo-
ris, claritatem. Hæc omnia præsens opus testatur, ab eo
pete, & integrè percipies, ijs fruere, potiri; ut persicia-
ris, proficias. Tu vero magne præceptor,

Auson. in
cōmemor.
profess. Bur
dig. 2.

*Ignosce, nostri lœsus obsequio stylī,
Amoris hoc crimen tuū est.
Quod digna nequiens premere officium colo
Iniurioso sedulus.*

& mihi, Academie, & imperio viue, Vale. Ex nostro
Maiori D. Iacobi Zebedæi Collegio Conchensis. Noa.
Martij. A. Dñi 1666.

L. D. *Ioannes Fernandez*,
de Henestroza I.C.

CAPVT I.
DE VIRTUV:
TE LIBERALITATIS.

N. I.



APITALES
virtutes , quas
Theologi Car-
dinales dicunt,
sunt quatuor ,
Prudentia, Iusti-
tia, Fortitudo,
Temperatia, vt
enumerant post
Phylosophū D.
Ambrosius in Lu-
cam lib. 5. cap. 6.
D. Gregor.lib. 2.

moral. cap. 36. D. Thomas 1.2. quest. 61. art. 2. & 4. Per
quas virtutes perficiuntur potentiae, hoc modo: ratio
perficitur per Prudentiam. Voluntas per Iustitiam.
Irascibilis per Fortitudinem. Cōcupiscibilis per Tem-
perantiam. Vel dicamus sic: Prudentia rectificat ratio-
nis imperium. Iustitia operationes debiti ad alterum.
Temperantia delectationes gustus, & tactus. Fortitudo

A

aggre-

aggressionem periculorum mortis, & rerum arduarum. Ita distribuit, & explicat Illustrissimus D. Tapia i. tomo sue catherae moralis lib. 2. quæst. 3. art. 5. Ex his virtutibus capitalibus aliæ, tāquam ex fonte rivuli fluunt: quæ ad eas comparantur, vel tanquam partes integrales, vel subiectiæ, vel potentiales. Partes integrales appellantur, conditiones, quas necesse est concurrere ad virtutem. Verbi gratiæ. *Verecundia*, per quam quis refugit turpitudinem temperantiae contrariam: *Honestas*, per quam scilicet aliquis amat pulchritudinem temperantiae. Partes vero subiectiæ virtutum, dicuntur earum species, nam diuersificantur virtutes secundum diuersitatem materiæ, vel obiectiæ. Ut patet in temperantia, nam si est ad cibum, propriæ est abstinentia; si ad potum, est sobrietas; si ad actus, venereos castitas; &c. Partes denique potentiales alicuius virtutis dicuntur virtutes secundariae, quæ modum, quem principalis virtus obseruat, circâ aliquam principalem materiam, eundem obseruant in quibusdam alijs materijs non itâ difficultibus. Veluti continentia refrenat motum voluntatis commotæ ex impetu passionis; humilitas motum spei, & audacia &c. Hec ex Angelico Praeceptore (apud quem Andronicus, Cicero, & Macrobius) 2.2. quæst. 143. art. unice.

2. De liberalitatis ergo virtute acturus, primo proposui querere, ad quam virtutem referatur liberalitas? Quam etiam quæstionem sibi proposuit Angelicus Praeceptor. 2.2. quæst. 117. art. 5. & quidem apud ipsum Diuus Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 28. in principio docuit, iustitiam referri ad societatem generis humani: societatemque hanc in duas partes diuidi, siue ex duabus partibus componi, videlicet iustitia, & Beneficentia; cuius potissima pars est liberalitas. Ex quo satis innuitur liberalitatem partem esse iustitiae. Quod testi nonnum exponens. Diuus Thomas in corpore articuli agnoscit, non esse liberalitatem partem subiectiæ iustitiae,

Iustitiae, neque speciem eius: quia iustitia reddit alteri, quod suum est; liberalitas vero de proprio exercetur. Docet itaque liberalitatem referri ad iustitiam per quandam conuenientiam: primo, quia respicit alterum, ut iustitia: secundo, quia exercetur circa pecunias, quae est etiam iustitiae materia. Est itaque liberalitas virtus anexa iustitiae, & in hoc sensu ipsius potest dici pars. Hac ex Diuo Thoma.

3 His præmissis, sequitur, ut definiamus liberalitatem. Definitio desumitur ex Aristotele lib. 4. *Aethicorum* cap. 1. iuncta doctrina D. Thomæ 2. 2. d. quest. 117. art. 1. & seq. eritque talis. *Virtus, quæ moderatur amorem pecunie, & reddit nos faciles, & promptos ad eam expendendam gratuitò, quando ratio dictat.* In qua definitione perspicitur materia circa quam liberalitas exercetur, quæ est pecunia; forma, qui est modus ratione regulatus; quo erogantur diuitiae: constitutuum huius virtutis, nempè quod erogentur ex gratia & munificentia; finis, qui est ponere honestum modum diuitijs, videntur Lessius lib. 2. de iust. & iure, siue de quatuor virtutibus cap. 47. dubio 8.

4 Appellatione pecuniae continentur omnia, quæ sub patrimonio nostro sunt, & visib; nostris deferuntur, ut docent Aristoteles, & D. Thomas proximè citati art. 2. & ad rem Marcus Fridericus Vendelinus 1. tomo Philosophie moralis lib. 1. cap. 25. §. 16. Alardus Gazæus in notis ad Cassianum lib. 7. de spiritu phylargiriae cap. 1. quam latissimam acceptionem verbū pecuniae ad multos iuris articulos arripuerunt I. C. nostri, in quibus non immoror. Videndi sunt textus in l. Pecuniae 178. & 222. de V.S. iuncta, l. sepe 53. evd. tit. l. in illa 50. de V.O. l. 2. §. Neminem C. de const. pecunia, & D. Augustinus in lib. de disciplina christiana cap. 1. post medium, relatus à D. Thoma d. art. 2. ad 2. & à nostro Gratiano in cap. totum 6. 1. q. 3. notauit Cujacius, & post eum Gotofredus, & alij, in d. l. 178. Addendi sunt de hac latè significatio-

ne pecuniæ Tiraquellus in *l. si pñquam; verbo, facultatum*
n. 1. Alexander Raudensis de Analogis cap. 6. num. 32. Martinus Magerus de aduocatio armata cap. 6. num. 1007. Di
Christophorus de Paz ad leg. 78. styl: ex num. 4. Ex quo
apparet beneficentia virtutem latius patere, quam libe-
ralitatis: hæc enim spectat ad erogandas diuitias: illa
quocumque benefacto contenta est, in quo defecit Ci-
cero sequutus Panætium phylosophum contrâ Aristoteli-
telem lib. 2. de Officij. Beneficentia itaque attribuuntur
officia illa, quæ benevolè, & ex gratia proficiuntur
sine erogatione pecuniæ, qualia depinxit Ennius
apud eundem Ciceronem lib. 1. officiorum his versibus.

Homo, qui erranti comitè monstrat viam,
Quæst lumen de suo lumine accendat, facie;
Ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accenderet.

Denegasse vero non tam avaritiæ, quam maleuolo ani-
Lege Hu-
manas: id
est piæ;
quibus Sa-
tyricus op-
ponit Le-
ges Moy-
fis, quæ se
quantur.

Romanas autem soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius;
Tradidit arcano quodcumque volumine Moses:
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti;
Quæstum ad fontem solos deducere Verpos, &c.

*Quæ beneficia dixit Cicero ubi proximè esse his, qui ac-
 cipiunt utilia, danti vero non molesta. Liberalitatis
 vero appellacione propriè, & strictè non contineri sua-
 det mihi proxima definitio ab Aristotele petita.*

Ex quo censendum est de textu in 1. Compi-
latione Decretalium relato, & inde à Raymundo tradu-
cto ad suam in cap. 1. hoc nostrotit. de Donat. Verba sunt.
Hanc sibi quodammodo nobilitas legem ponit, ut debere se, quod
sponste tribuit, estimet: & nisi in beneficj suis creuerit, nihil
prestitissime reputet, &c. Tradicta sunt ex Dño Gregorio
Magno lib. 12. in dict. 7. epist. 17. in qua Sanctus Doctor
per portitorem suum Candidum rescribit ad Asclepio-
dotum Patricium Galliarum, commendans ipsi tuta-
men

men patrimonij, quod Rōmana Ecclesia in Gallijs pos-
sivebat, vt cōmunitum eius ope, nullas molestias, one-
rare substineret. Et vt valentiūs, enixiusque suadeat
Gregorius, profitetur Asclepiodotum beneficūm anteā
se exhibuisse erga Ecclesiam: ex quo spem sumit, & pig-
nus, in eadem affectione nouo indies incremento per-
seueraturūm, & post relata hæc verba in eadem episto-
la adiicit. *Augete favoris vestri presidia; quia apud Nobilium
mentes semiplenum bonum videtur, quod sine adiectione nelin-
quitur.* Apparet ergo Sanctum Doctorem non egisse de
virtute liberalitatis, aut de donatione in præd. episto-
la, sed de suffragatione, & beneficentia, vt in simili, quæ
extat lib. 2. indict. 2. epist. 37. de Maurentio Magistro mi-
litum. Igitur contra mentem Pontificis hoc fragmen-
tum assutum est tit. de Donat. vt cum iudicio comperuit
Ant. Augustinus vir magnus in Notis ad 1. Collectionem.
Substineri tamen potest, si dicamus primum compilato-
rem quæsiuissē sensum accommodatitum verborū,
& secundum illum veram proposuisse sententiam: No-
biles enim liberaliores plerumque sunt, quam ignobi-
les; præstemus tamen eius ex Philosophia rationem.
Nempe, quia nobilitas nihil aliud est, quam diuitiae ex
maioribus in successores deriuatae cum accessione vir-
tutis. Aristoteles lib. 5. Politic. cap. 1. ibi. ex versione Gi-
phanij, qua vtor. *Genere Nobiles esse videntur, quibus ma-
iorum est virtus, & diuitiae. Siue, vt dixit lib. 4. cap. 8. vetus
opulentia, & virtus. Addendus cap. 3. & 4. eod. lib. 4. & lib.
1. Rethoricor. ad Theodecem cap. 5. alludunt Juvenalis Sa-
tyra 2. Clarus genere; atque opibus vir. Liu. lib. 32. ab V. C.
Busa mulier genere clara, ac diuitijs. Conferunt quippe plu-
rimūm diuitiae ad magnanimitatem, per quam virtutē
maxime Nobilitas commendatur, vt ex Philosopho
præclarè docet D. Thomas 2. 2. quest. 129. art. vlt.
Hanc Nobilitatis originē tradit post veteres interpræ-
tes Tiraquellus de Nobilitate cap. 3. Eguinarius Baro
eod. tract. cap. 2.. Turturetus lib. 2. cap. 6. Hieronymus*

Ossorius de Nobilit. ciuil. lib. 1. ferè per tot. Ioannes Ansaldi
ius conf. 138. à princ. & n. 51. cum seqq. & cū alijs no-
ster Valenzuela 2. tom. Conf. 166. num. 61. Nobiles er-
go gaudent diuitijs à maioribus suis partis, & ad se tra-
ductis: Cum verò qui ab antiquis, decestoribusque suis
diuites sunt, nunquam sint experti paupertatem, illam
non metuant, nec cauent. Ut cauent illi, qui ex paupe-
ribus, & ingnobilibus diuites euaserunt proprio labo-
re, & industria: Quare illi frequentius priores sunt ad
elargiendum, quam isti: quare nobilitas liberalior cō-
muni iudicio censetur, quam ignobilitas: ut docent
Aristoteles lib. 4. & hic cap. 1. D. Thomas 2. 2. q. 117.
art. 4. & in hoc sensu retineri debet prædicta sententia,
quæ extat in dicto cap. 1. hoc tit. Quod litteris aureis
scribendum dicebat Tiraquelus de Nobilit. cap. 37. ex
num. 40. illustratque præter laudatos ibi à Barbosa, &
ab Hermosilla in l. 1. glos. 1. num. 8. tit. 4. parte 5. D.
Valenzuela Conf. 161. num. 43. D. Solorzanus Emble-
mate 78. pertotum maximè num. 30.

6. Sequitur, ut disquiramus de forma, siue de
modo ratione regulato, quem petit virtus liberalita-
tis: illum graphicè depingit Seneca in aureo suo libro
de vita beata cap. 23. vbi de vsu diuitiarum, quas sapiēs
possidet, loquens ita sapienter scribit. Donabit. Quid ere-
xistis aures? Quid expeditis sinum? Donabit, aut bonis, aut
eis quos facere poterit bonos. Donabit cum summo consilio, dig-
nissimos eligens; ut qui meminerit tam expensorum, quam ac-
ceptorum, rationem esse reddendam. Donabit ex recta, & pro-
babili causa, nam inter turpes iacturas malum munus est. Ha-
bebit sinum facilem, non perforatum; ex quo multa excent,
nihil excidat. multa prosequitur de eadem re idem Phi-
losophus cap. sequenti ex quo hæc seligenda sunt, errat, si
quis existimat facile rē esse donare. Plurimū ista res habet difficul-
tatis, si modo consilio tribuitur, non casu, & impetus spargitur.
Et infra, Potest itaque pecuniam intra limen suum difundere,
& liberalitatem exercere, quæ non quia liberis debetur, sed
quia

quia à libero animo proficiscitur ita nominata est. Hæc apud sapientem, nec vñquam in turpes, indignosque impingitur, nec vñquam ita defatigata errat, vt non quoties dignum inuenierit quasi ex pleno fluat. Versuit hoc ipsum argumentum anteà Cicero lib. 1. officior ex illis verbis: liberalitate nihil est naturæ hominis: accommodatus: sed habet multas cautiones.. Et veteres sequutus philosophos sequentes proponit, exponitque. Prima est, ne in illum exercetur liberalitas, qui re accepta dextiore euassurus est: ne alioquin virtus deseruiat incitando vitio. Secunda ne cum detimento alterius in alterum beneficia conferamus. Tertia, ne sit maior beneficentia, quam facultas, per scelus enim supplendum erit, quod minus est in patrimonio, quam in largitione.. Quarta, ut prudignitate cuiuscumque largitio fiat.. Ferè easdem conditiones, licet non ita expræsè desiderant Philosophus d. lib. 4. & ethicor. cap. 1. D. Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 30. D. Thomas d. q. 117. art. 4. multisque exemplis, & testimonij adductis illustrant Neotherici. Videlicet Lipsius lib. 2. ciuilis disciplinæ, sive politic. cap. 17. videntia etiam sunt monita, & ex ēpla politica ipsius lib. 2. cap. 18. Vendelinus d. lib. 1. cap. 25. §. 7. Noster D. Didacus de Saabedra embl. 40. & 58. Noster quoque luculentissimus Solorzanus apud quem multi, quibus parcim. emblem. 78. & 86.

Dicamus nunc de cōstitutuo virtutis, quæ est gratuita volūtas, gratiofa, benefica, quæ pro obiecto habet munificientiam propriam, supponitque non demerita ex parte accipientis, quæ principia phylosophiæ non ignorauit Iulianus in l. 1. in principio hoc tit. illis verbis: propter nullam aliam caussam facit, quam, ut liberalitatem, & munificantiam exerceat. Nec Alphonsus noster sapiens in l. 1. tit. 4. p. 5. ibi. Donacion es: un bien fecho, que nace de nobleza, è bondad de corazon. Amboque delumere potuerunt ex prædicto loco Aristotelis lib. 4. ethic. cap. 1. ex quo subtilis differentia inter benefi-

cen-

centiam, misericordiamque, & inter liberalitatēm no-
tatur à D. Thoma d. q. 117. art. 5. ad 3. nempè, quod
beneficus, & misericors respicit aliqualiter personam
eius, cui beneficium facit, vel in quem exercet miseri-
cordiam; itaque motivum extrinsecus summitur, vi-
delicet ab indigentia alterius: qua propter hæ virtutes
potius ad charitatem referuntur, quam ad iustitiam:
liberalitas verò prouenit ex eo quod donans benè affe-
ctus est circà usum pecuniae dum eam non concupiscit,
neque amat: idcirco quamvis supponantur iustæ regu-
læ in sparsione pecuniae, ne liberalis elabatur in vitium
prodigi; tamen motivum liberalitatis est intrinsecum
proueniens ex propria munificentia, & per accidens
respiciens personam, in quem confertur liberalitas. *Vnde* (concludit S. Doct.) *non solum amicis, sed etiam ignotis*
dat, quando oportet post quam ita docent P. Lelius d. lib.
2. cap. 47. dubit. 8. Collegium Salmanticense 3. tomo in
arbore predicamentali num. 88. ex his libet in verbis iuris
aliquantulum ludere. Marcellus in l. proxime 50. deritu
nupt. querit, utrum liberta ex causa fideicommissi
manumissa obiequium debeat patrono, vt nō liceat ei,
à patrono inuito diuertere? Negatque hac ratione;
quia is, qui ex necessitate manumisit, magis debitam libertatem
preferit, quam ullum beneficium in mulierem contulit iunge
elegantem text. Pauli in l. si seruo 84. de heredib. insit.
Notemus liberalem non esse, qui necessitate adactus
dedit, vel fecit. Non enim facultas necessaria electionis, pro-
pria liberalitatis beneficium est. Quid est enim, quod de suo vi-
decatur reliquise, qui quod reliquit, omnimodo reddere debuit?
vt eleganter Papinianus scriptit in l. vnum ex familia 67.
¶ si de Falcidia, de legat. 2. Est quippè certa regula, in ne-
cessitatibus neminem existere liberalem; siue liberali-
tatis virtutem non exercere in his, quæ ex necessaria
causa operatur. l. rem legatam 18. de adimend. legat. Nō
enim donat, qui necessarijs oneribus occurrit, inquit
Vlpianus in l. si quis pro uxore 21. de donat. intèr. *Quas*
sen-

sententias, aliasque similes, negauit nemo ex prælibatis principijs phylosophicis esse depromptas. Hæc in toto iuris, phylosophiaeque rigore dici debent: aliquando tamèn, quæ ex merâ munificentia non sunt, sed ex charitate, aut misericordia, liberalitatis nomine denotantur, quia Authoræ putant, sibi licere in verbis viupandis laxam, latamque significationem assumere. Sic Cicero lib. 2. officior. liberalitatem esse docuit; captos ab hostibus redimere, & D. Ambros. lib. 1. de officijs cap. 30. circa princip. sic monuit: *Est illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui non deficias, si regere cognoscas.* Quo in sensu retineri debet phrasis textus in l. priuilegia 12. §. vlt. C. de sacros. Eccles. vbi Cæsares prospicientes, ut nō desint alimenta egenis, ita loquuntur: *liberalitati huic promptissime perpetuam tribuimus firmitatem.* Iustinianus vero magis proprio in sensu, humanitatem hoc beneficium appellavit in l. Sancimus 34. §. 1. C. hoc tit. humanitatis autem verbum significare pietatem, notauit luculenter Petr. Faber lib. 2. semistr. cap. 1. & 2. Sic etiā manumittere servum ad opus pietatis ab eodem Cæsare refertur in l. 1. §. fin antem 1. C. de communis seruo manumisso ut obseruauit Tiraquell. in legib. connubialib. glossa 8. num. 166.

8. Et quanuis excedamus aliquantulum, non abs re erit de fructu liberalitatis quædam libare. Denotatur huius virtutis fructus à Cicerone lib. 2. defnib. illis verbis: *liberalitatem qui virtutur benevolentiam sibi conciliat;* & (quod aptissimum est ad quicquid vivendum) *charitatem.* Non male afferendum est Plantidis dictum: *Benefacere plenum est bonarum expectationum.* Aurea tamen verba sunt Proverbior. cap. 22. versic. 9. *victoram, & honorem acquires,* qui dat munera: animam tamen auferunt accipientum, inquit sententiam multa adducit Senec. lib. 1. de Clement. à principio Plinius, & Latinus Paccatus in Panegyr. Divus Ambrosius lib. 1. de officijs Cap. 28. in principio, ubi docet Iustitiam excelsiorem virtutem esse, liberalitatem gra-

tiorem. Aristoteles lib. 1. Rhetor. cap. 9: summo inge-
nio comperuit, iustos, fortesque maximè esse hono-
randos, & post eos liberales. Ex quibus, & alijs testi-
monijs D. Thomas dict. quest. 117. art. 5. quesuit, vtrū
liberalitas maxima sit virtutum? Resolutique non esse
maximam; adeo tamen consequi, aut subsequi bona
cæterarum virtutum, vt quodammodo complectatur
earum excellentiam: ex hoc enim quod homo non est ama-
tivus pecunie, sequitur quod defacili evitatur, & ad se ipsum,
& ad utilitatem aliorum, & ad honorem Dei. Multa addu-
cunt Philosophi Ethici, & nouiores politici ad com-
mendationem liberalitatis, quibus abstinentium duxi-
mus.

S. VNICVS

De vitijs liberalitati oppositis.

9. **E**TIAM hæc virtus, vt reliquæ, inter duō
extrema posita est; nam, vt sapienter mo-
net Illustrissimus Tapiatomo 1. suæ catenæ
lib. 3.: quest. 2: art. 2: num. 10. liberalitas
avaro est calcar; prodigo frænum. Per defectum pug-
nat cū liberalitate auaritia; per excessum pugnat pro-
digalitas. Itaque intèr vtrumque vitium virtus libera-
litatis tenet locum; docet Aristoteles lib. 5. ethicor. cap.
1.. D. Thom. 2. 2. quest. 118. art. 3. de vtroque ergò
vitio breuitè pro instituto discutiendum erit.

10. Auaritia consistit in nimio, & inordina-
to amore ergà pecuniam, dum scilicet aliquis suprà de-
bitum modum eas vult adquirere, vel retinere. Est
enim, vt diffinit D. Thom. 2. 2. quest. 118: art. 1. In cor-
pore, immoderatus amor habendi. Plures species auaritiæ,
aut filias, ponit curiosè Aristoteles d. lib. 4. ethicor. cap. 1.

De q̄itijſ liberal. oppoſ.

11

& D. Thomas ubi nuper art. 8. Nos tamen de illa specie agimus in qua peccatur per auidam retentionem pecuniaꝝ. Hoc esse vitium inter omnia detestabile nos docet Pañlus epift. 1. ad Timotheum cap. 6. dum illam appellat radicem omnium malorum, & Ecclesiast. cap. 10. legitur: nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim, & animam suam venalem habet. Et ibi Avaro nihil est sceleus;

Neque enim est violentius ullum

Terrarum vitium, quod tantis cladibus ærum

Mundani inuoluat populi, damnetque gehennæ.

Vt canit Prudentius 1. Psychomachia cap. 3. Nam ex auaritia, tanquam abscurigine rivuli fluunt, proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, & contra misericordiam obduratio cordis, vt docet D. Gregor. lib. 3 i. moral. cap. 3 i. & eum sequutus D. Thom. 2. 2. q. 119 art. 9. & ex Poëtis Virgil. lib. 3. Æneidos in auaritiam sic se invehit.

Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames?

Ad quem locum allussit Cassianus lib. 7. de spiritu phylarigiriæ cap. 7. ubi de monacho avaro loquens, sic ait: Cumque illi hoc ex voto successerit, audior aurifames crescit: Iustinianus quoquè eadem usurpauit verba in l. si quenquam 3 t. C. de Episcopis, & Clericis, ibi. Si auri sacra fames in penetralia veneranda prosperat? Amant Imperatores in constitutionibus suis sententias ex maximo Poëtarum arripere. Vide Cujac. ad nouellam 6. Notemus D. Thom. desumpsisse definitionem auaritiae ex illo emittichio, & amor sceleratus habendi. Quod est Quidij 1. metam. Multa in detestationem auaritiae scripsit Celsianus d. lib. 7. Et in notis Alardus Gazæus, alios nouiores non moror, qui ad manus sunt cuilibet consulenti.

11 Per excessum pugnat cum liberalitate prodigalitas, quæ & insania dicitur, & astia Græcè, & luxus, luxuriaque. Prodigus itaque est, qui superabundat in refundendo pecuniam, non seruato fine, & modo de-

bito, ut diffinit Philosophus lib. 2. ethicor. cap. 7. & lib. 4.
cap. 1. D. Thomas 2. 2. quest. 119. art. 1. & 2. Iustinianus
verò nouella 3. dixit, qui vltra substantiam suam expen-
dit, prodigum esse; quæ est latior, & minus propria dif-
finitio. Exemplo potest esse Theron Menippi filius, qui
necessaria ad victimum, & cultum per luxum prodegit, in
quem lerido epigrammate lusit Lucianus apud Athe-
naum Naucratitam lib. 4. Est itaque prodigus, qui dat
plus quam oportet, quod non oportet, quibus non
oportet, quando non oportet. Vlpianus autem in l. 1.
de curatore furioso &c. Sic descriptis: *Qui neque finem, ne-*
quem modum habet expensarum, sed omnia bona sua dissipando
profundit. Quibus non oportet dat, qui donat histrioni-.
bis, & adulatoriis, quos expediret egestate laborare,
& absundi, bonis autem nihil dat, vt post Aristotel. do-.
cuit D. Thom. d. q. 119. art. 2. ad 2. & Cicero Aristote-.
lem eumdem imitatus lib. 2. officior. elegantè quoque

Horat. lib. 2. satira 3.

Nunc age luxuriam, & Nomentanū arripe tecum:
Vincet enim stulos ratio in sanire nepotes.
Hic simul ac cepit patrimonij millet talenta,
Edicit, PISCATOR ubi POMARIUS, AVCEPS
VNGVENTARIUS, ac Thusci turba impia vici,
Cum SCVRRIS FARTOR, cum Velabro omne macellū
Mane domum veniant. &c.

Plus quam oportet consumit, qui citrà patrimonij re-
gulam, & menturam expendit, siue donando, siue com-
parando inutilia. Idem Poëta ubi nuper. *In sanit veteres*
flatus Damasippus emendo. Invenalis etiā Satyra 14. de
vanis, & superfluis ædificatoribus.

Dum sic ergo habitat Centronnius, imminent rem,
Fregit opes, nec paruat amēn mensura reliqua
Partis erat. Totam hanc turbauit filius amens,
Dom meliore nouas attollit marimore villas.
In Caelares etiam Tiberium, & Calligulari diro se scom-
inare invexit. Catullus Epigram. 30.

An parūm helluatus es? Non
Paterna prima lansinata sunt bona:
Secunda p̄œda Pontica: indè tertia
Hibera, quas & amnis aurifer Tagus.
Hunc Galli etiment, timent Britannie.
Quid hunc, malum, fouetis, aut quid hic potest,
Nisi vñcta deuorare patrimonia.

Quod non oportet, & quando non oportet; qui dat vi-
tui necessaria suo, & quando illis indiget. Talis Mar-
sæus, de quo Horatius lib. 1. satyr. 2. Marcer apud Mar-
tiale. Calligula, Nero, Heliogabalus, & alia monstra,
de quibus in historijs. Videndi , qui plurima in huius
vitijs castigationem cumulant, Mariana de Regis institut.
lib. 3. cap. 7. Bobadilla in politica lib. 5. cap. 5. ex num. 8.
D Solorzanus pro more luculentè illustrans Emblema-
te 85. ex num. 21. legendusque politè, & floride dicens
Barclaius in Argenidis fabula lib. 4.

12 Vtrumque vitium coercere studuit ius Ci-
uile; prodigalitatem apertiùs; quia consistit in actu po-
situo externo pessundandi, & profligandi diuitias, res-
patrimonia: interestq; Reipublicæ, ne quis suà re male
vtatur, l. 2. de his quisunt sui vel alieni iuris, §. sed & hoc tēpo
re 2. inst. eod. tit. Ex malo enim, & profuso vñl rei egestas.
ex egestate autē rapinæ, scelera, & nouitates oboriūtur,
Plinius in laudatione Traiani, & nostra l. 18. tit. 5. Part. 2.
de Principiè sapientè agens. Multa etiam cumulat , &
cum multis Solorzan. d. emblem. 85. Omittimus inter-
dictionem bonorum, & administrationis, quia multa
bantur prodigi, de qua ex professio egi in relectione ad leg.
is cui bonis 6. de verb. obligat. Contenti indè petere , om-
nes actus prodigalitè gestos improbari , quanuis non
celebrentur ab eo , cui bonis interdictum est. Veluti si
adolescens luxuriosus pro meretrice fideiubeat, l. si vero
12. §. si adolescens 11. mandari. Velsi is , qui statim datu-
rus est scorto, vendat rem scienti , in quam causam dis-
trahat, l. si quis cum seiret 8. proemptore, l. 25. tit. 12. Part.

Hic debet
affigiri lacune
nota.
Vñcta, pro
pinguibus ,
vel legendū
cuncta.

5. Ex quo Bartolus, & alij Classici notant, & cùm eis Antonius Gomez 2. tomo variar. cap. 14. eum, qui mutuam pecuniam dat ad malos usus, veluti ludum, lasciniam, & resturpes, efficaciter petere non posse; quia turpis, & in honesta caussa fuit mutuandi.

13. Quo tamèn modo auaritiam, auarosque incitauerit ius ad liberalitatem exercendam, nontam facile est discernere, aut compere. Dicam quod obseruui sub eruditiorum censura. Illas obligationes natura imperatas, quæ sine summa reprehensione omitti non possunt, ad necessitatem ius ciuile redigit. Veluti si mulier nullam dotem habeat, tumulanda est à patre, vel si patrem non habeat, a marito, ad cuius iniuriam expectat. mulierem insepultam relinquiri: l. quod si nulla 28. de Relig. & sumptib. funer. Sic etiam patrem, matrem ve vxoris ab hostibus captos, vel alias necessarias personas si maritus redemerit, imputat in iudicio de dote quod expensum est: l. sed & si video 21. sol. matr. Patriæ eam charitatem debemus, vt nedum succurrere teneamur in custodia, & vigilijs ab externo hostium periculo: cap. peruenit. 2. de immunitat. Eccles. Quæ defensio ad fortitudinis virtutem expectat, cum nulla sit perfectior fortitudo, quam quæ à barbaris patriam defendit: vt docemur in cap. fortitudo 5. 23. quæst. 3. Sed etiam in expensis, & obsequijs pecuniarijs, & contributionibus, quibus ad sui conseruationem indiget: l. 3. §. filio 4. & seq. l. honor. 14. §. plebei 4. de munere & honor. Debemus enim patriæ charitatem, & gratitudinem non minorem, quam parentibus: l. 2. de Iust. & iur. l. 1. §. & generaliter. 15. de ventr. in posse. mitt. l. postlimium 19. §. filius 7. de cap. multa adducunt Erasmus I. Chiliade Cent. 2. proverb. 16. & 3. Chiliade Centur. 10. proverbio 18. D. Solorzanus 1. tomo de Indiar. iure & gubernat. c. 16. à principio, Lessius de Iust. & iur. lib. 2. cap. 1. num. 14. Annæus Robertus lib. 2. rer. iudicatar. cap. II. Martinus Magerus de aduocat. arm. cap. 13. ex n. 46. D. Ni-

*colaus Ant. lib. 1. de exil. cap. 4. D. D. Ioannes Ramos Magni Francisci non impar filius lib. 8. de Parricid. pag. 485. & seqq. Prouenit etiam ex eod. cap. obligatio alendi filios, parentesque, dotandi filias, & non deserendi proximos seminis, de qua ex professio egij in *Academ. tract. de Natur. Obligat. inspect.* 1. quare hic non res peto.*

14 Restat ut disquiramus, quatenus distet donatione à liberalitate, sive quid interfit inter liberalitatem & auaritiam: resolutio desumitur ad Aristotele d. lib. 4. etic. cap. 1. & à D. Thoma dict. quest. 117. art. 4. videlicet, distare in quantum distat actus ab habitu. Donatio enim est actus; liberalitas vero ut quelibet virtus est habitus. Ex multiplicitate actuū generatur habitus; id est, ex multiplicatis donationibus fit habitus liberalitatis. Ex his tam lōge petitis appareat, quamcumque donationem debere participare de bonitate, quam exigit liberalitatis virtus, debereque consistere, & constitui per circunstantias, & requiriā, quae illa exigit. Igitur in primis donatio propriè de pecunia, aut rebus patrimonio subiectis intelligitur, ut liberalitas. Deinde regulari debet ratione, ut cum iudicio fiat, & seruato modo: ne sit prodiga. Tandem gratuita debet esse, ut liberalitas. Cum enim ex actibus diuersæ speciei non acquiratur habitus; consequens est, ut liberalis fieri non possit per frequentes dationes; nisi qui gratuitò, secundum regulam, & pecuniam donat. ex motivo liberalitatis, & ob solam munificentiam exercendam, primo, & principaliter: ut dixit Consultus in l. 1. h. tit. Sed quia aliter Philosophia mores regit, aliter ius guvernatur actus externos hominum, Philosophia quippe tēdit ad perfectos homines faciendos, ius vero contentum est, si mali non euadant, ut considerat D. Petrus Velez de Gueuara ad l. 1. de Iust. & iur. lib. 6. ideo non potuit ius conditiones, & requisita tam exactè exigere in donatione, ut Philosophia in illa exigit, & in virtute liberalita-

litis, quod ex ipsa producitur. Nihilominus conuenient in materia, circa quam versatur donatio, quæ est pecunia. Item in constitutio, quæ est gratuita datio, siue ex gratia, & ut fiat nullo iure cogente. Rursus circa formam, & mensuram donationum multa ius ciuale excogitauit per quaे tenerent modum, seu medium virtutis. Cui rei prouidit Lex Cincia, constitutio Alexandri de donat. in officiosis, Constantini, & seqq. principū constitutiones de insinuationib. aliæque de quib. In hoc tractatu disputandum erit, quem aggredi posthæc prologomena tempus est.

CAPVT II.

*De Donatione in Communi, ubi de eius at-
timologia, & diffinitione agitur.*

AE TYMOLOGIAM donationis attulit Paulus in l. Senatus 35. §. 1. de mort. caussa donat. docens, dici à dono, quasi dono datum. I. Consulti sic in allusionibus exprimunt sonum vocis, ut obvitèr, ferè exponant essentiam rei. Sic in l. 2. §. appellata de reb. creditis, denominans Vlpianus mutuum, quasi ex meo fiat tuum, parum absuit, quin substantiam contractus patefaceret. Justinianus eadē ferè elegantiā testamentum dici tradidit, ex quod testatio mentis sit; quia mentis integritas, non corporis sanitas exigitur ad testamentum condendum. l. 2. qui testam. facere poss. Alia adduxi agens de ætymologia postlinij lib. 6. Opuscuvor. cap. i. & de nostra loquens plura exempla cumulauit Henricus Bозерус in suo de donationib. tract. cap. i. num. 1. & communiter plurima cumulantur in d. l. 2. §. appellata, quibus

bus sanquini obvia merce, abstine dum duxi: hæc ætymologia adeò propria est, ut pro distinctione possit deteruire; quod tentavi, cum vobis ex suggestu dicta rem hunc tractatum. Nunc sequor communem Authorum opinionem, quæ prædicta verba pro ætymologia accipit.

A Græca etiam lingua deduxit eam Paulus, nechipè à verbo δΟΡΟΝ, quod per metaphoram significat donum; propriè verò significat palmum; siue manum expansam; siue mensuram manus expansæ. M. Vittu-
ius Pollio lib. 2. de architectura cap. 13. illis verbis: *Do-
rum Gratias appellant palmum. Quod & munerum datio Græcè
δΟΡΟΝ appellatur, id autem semper geritur permanens palmū.* Hic author non caret mendis; aduerbiū autem postre-
mā in clausula positum suspectum mihi est, reponerem
enī, ut constet clausula, & sententia sensus. Qui me-
lius percipitur ex Plinio lib. 35. naturali hist. cap. 14. qui
proculdubio Vitruvium transcripsit, sic inquit: *Greci
enī antiqui dorum palmum vocabant, & ideo dora munera,
qui manu darentur. Eccè rationem in metaphoræ dorum
significat palmam manus; palmæ manus dantur dona;
ideo palmæ instrumentum dationis pro ipsa datione
visurpatum. Hinc forte exponendus est propriissimus
locus vulgati nostri, Proverb. cap. 31. vers. 19. Manum
suum aperuit in opere, & palmas suas extendit ad pauperem. Po-
suit palmas pro donis, quia utrumque idem significat
scrutatà superiori metaphoræ. Posset aliquis ex hac Græ-
ca ætymologia sic argutari. Dona dicuntur dora, quia
manu traduntur. Solæ res mobiles manu possunt tra-
di. Ergo solæ res mobiles possunt donari. Sed non est
tanta vis allusionum, ut per necessitatem concludant, sufficit,
si rem indicent. Traditione erenī in metatehs. Græcē dicitur,
quasi de manu in manum translatio, & nihil omi-
nis res immobiles tradi possunt, l. si servus 43. § 1. de id-
quid. rer. dom. notauit Theophil. in §. per traditionem 40.
de rer. diuis. Sic ergo de donatione dicendum est.*

Est forte la-
cuna, & de-
redit autem,
aut quid si-
mile.

Pro etymologia explicatione videndum est, quid significet verbum *donum*, ex quo componitur. Habemus ab Ulpiano expositionem, in l. inter donum 194. de V.S. per hæc verba traditam. Iter donum, & munus, hoc interest, quod inter genus, & speciem. Nam genus esse donum, Labeo à donando dictum, scribit; munus speciem. Nam munus esse donum cum causa, idem scribit, ut puta natalitium, nuptialitium. Notemus Paulum à doni verbode deriuasse verbum *donationis*; Labeonem contra à donando deriuasse *dōnum*. Notemus etiam, donum dixisse, donationem ex mera munificentia factam: munus vero illam donationem, quæ in substantia liberalis datio est; sed sit nihilominus cum causa, quam si prætermitteremus, grauaremur pudore. Veluti natalitium. De quo dixi lib. singular. de donat. inter cap. 5. num. 17. Nuptialitium, quæ sunt sollempnia munera, quæ nuptiarum tempore a consanguineis mittebantur. De quo in l. si plures 12. §. cum tutor 3. l. si tutor 13. §. vlt. de administratione tutor. l. 12. §. sed & simonus 5. tutela & rationib. distrah. Videndi Cujac. lib. 38. Pauli ad edict. in d. §. cum tutor. vbi apud Gothofredum Brissonius, & lib. singul. de rite nupt. idem Briss. propè finem Ræuard. lib. 4. varior. cap. 13. & lib. 3. coniectan. cap. 4. Gifanius in l. Senatus 35. §. 1. de mort. causs. donat. & cum alijs pater Mathæus Raderus ad prine. lib. 14. Martial. cui titulus, apophoreta; Osuald. lib. 3. ad Donell. cap. 12. litr. G. Unde fit, donum esse verbum genericum, quod significat quamlibet dationem liberalem: munus vero specificum, quod significat donationem cum aliqua causa. Cui significationi opponi ex diatribo videtur alia l. Consulti Martiani, de qua in l. munus 214. eod. tit. de V. S. Verba sunt: *Munus propriæ est, quod necessario obimur, lege, more, imperio eius, qui iubendi potestate habet.* *Dona autem propriæ sunt, que nulla necessitate iuris officij ve, sed sponte prestantur: que si non prestantur, nulla reprobatio est;* & si prestantur, *plerumque laus inest: sed in summa in hoc ventum est, ut non quod cunque munus id & donum accipiatur*

piatur: an quod donum fuerit, id & munus recte dicatur. Ecce verbum doni genericum esse docemur; muneris vero specificum: quia donum comprehendit munera; munus non comprehendit dona. Ex quo ambæ significations contrariae sibi videntur.

Lege 22.

^{sup. 4. iiii.} Hæsit in hoc vado audacissimus, & præcepis Grammaticus, audiisque reprehendendi I. Consultos, Laurentius Valla lib. 6. elegantiar. cap. 39. & indicata tantum contrarietate, nihil amplius ausus fuit contrare morem sibi frequentissimum. Verum iuris Interpretes facillimè eam sedarunt, & utrumque locum composuerunt. Verbum quippe munus polysemnon est, variæque significationis, ut Lexica efferunt; significat enim quidquid ex necessitate officij fit: vnde superindicta, siue extraordinariæ tributorum inductiones, appellantur munera: opera etiam, quæ imponuntur, tributi, & imperij caussa, dicuntur munera personalia. De qua significatione agitur in titulo Digestorum de muneribus, & honoribus. Et in titulo C. de extraordinarijs munerib. & alijs multis lib. 10. & in l. pupillus 239. §. munus de V. S. Et hæc est propria significatio huius verbi. Notant Budæus in posteriorib. annotation ad Pandectas in l. vlt. de muneribus, & honor. & ad l. Charidemo de pollicitat. D. Solorzanus 2. tomo de iure Indiarum lib. 1. cap. 5. & seqq. Amaya in rub. C. de munerib. non continuand lib. 10. apud quos multi. Ex quo caperunt deflexiones, variationes, & elegantiæ metaphorarum. Nam sumitur pro officio, pro onere, & pro dono, cui aliqua necessitas præbet occasionem, l. munus 18. de V. S. Cui concinit elegans locus D. Gregorij pro explicatione illorum verborum Isaiae cap. 33. Qui excutit manus suas ab omni munere, à nostro Gratiano relatus in cap. sunt nonnulli 114. j. q. j. Vnde, dona non merè liberalia, sed quibus inesse aliqua necessitas videatur; dona quodammodo necessaria, munera appellantur. Sic appellamus frequentius dona, quæ Deo omniū datori redduntur. Dona verò dicimus, quæ merè grātia.

tuita sunt. Quam significationem apprimè calluit Virgil. lib. 11. Aeneid. vers. 281. ubi sic Diomedes ad Grecos. Munera, que patris ad me portatis aboris. Merite ad Aeneam, ut ibi notauit Seruius. Cetera tamè recte etiam notat, variaſſe hac in re Auctores Latinos, prout frequens est in hac lingua variatio. Munera etiam dicuntur, quæ ob corrumpendos iudices dantur, nisi tuntur enim vel ex magistratu petacitate, & concussions, vel ob causam captandæ corum integritatis à litigantibus, vel alijs, qui eorum indigent officio. Quod si aliquando mittuntur ob solam urbanitatem, & benevolentiam, dona dicuntur. Nihilominus ytrisquetam munericibus, quam donis iubentur abstinere in l. solent. 6. §. vlt. sic intelligendo, de officio Proconsul. Quia munera execant oculos Sapientum. Exodi cap. 23. Deuteronomij cap. 1. 6. Ecclesiastici cap. 20. Proverbior. cap. 1. 5. Videndi sunt Pius Antonius Bartolinus in auctario emendation. iuris Civilis cap. 6. Extat 1. tomo Celticor. pag. 700. & Gothofred. in d. §. vlt. pro explicatione verborum eius. Et de prohibitione hac donandi iudicibus, & accipiendo dona ob iudicandum, vel à iudicibus; interim, ut solet, multa adducens D. Solorzanus d. 2. tomo de iure Indiarum lib. 4. cap. 4. à num. 12. In vniuersitate Cap. 22. nro. 21. Ex his apparet, verbum munera, si intorta sua significatione accipiatur, pro officio, pro onore, & pro datione, magis genericum esse, quam verbum doni, quod nec onus, nec officium, vñquam significauit: Et sic constat suis sensus Martiano in d. l. 214. illis verbis: ut non quodcumque munus sit. Et donum recipiatur. Optimè quidem. Quia onus, & officium, quod munus dicitur, de dono accipio non potest. Quod si adstrictè, & in vno, siue altera ex illis significatione usurpetur, scilicet pro datione: quod donum fuerit. dd. & vannus recte dicitur, ut subiicit in eadem l. idem Latif. Consultus. Quando enim adstrictè sumitur verbum munera, & comparatur cum verbo doni in significatione dandi; latius est verbum

bum doni, quam verbum muneric; magisque comprehendit, quam verbum muneric. Donum enim significat absolute dationem ex causa gratuita, ad quam nemo iure adigi posset. Munus vero significat dationem in substantia liberali; sed quam quodammodo extorquet causa, qua sine aliqua reprehensione, aut meru alicuius damni omitti non posset. Ut totalitum, sup-talitum, & munera ad iudices missa, d.l. 194. Quæ sic inter se componuntur, præuentibus, licet non prædacentibus, Alciato, Cujacio, Fornerio, & Alberico Gentili ad tit. de V. S. Gifanio ind. l. Senatus 35. §. i. de mortis causa donat.

6. Ino, nisi hoc per analogiam accidat, donum latius aliquando significat, quam donatio. Hæc enim de pecunia, & re patrimonio nostro subiecta intelligitur: illud vero extenditur etiam ad beneficia, quæ in alium conferuntur sine erogatione pecuniae. Quod obseruo ex loco Demosthenis Oratoris, quem Consultus retulit in l. 2. de legibus HEVPHMA, KAI DOPON THEOV. id est, inuentio, & donum Dei. Interpres, qui vertit pro dono munus, non recte, nec propriè vertit. Obseruo etiam ex Cassiodoro lib. 1. epistol. 13. illis verbis. Dignitas, Patres Conscripti, dum ad incognitum venit, donum est. Ex quo non placet distinctio excogitata ab Henrico Boce-ro in tract. de donat. cap. 1. num. 2. Quæ talis est. Actus, ad donum in aliquem conferendum, affectus. Illud enim ambigimus, quid sit donum: quod supponit Auctor, cum an-cepit sit, & per difficile. Alia vitia huius distinctionis non rejicimus; nec alias distinctiones rejicimus, nisi ob-viter; quia mihi semper inutilis labor viuis fuit, qui in refellendis Auctorum dictis collocatur. Prætemus ergo iam, quam Nos veram putamus, cum satis superque de ætymologia egerimus. Alias vero ætymologias ex veteribus Grammaticis affert Petrus Gregor. lib. 2.8. syn-tagm. cap. 1. num. 3. quæ accurata non indigent exposi-tione.

DE DIFFINITIONE DONATIONIS.

7 Donatio sic diffinitur ab Aristotele lib. 4.
 Ethicor. cap. 2. D. Thoma in primum sententiarum dist. 18
 quest. 1. art. 2. est *datio irredibilis*. Verbum *irredibilis* ex-
 primit cum energia significationem verbi *datio*: nam illa
 tantum *datio irredibilis* est, quæ eo fit animo, ut
 nunquam danti reddatur. Quod donatio postulat, ut
 sit talis, l. 1. hoc tit. l. Senatus 35. §. 1. de moris causa
 donationib. Quare cum adiiciatur prædictum verbum ma-
 joris explicationis gratia, & in re, quæ ad substantiam
 donationis pertinet, non debet videri superfluum. Usu
 tamen iuris receptum est frequentiori calculo, verbum
datio significare translationem dominij; per se sumptum,
 & sine aliquo adjuncto, §. sic itaq; discretis, ins. de action. l.
vbi autem 75. §. vlt. de verbis. obligat. iunct. l. vlt. usus
 fructuar. quemadmod. caueat. Ut dicebam lib. 2. Opuscu-
 lor. sect. 1. cap. 2. ex num. 2. & mecum consentiens D.
 Hieronymus de Oroz lib. 3. de apicib. iuris Civil. cap. 8.
 num. 15. quidquid in contrariū annitatur D. Fer dinan-
 dus de Mendoza lib. 3. dispn. de pact. cap. 3. ex num. 6.
 Nisi semel aut bis, quando secundum materiam subie-
 tam I. C. impropriè loquuntur; tunc enim dandi ver-
 bum pro simplici traditione solet usurpari, ut in l. domini-
 nus 8. de prescriptis verbis, & si quæ sunt aliae ut notaui
 etiam eod. lib. 2. sect. 3. cap. 4. num. 3. Oroz *vbi proximè*
 Augustin. Barbosa in rub. Decretal. nostri tit. num. 4. & 5.
 quod minus consuetum, immò rarum, consultis esse, mihi
 certius persuadeo. Igitur secundum hunc usum loquen-
 di, excusari potest verbum *irredibilis*, cum huius verbi
 potestas tatis ex primatur per verbum *datio*: critque in
 summa donatio ex mēte Philotophi, & Angelici Docto-
 ris liberalis *datio*. Ut diffinierūt ab eodem fonte haurie-
 tes, Silvester in summa verbo donatio 1. in princip. Pater Mo-
 lina de iust. & iure tratt. 2. disp. 273. Læsius de iust. &
 iure lib. 2. cap. 18. dub. 2. D. Tapia 2. tomo cathena moralis
 lib.

lib. 5. quest. 20. art. 1. num. 2. à qua diffinitione recede-
re plenum erit temeritatis; nullus enim melius virtu-
tem liberalitatis percaluit. & actum donationis, per
quem comparatur, quām Philosophus & D. Thomas:
quarē nullus melius donationem sciet diffinire; quan-
uis ab ea recedat Barbosa in predicta rub. num. 2.

Quæ diffinitio iuxta regulas dialecticorum
prefecta est, & iuxta iuris præcepta completa, siue apo-
dictica. In primis generere, & differentia constat. Ver-
bum *liberalis* genericum est. Verbum *Datio Specificum*.
Omittimus latam, & impropriam significationem
verbi *liberalis*, quod solet significare beneficentia vir-
tutem, & charitatis, ut dixi supra num. 6. loquens de
significatione verbi *Donum*, & ut de propria agamus
significatione, certum est, quancumque dationem,
etiam non translati uam dominij, sed tantum usus rei,
aut temporariæ possessionis liberalitatis verbo com-
prehendi, v.g. precarium, l. 1. §. 1. de *precari*. quod ideo
donationi simile dicitur in l. eum qui 14. §. is qui 11. de
fust. nec tamen est donatio, cum per precarium non
transferatur dominium. Deinde liberalitas appellatur
in l. *liberalitatis* 16. de *Vsur*. pollicitatio, siue inchoata
dohatio in Reimp. collata. Item annonæ, frumentatio-
nes, congiaria, & donatiua, quæ Principes populo da-
bant, in l. *patronus* 35. de leg. 3. qui quidem actus magis
expectant ad virtutem magnificentia; quæ est abundare
in ipsa liberalitate, quām ad donationes, per quas
generatur liberalitas ipsa; quæ est abundare in donatio-
nibus. De explicatione, & illustratione præd. text. cō-
suli poslunt Couar. & Ioannes V Vefelius in notis lib. 4.
var. cap. 1. num. 8. & 9. Innocent. Gironius lib. 3. obs.
Iur. Canou. cap. 5. & lib. 4. cap. 3. Alphonsus Carraza in
tract. de monet. 4. p. cap. 1. §. 7. & alij apud nostrū Ama-
yam in l. unic. C. de collat. ieris lib. 10. num. 28. per ver-
bum autē datio à cæteris liberalitatibus distat donatio;
cuius substantia consistit in eo, quod sit irredibilis, &

ex causa liberalitatis facia: est vero irredibilis, quando
eō animo datur, ut per perpetuū penes accipiente m̄ sit, nec
vīlo casu redēat ad dantem: ut supra diximus cum phy-
losopho, & D. Thoma.

Sed hæc diffinitio non nullis argumentis
impugnari potest. Primum argumentum sit. Si dona-
tio esset liberalis datio, participaret propter genus huius
diffinitionis, scilicet liberalis, de omni perfectione,
quam petit liberalitatis virtus. Sed non potest de omni
perfectione virtutis participare. Igitur donatione nō
congruē diffinitur per verbum liberalis. Non partici-
pare de tota virtute liberalitatis sic probo. Valēt dona-
tio ex causa honestæ, vel dishoneste affectionis facta:
l. affectionis 3. l. donationes 3 r. hoc sit. Sed hæc donatio
ex causa vitiosa fit. Igitur ex virtute liberalitatis ori-
ginem non habet. Huic argumento satisfactum ma-
net superiori cap. num. vlt. vbi notaimus, ius Ciuale,
quod practicum est, non potuisse ad amissim sequinor-
mam, quam phyllophilia moralis prescripsit virtutis;
quarē tantum sequitum illam fuit, in quācum potuit;
ne si de singulis donationibus in controversiam iretur,
dūmā completerentur litibus, quibus obuiare ius ciuile
studuit, l. vlt. pro suo. idcirco donatio in concubinā
collata subsinetur, quanvis suspicio sit, fieri ex causa
vitiosa. Idem dicendum est de donationibus factis me-
retricibus: eo maxime, quia non statim apparet surpi-
tudo donationum cōcubina ens in ex morib⁹ nostris,
& inerit in turpiter faciunt, quod sint tales, sed non
turpiter accipiunt, cum sint tales, l. idem si obstru-
prum 4. §. sed quod meretrici, ff. de condict. ob turp.
caus. de causis expositione egidib. 2. Opusculorum secto-
rum cap. 1. num. 4. addendis sunt ultra ibi relatios Dia-
na 1. rom. tract. 16. resol. 38. Illustrissimus Tapis 2. rom.
lib. 5. quest. 30. art. sexto. Nisi tam profuse donatio fa-
ctā sit, & tam perditè, ut ob prodigalitatem debeat res
cendi, si quis cum sciret 8. pro empere. Itaque quanvis in
mo-

motu*io ius eiāile nō potuerit imitari philosophiā moralē; neque in modo ratione regulato, vt ibidem dixi, licet quantum ratio negotiorum permisit, illud optauerit: tamen in ceteris requisitis ius à Philosophia non distat.* Nempe quod fiat gratuito, l. *donari 29.* *hoc tit.* & ex sola causa manificentiae exercenda, l. *i.* *hoc eod. tit.* Non ex motu extrinseco indigentiae alterius, aut charitatis erga ipsum: quare in extraneos sapientissime confertur, l. *in extraneos 29.* C. *hoc tit.*

ro Secundum argumentum aduersus eandem diffinitionem sic conficitur. Si *datio*, sive *translatiō dominij* esset de essentiā donationis, non valeret donatio rei alienae, quae dari non potest. Sed donatio rei alienae valida, & efficax est. Igitur quod res detur, idest, rei donatae dominium transferatur, non est de essentiā donationis, & per consequens male definitur per verbū *datio*. Minor probatur sic: qui dominus non est, non potest dominium in aliū transferre, l. *traditio 20.* de adquirendo rer. dominio l. *nemo plus iuris 54.* de reg. iur. Sed qui dominus non est, rem alienā, quam suam esse putat, recte donat, & prodest donatio ad titulum vñucaptioni requisitū, l. *i.* & 2.l. *qui pro donato, 5. l. vlt. prodonato l. 2.* C. de vñucap. prodonato, l. *i.* *versic. docere C. debonis mater.* Quanuis statim non transferat dominium l. *si filius 14.* l. *si patri 24.* C. *hoctit.* l. *alienum 6.* C. *defurtis,* l. *i.* *tit. 4. part. 5.* igitur *datio*, sive instantanea dominij *translatio*, non est de essentiā donationis. Verum vt respondeam obseruo: verbum *dationis* contentum esse in nostra diffinitione, vt in ceteris, aptitudine quāvis actū intētū nō assequatur. Vult equidē donator rei alienae bonā fide possessiā dominum rei irreuocabilitē in donatarium transferre; vult irredibilitē, irreuocabilitē dare, vt res donata ad se nunquam reuertatur: igitur quanuis ex parte rei non detur *translatio dominij*, ex parte donantis datur animus transferendi. Cū autem verba in diffinitionibus non debeant exprimere actum, sed aptitudinem: sequitur, per hunc animum li-

beralem dationem exerceri; quanuis de facto dominium
non transferatur ex eius defectu, l. Arist. 18 §. Arist. 2.
hoc sit. Idcirco donatar ius rei alienae acceptor liberali-
tatis dicitur in l. sed & si 7. §. sed & si quis. 2. de Publician.
in rem act. quarè donatarius postea v s u c a p i e n s à donato-
re ipso rem habere dicitur: quia præbuit caussam v s u -
c a p i o n i , l. si extraneus 44. de donat. inter l. qui alienam 33.
de mortis causs. donat. Addendi sunt in eleganti casu, & dis-
putatione Vazquez Menchaca illuстр. cap. 89. num. 61.
Osuald. ad Donell. lib. 14. cap. 31. litt. C.

11. Cū ergo ex parte donatoris exerceatur liberali-
tas, & munificētia circa rem alienā, quā suā esse putat;
cōsequens videtur, (licet posteā resciat, alienam esse)
reuocare donationē nō posse. Quiā dedit irredibili, si-
uē irreuocabili animo. Igitur propositum mutare non
poterit in detrimentum donatarij: sic, vel paulò aliter
disputabat Anton. Faber in ration. ad d. l. 7. §. sed & si de
Publiciana. Et suboscure, sub multisque distinctionibus
prædocuit Accursius in l. 2. pro donato. Quam disputa-
tionem veram iudico, si stemus rationi strictæ, & na-
turali; qui enim existimauit donare se proprietatē rei,
& cum effectu donaret, si sua esset: multo facilius vide-
ri debet voluisse donare possessionem, & qualequale
ius in re habuit, à se abdicare, & in donatarium transfe-
re. Nihilominus casus erit, in quo possit reuocare do-
nationem rei alienæ donatæ, vt supponit magis, quam
decidit Marcellus in d. l. 2. pro donato. Verba sunt. Si is,
qui alienam rem donauerit, reuocare constituerit donationem:
etiam si iudicium ediderit, remque cōperit vindicare, curret
v s u c a p i o . Aliud decidit, aliud supponit; decidit, pendē-
te iudicio v i n d i c a t i o n i s , nō interrumpi cōptam v s u c a -
p i o n e m , donec res per sententiam evicta sit: quiā iu-
diciū non auferit possessionem, qua innititur v s u c a p i o ,
donec sequatur evictio, l. Julianus 17. l. post acceptum
18. de rei v i n d i c a t . l. 2. §. vlt. pro emptore vt dixi in selec-
tione ad leges Sciboniam, & ceteras, quæ prohib. v s u c a p . n u m . 45.

Sup-

Supponit vero, donatorem potuisse reuocare donationem, quam fecit rei alienæ. Non potest dici facile, Marcellum tractasse de reuocatione ob ingratitudinē; multò minus dici potest, tractasse de inofficioſa donatione, aut natuitate liberorum: quia hæ omnes posteriores constitutiones sunt, & quas non fuit Marcellus adeptus. Vnde facile existimo, supposuisse reuocari donationem rei alienæ, ex eo quod aliena sit, & non ex alia cauſa. Quod tunc erit admittendū, & ex æquitate, contrā strictā rationē iuris; quandō ex donatione dāmnum pāſlurus erat dōnator; ne ex liberalitate sua pericletetur, vt alibi dicemus. Cæterū, si nullum dānum expeditat, nulla erit ratio, quæ audiatur, si velit reuocare donationem. Dānum est, si propter donationem rei alienæ, verò domino mansit obſtrictus circā restitucionem rei. Hæc in donatore bōnæ fidei dicuntur. Cæterū si mala fide donauit, sciens rēm esse alienam; non est iusta cauſa reuocandi donationem; quarè non auditur, & irreuocabilis absolute manet donatio. Aequitas enim nō suffragatur donatori mala fidei, qui hoc auxilio indignus eit l. cum profitearis 4. C. de reuocandis donat. quæ de hac hypothesi loquitur, vt illam accipiunt, ibidem Bart. Bald. Salicet. & Gifanius, item Donell. lib. 14. Comment. cap. 26. Est etiam difficultis suppositio, in quātum Consultus dicit, donatorem rei alienæ posse illam vindicare: cum non domino, nō competit vindicatio l. in rem actio 23. de rei vindicat. cū m ſimilibus à contrario ſeu. Dicamus tamē, vindicationem in præſenti ſumī pro actione infactum, quæ pro vindicatione eſt, ad auocāndam possessionem, & non domino datur, d.l. 23. §. item quæcumque 5. quod si donator incertus ſit, an ſit res donata aliena, an ſit propria; interim non poterit reuocare donationem: in tantum, vt ſi caſu recuperauerit rei donatæ possessionem, poſſit donatarius aduersus eum Publicianā experiri, & poſſessionem iterum auocare. l. 7. §. ſed & ſi 3. de Publiciana: quam ſic velim accepit,

cipi, Publiciana etenim etiam ei competit, qui incertus sit, an sit dominus, vel non: immo etiam ei, qui certò scit, se dominum esse; si metuat, si vereatur, defeturum se in probatione dominij l. si cum venditor 66. de euictionib. dixi in selectione ad l. Atiniam. num. 25. quare extante prædicto dubio ex parte utriusque in donatione rei alienæ, poteris aduersus donatorem donarius Publiciana experiri.

12. Redeamus ad lineas: qui rem alienam sciēs donat, liberalitatem non exercet, quae de proprijs rebus exercetur: & tamen impropriam, abusuanā donationem, quae de facto præcessit, non revocat: quia turpitudinem allegans non auditur, l. i. C. de furt. qui rem alienam donat existimās suam esse, facit donationem propter irredibilem, vel irreuocabilem animū, quem ex parte sua habet: ideo valet donationē, producit titulum pro donato ad usucapiendam rem: & quanvis in actu non sit datio, in potentia est datio, in aptitudine; quā consentia sunt verba in diffinitione posita. Donationem ergo rei propriæ dicemus perfectam, & completam simūl: donationem vero rei alienæ bonā fide factam, dicemus perfectam quidem, sed incompletam. Illa statim trāsfert dominium, qui est effectus compleatus. Sic est accipienda doctrina V Vesembek. ad hunc tit. num. 6. Tratseri volum. 2. select. disp. 19. thesi 5. Hec vero, quannis statim non trasferat dominium, præbet titulum ad usucapiendum, Publicianam actionem, & cæteros effectus, qui ex verā donatione, & alio quo- uis iusto titulo solent prouenire, vt perspiciant Accurs. in l. in edibus 9. g. vlt. hoc tit. Cujac. in l. 3. pro donato. conuenit ergo donationis diffinitio, quam sequimur, in primis donationi perfectæ, & completæ per verbum *datio*: quia transfert actu dominium; & pariter conuenit donationi rei alienæ, quæ perfecta est, quia in aptitudine posset illud transferre. Ut diffinitio hominis, animal rationalis, conuenit homini, qui actu ratiocinatur,

& homini, qui potens est rationari, quanvis actu non ratiocinetur. Sic me expedio ab hac difficultate, quæ mihi leuis visa non fuit.

13 Ex his apparet diffinitionem, quam Barbo sa præbait in *d. rub. de don. num. 5.* à nostra verbaliter tamum distare: sic diffiniuit: *Concessio animo dominium irreuocabiliter transferendus et merita liberalitate facta.* Nō temus, non postulare hanc diffinitionem, quod dominium actualiter, & statim trāsferatur in donarium: sed animum irredibilem ex parte donatoris. Et quod hæc concessio fiat ex causa liberalitatis. Sed utrumque requisitum clauditur in nostra diffinitione: Ergo diffinitio proximè relata coincidit cum nostra; cum tantum sit explicatio ipsius per plura verba. Idem iudicium fieri debet de diffinitione à Cujacio præsita in *paratilis ad Digesta sub nostro tit.* que talis est: *Alienatio rei, quæ liberalitas causa sit, haemente, ut nullo casu recipiatur.* Tota quippe hæc diffinitio, si recte perpendatur, duo tantum requisita ponit; quod res alienetur irreuocabiliter ex parte donatoris: & quod alienetur ex causa liberalitatis: quæ breuius continet diffinitio nostra. Apparet etiam ex his substituti nō posse diffinitionem à Gifanio ex cogitatam in *rub. ad hunc tit.* *Altorphina num. 26.* hac formula: *liberalis dominij trāslatio, quæ communi partium consensu tradendo accipiendoque perficitur.* Quia non postulat in actu dominij translationem, quam petit hæc diffinitio. De alio vitio eius agemus infra. Eodem modo rejicitur diffinitio Pichardi in *rub. inst. hoc tit. num. 16.* quæ est *liberalis, & irreuocabilis rei propriæ dominij translatio,* excludit enim expressè donationem rei alienæ factam cū bona fide, quæ nō veram esse donationem, & in suo genere perfectam, producereque verum titulum, negabit ne:mo, qui ad superiū dicta animaduerterit. Sed ut ambe definitiones displicent, ex quo nimis inculcat translationem dominij; ita nec communis placet, quia non comprehendit translationem hanc, nec in aptitudine

dine. Sic diffinierunt post Azonem *in summa C.* hoc tñ.
Hostiens. *in summa ad Decretales.* Antonius Gomez cū-
multis antiquorū 2. tomo variar. cap. 4. num. 1. & plu-
rimi relati ab Hermosilla *in l. I. tit. 4. part. 5. glossa 1. n.*
1. & à Laynez *ad Anton. Gomez,* ubi proximè num. 2. Azor
yno tantum verbo mutato 3. part. insit. moral. lib. 11.
cap. 1. in princ. alij apud Basæum *in floribus Theologiae præ-*
etice verbo donatio num. 1. *& nostra l. 1. d. tit. 4. part. 5.*
eam, vt potè Azonis, pro more comprobauit *Actus*,
quo res alioquin licita, nullo iure cogente, & liberaliter in ali-
quem confertur. Parum enim exprimit verbum *confertur*
effectum donationis, quoad irreuocabilitatem, & trans-
lationem dominij. Deinde superflua sunt illa verba,
alioquin licita; supponi enim debent, vt in diffinitione
vñsfructus, vñscaptionis, legati, & similibus. Abun-
dant etiam illa; *nullo iure cogente, quia in sunt virtualiter*
illi verbo liberaliter. Alias præbuerant Duaren *in para-*
phras ad hunc tit. Treutlerus d. disp. 19. thesi 1. & alij
alias; quas non moror; cum tamén res inciderit non-
nullas rei ciemus, quæ à substantia donationis longè
absunt.

CAPVT III.

De donatione remuneratoria.

IMPVGNARI etiam potest nostra diffinitio
seuenti ratiocinio. Donatio remunerato-
ria, donatio est. Sed donatio remuneratoria
non fit ex motiuo liberalitatis, sed ex motiuo
gratitudinis. Igitur non omnisdonatio est *liberalis da-*
tio; & per consequens diffinitio nostra manca est, vt po-
tè quæ omnes donationes nō cōprehendit. Postulat hoc
argumentū, & nostri tractatus integritas, vt de donatio
ne

ne remuneratoria disputemus; quam propriè, & verè donationem non esse, sed qualis qualis debiti solutionem, neque ex mero liberalitatis motu prouenire, sequentia persuadent. Primum, quia ut species lucri est debitorem beneficij acquirere, vt dixit I. C. Gaius in l. si pignore 54. defur. ita retribuere acceptum beneficium, nihil aliud erit, quam ab illo debito se ex onerare. Sed ubicumque datur necessitas qualis qualis sit, non datur illa libertas, quam liberalitas postulat. Igitur ubi datur retribuendi necessitas, non datur donatio. Deinde effectus obligationis, quam Græci antidoralem vocant, non sunt prorsus à iure Civili omnissimi; ecce enim sunt tituli de reuocandis donationib. per quos reuocatur donatio alioquin perfecta, quæ collata fuit in eum, qui ingratus extitit; libertusque ingratus in seruitutem reuocatur l. 1. 2. 3. & vlt. C. de libert. & eorū liber. Imò & pro admis- si qualitate puniuntur, l. 1. l. Diuus 5. de iur. patronat. l. alimenta 6. §. 1. de agnoscēdis liberis. l. si quis hac lege 30. qui & à quib. manum. ob idem vitium. Igitur, qui redonat, vt se ab hac nota, & obligatione antidorali liberet, nō propriè liberalis est. Postulat vis huius argumenti, vt effectus obligationis antidoralis, & eius causam paulo pressius explicemus. Obligatio, quæ præcipit, vt benefactoribus retribuamus, secundum æquitatem naturalem est: sed obligatio qualibet naturalis solo æquitatis naturalis vinculo substitetur, l. Stichum 95. §. naturalis desolut. Igitur obligatio antidoralis naturalis in causa non distat à ceteris naturalibus obligationibus. Secundo hec obligatio retribuēdi à natura imperata est, vt imperatur à natura promissa soluere, vt probatur ex Cicerone libro 3. de Republica. sed obligatio soluendi promissa, coactionem habet à natura, l. cum amplius 84. §. is natura, de regul. iuris. Igitur, & obligatio retribuēdi. Tandem, quanvis à iure præfixus non sit certus retribuendi modus; tam enī iuxta regulas gratitudinis certus est in rerum natura. Ergo cum secundum naturam re-

regulentur omnes obligationes naturales, poterit etiam
haec dici certa. Haec ita disputauit Osuald. ad Donell. lib.
12. cap. 2. l. 1. O. & P. quanvis non hac forma.

² Contra quem vires ingenij acuit, exercuit-
que Gaspar Schiforddeg. ad Antonium Fabrum lib. 3. tract.
^{26. quest. 1. & 2.} à quo sententiam potius depono, quā
rationes. Substineo ergo obligationem antidoralem
in linea, & ordine naturalium obligationum non esse
propriè obligationem naturalem coactuam, neque in-
ducere debitum legale, sed tantum debitum morale ra-
tione honestatis ex causa gratitudinis: ideo debitum
ex pacto, aut promisso, ex iustitia dicitur obligare: de-
bitum vero ex gratitudine dicitur obligare ex honesta-
te. Quæ doctrina est Angelici Praeceptoris 2. 2. quest.
106. art. 5. & art. 6. ad 2. Grauat ergo pudorem, sed nō
conscientiam, vt docet idem Angel. Mag. quest. 107.
seq. art. 1. vers. respondet dicendum. Cuius doctrina se-
quentibus rationibus fundatur. Omnis obligatio est
iuris vinculum alicuius rei præstād.e. Vt Iustinianus ait prin-
cipio inst. de obligat. Sed obligatio remuneratoria ad
nihil certum adigit, nisi ad animum gratum, & memo-
reni beneficij accepti, nec præscribit quantitatem,
rem, tempus, aut modum remunerandi, vt considerat
Seneca lib. 3. de benef. cap. 6. ibi Nec absoluimus illum, sed
cum difficultas esset incertæ rei estimatio, tantum odio damnabi-
mus, & inter ea reliquimus, quæ ad vindices Deos nimirum, &
cap. 10. eiusdem libri ibi. Dies præterea beneficio reddendo,
non dicitur, sicut pecuniae creditæ. Itaque potest, qui nondum
reddidit, reddere. Dic enim intra quod tempus deprehendatur
ingratus. Igitur obligatio remuneratoria deficit in sub-
stantia veræ, & propriæ obligationis. Rursus propria
obligatio non potest dependere ex mera voluntate obli-
gati, l. sub hac 8. de O, & Al. stipulatio 17. de V. O. quia
est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur. Sed
retributio, aut remuneratio beneficij accepti ex mera
voluntate remunerantis pendet; aliter nec prius est be-
ne-

neficium; nec posterior dici potest remuneratio. Seneca d. lib. 3. debenef. cap. 15. illis verbis. *Hoc vnu de cestavarietate, ut beneficia sine sponsore non demus. Generosi animi, & magnifici est, iuuare, & prodeesse. Quidat beneficia, Deum imitatur; qui repetit, fœneratores.* Ergo &c. Qua de re multa eodem libro Seneca adducit, & lib. 6. eiusdem tract. Item Cicero lib. 1. officior. & alij passim, quibus abstineo. Quā sententiam sequor, & sequunt fuerunt pridem Donell. d. lib. 12. cap. 2. vbialios adducit Osual. lit. O. Schiforddeg. supra relatus. Pet. Faber in l. non est singulis 176. §. infinita. de R. I. Hugo Grotius de iure belli, & pacis lib. 2. cap. 14. §. 6. Pat. Molina de Iust. & iure tract. 2. disp. 292. Collegium Salmanticense 3. tomo in arbore prædicamenta. li num. 81. quædamque dixit Vincentius Turturetus in parallelis ethicis politicis iuridicis extra ordinem dissert. 9. & 10. Hact
agu

3. Qua retenta, non obstant fundamenta sententia Osvaldi. Fatemur enim remunerationem provenire ab æquitate naturali, sed nō ab ea æquitate, quæ inducit debitum legale, siue ex iustitia; sed potius ab ea, quæ solū pudorem grauat, & honestatem æstimatur. Quo solo satissit secundo argumento, qui enim natura debet, verè, & propriè, tenetur soluere ex obligatione iustitiae, quæ conscientiam onerat ex terminis talis obligationis: qui verò debet ex honestate, non debet ex ratione iustitiae, neq; in conscientia reddere tenetur, seclusis aliquibus circumstantijs, quas prosequi institutum nostrum non sinit. Vindendus interim est D. Ferdinandus de Mendoza lib. 1. disp. de paclis cap. 4. per totum. Nec obstat aduersus ingratos penas in iure statutas esse. Aliud quippè est nō esse remuneratorem, aliud esse ingratum. Non remunerari quippè consistit in actu negatiuo non retribuendi beneficia: esse verò ingratum, consistit in actu positiuo malefaciendi benefactori. Quod vitium abominabile est, & directo opponitur virtuti gratitudinis: obliuio autem beneficij accepti, & omissio re-

munerationis, non ita opponitur, sed per obliquū, aut per indirectum; vt explicat Collegium Salmant. d. n. 81. omniſſio non punitur, sed in gratitudo punitur textus in cap. 1. 23. queſt. 3. D. Th. 2. 2. q. 107. art. vlt. in corpore.

4. Manet ergo obligationem antidoralem, siue remuneratoriam, quæ preceſedit retributioñem beneficij, nō facere, yt retributio necessaria ſit; ſempērque retinere ſubtantiam gratuiti animi. Cum ergo ius ciuile, vt ſapē inculco, non potuerit prorsus ſequi moralem Philosophiam. (quauis agnouerit, ob ſolam munificientiam exercendam, donationem faciendam eſſe l. 1. hoc tit.) omnes actus irrevocabiles ad trāſferendum dominium ex cauſa gratuita reputauit donationes: vnde in conceptu iuriſ hęc synonima ſunt, *gratuum*, & *liberale*. In qua ſignificatione iuriſ remuneratoria donatio, quia gratuita eſt, diſſūlū recte potest *liberalis datio*; conuenit enim ſecundum ius cum meris, & perfectis donationibus in hoc, quod gratuita eſt, in quo ex principijs noſtre artis tota ſubtantia cuiuslibet donationis ſalvatur. Et hoc modo diſſoluitur argumentum contrā noſtrā diſſinitionem oppofitum *hoc cap. num. 1.* Et ſubſtineri debet ſentētia Auctorum, quos num. 2. retulit putatiū, & recte, donationem remuneratoriam eſſe verè donationem in iuriſ censura.

5. Differentiam iatē rationem philosophicam, & rationem iuriſ videtur mihi indicare Papinianus in l. donari 29. hoc tit. & in l. 82. de reg. iur. verba ſunt: *Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur*. Ad ſubſtantiam donationis ſolum poſtulauit, quod fieret gratuito, ſpōtē, ſine coactione. Quo etiam de iure diſputantes, quāuis alioquin magni Philosophi, contenti ſunt pater Molina de iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 273. pater Eaſius ſub eod. tract. lib. 2. cap. 8. dubit. 2. D. Tapia 2. tombo cathene moral. lib. 5. queſt. 20. art. 1. num. 2. de donatione remuneratoria agentes. Et tamēn artis noſtræ Princeps Pa-

pini-

pinianus non fuit ausus abscisè, & absolutè proponere definitionem prædictam; sed cum illa nota impropositatis videtur. Ut forsitan respectum haberet ad hanc donationem remuneratoriam; quæ mera donatio nō est, id est non est merè proueniens ab animo liberali, & à solo motu munificentiae; sed à gratitudine. Eandem phrasim obseruo in l. Campanus 47. de opeis libert. in qua manumissus ex causa fideicommissi, qui operas suo manumissori promittere nō tenetur, si promiserit sciēs se non debere; remanet obligatus; quia donasse censur, siue videtur. Est proculdubio respectus aliquis gratitudinis erga eum, qui manumisit, quanvis ex causa fideicommissi, & necessario manumisit: quare libertus operas promittens gratus potius, quam liberalis censemur: idcirco donatio impropria est, sed quæ in conceputu iuris propria reputatur. Ex diuerso, qui sciens se nō debere soluit, donat; nec Consulti tunc impropriè loquantur, sed verbis proprijs, l. 1. de condicione indebiti 9. C. eod. tit. l. cuius per errorem 53. de regul. iuris, quia ad solvendum indebitum, qui sciens soluit, non habet aliud motuum, quam munificentiam, siue liberalitatem exercere. Agnouit itaque Papinianus veram donationis essentiam secundum rigorem philosophicum: sed de iure agens non potuit omittere, etiam donationem appellati, quæ fit ex causâ, quæ non habet externam, siue iuridicam coactionem. Sic similitèr donatio à patre in filium collata vera donatio est, ut infra dicemus; & tamē heredis institutio, & translatio totius patrimonij in filium, non reputatur donatio in l. vnic. C. de imponenda lucrativa descript. quia non fit ex liberalitate, sed ex motu pietatis: impius enim pater est, qui, vt ditet extra nos, filios exheredit. Ut nuper dixi in aduersarijs cap. 16. Hæc tamē magis philosophica sunt, quam iuridica. Donatio ergo remuneratoria in substantia donatio est; sed in qualitatibus, siue accidentibus, non est mera donatio. Multa habet specialia, per quæ distinguitur à me-

ra, pura, & simplici donatione; non quidem specificè; nam ad speciem donationis pertinet; siue ad genus, ut Nos dicimus; sed individualiter, vt negotialis donatio differt à pura, & simplici, quanvis in genere cum ea conueniat. Sic ergo tenendum est; donatio remuneratoria donationis est: sed non est mera donationis, aut mera liberalitas. Ita accipiēda est communis doctrina, quam doctissimè; & latissimè; fundauit Tiraquellus in l. se vñquam verbo donatione largitus. Ex num. 11. vsque ad num. 125. Ioannes Garcia in toto tract. de donatione remuneratoria, qui post in signe opus de expensis circūfertur. Molina de iustitia, & iure tract. 2. disp. 2791 & 292. & alij plurimi relati ab Hermosilla in l. 1. tit. 4. Partit. 5. gloss. 5. num. 17. & in l. 3. eiusdem tit. glossa 1. num. 17. & 18. & à Diana 8. part. resolut. mon. tract. 6. resolut. 28 & 29. & resolut. 33. 65. & 115. cum multis sequentibus; quanvis à simplici donatione remuneratoria non distare, acriter contra Tiraquellentauerit noster Primarius Arias Pinellus in l. 1. C. de bonis materiæ, parte à num. 19.

6. Ex qua doctrina lucem accipiunt nonnulla iuris testimonia, quæ alioquin difficultia admodum videbri possent. Primo lucem accipit Vlpiani text. in l. sed & si leg. 25. §. consuluit. de petit heredit. in cuius versic. planè docemur, possessorem hereditatis, qui hereditarias res donauit bona fide; si à dohatarijs anidora accepit, id est reparationes, teneri ea restituere vero heredi; qui ab eo hereditatem evicit. Ratio est, quia de alieno dādo beneficij debitorem de alieno adquisiuit, d. l. si pignore 54. §. 1. de furt. Igitur reparationes illi restituendæ sunt, ex cuius patrimonio profecta fuerunt bona, per quæ reparationes comparauit. Ex quo textu apparet, reparationem beneficij ab ipso beneficio originem trahere; & quanvis gratuita sit, imputari illi obligationi ex honestate, qua præcepsit propter beneficium acceptum.

Maioritam èn cum cura exponendus est
alius

alius locus Papiniani, quo elegantior ullus aliis non est
in toto hoc titulo; extat in l. Atilius Regulus 27. hoc tit.
cuius species latius, quam aliae, exponenda, & illustran-
da erit. Atilius Regulus (nisi forsan Aquilius diceba-
batur, nam gens Aquilia inter familias Romanorum
notissima fuit ex primo genere Patriciorum; ut com-
periunt Onufrius, & Sigonius) habuit in rhetorica
Magistrum Nicostratum, qui Romæ floruit sub Antoni-
no Caracalla, quo tempore floruit, & securi percussus
perijt Papinianus nostri textus Auctor: Nicostratus fuit
genere Macedo, & scripsit orationem de laudibus Im-
peratoris M. Antonini Philosophi, ut testatur Suidas
in verbo *Nicostratus*, & nouiores ab ipso notitiam mu-
tuantes. Aquilius ergo habitatio aem Nicostrato per hæc
verba concessit: *Quoniam & cum patre meo semper fuisti: &*
me eloquentia, & diligentia meliorem reddidisti; dono; &
permisso tibi habitare in illo coenaculo, eoque i orbita Cœnacu-
lum est superior pars domus; quam pauperes habitabāt.
Eius structuram describit Vitruvius Pollio lib. 2. de Ar-
chitectura cap. 8. & ibi Xilander, Addendi sunt Petrus
Chaconius de tri clinio, cap. 1. Franciscus Marius Gra-
paldus de partib. ædium cap. 3. Stuchitis lib. 1. qu. est. conui-
nallum cap. 14. Patr. Raderus ad Martialem lib. 1. epigrā-
matis sibi 87. in vulgatis 109. decessit Aquilius, & per eius
mortem heredes controuersiam inouebant Nicostrato
de habitatione. Ita enī supponēdū est; non extraneū
mouisse controuersiam, contra quem ex causā dona-
tionis se defendere non posset Nicostratus; quia dona-
tor defendere se nō potest, contra extraneum, id est do-
minum, rem ab extraneo donatam; vindicantem &
evincentem l. hoc iure 19. §. Labeo, hoc tit. Quauis cō-
trarium videatur indicasse Acurs. in præsenti verbo p̄-
tiebatur. Rationes, quæ fauebant heredibus, iudiciose
perpexit Papin. Prima est. *Quia concessio habitationis*
facta fuit per hæc verba: *permisso tibi habitare; quæ vide-*
tur inducere precarium, argumento ex l. I. de precarior-

cuius ea est in natura, ut licet porrigitur post mortem cōcedentis, tamen heredes possint illud reuocare, l. cum precario i. 2. §. 1. ead. tit. notat Anton. Fab. decade 77. errore 1. Deinde, quia Consultū Scāuola de simili concessione in l. Lucius 32. hoc tit. in eodem themate, & de eadem concessionē habitationis cānaculi, respondit heredibus ius esse mutandi voluntatem, & reuocandā donationis. Igitur in specie Papiniano proposita idem videbatur respondendum.

8. Contrarium tamen respondit Papinianus, ex eleganti ratione; quia talis concessio, nec præcarium fuit, quod constat ex verbis dono; & permitto habitare in illo cānaculo, quæ important donationem, l. in edibus 9. hoc tit. nec fuit concessio ad vitam Aquilij concedentis duratura; sed fuit donatio ob caussā, & quasi naturalis debiti ex gratitudine descendētis exsolutio, quod indi cauit Papin. ibi. Sed officium Magistri quadam mercede remuneratum esse Regulum. Donationem ob caussam appellarent. Conatus lib. 5. Com. cap. 9. num. 6. Cujacius lib. 21. obs. cap. 37. Pacius cent. 6. q. 81. Quasi contractum quemdam commutativum, in quo habitatio datur pro opera Magistri, dixit Cyrilus Gracus Scholiastes lib. 47 basilicarum tit. 1. ad hanc legem 27. Compensationem in datū cum accepto esse, censem Pinellus in l. 1. C. de bonis matern. 3. p. ex num. 60. Conarr. in cap. cum in officijs de testamento. num. 10. Cabedus 2. p. decisione 36. ex num. 4. Ut cumque sit, constat Papinianum dixisse donationē quidem esse, sed non meram. Neque enim mera liberalitas est, quæ confertur in Magistrum; sed est debiti ex solutio, cui paria vix facere possumus; ut enim inquit Aristoteles lib. 9. Æticor. cap. 1. His, qui nobis communicaunt sapientiam, non potest par, & quale pretium retribui, in Græco est η τι μη, id est par honor. Non possum tamen omittere præclarum locum Seneca lib. 6. de benefic. cap. 16. in quo describuntur notæ præceptoris bōai, & yeti; & docentur discipuli gratitudinem, quam ipsi impendere

dere debent, si sint nobiles; & ex bono ingenio, aut in dolore. Sic inquit Alter (loquebatur de Magistro) in dendo laborem, & tedium nullum: preter illa, que praeципientibus incommuni dicuntur, aliqua instillavit, ac tradidit: hortando bonam indolem exercit: modo laudibus fecit animum, modo admonitionibus discussit desidiam. Tum ingenium latens, & pigrum inecta, ut ita dicam, manu extraxit; nec quæ sciebat, malignè dispensavit, quo diutius esset necessarius; sed cupit, si posset, uniuersa transfundere. Ingratus sum, nisi illum inter gratissimas necessitudines dilligo. Libet etiam notare, quod nobis consignatum suo testimonio reliquit Pomponius in l. 2. §: post hunc 47. vñsc. ergo Sabinus, de orig. iur. Huic egregio I.C. & Scholæ suæ antesignano, aut choriphæo, amplas facultates honosuisse (in equestri tamèn ordine receptus fuit) idèoque à Sectatoribus, & Studiosis suis plurimum fuisse substantatum. Nescio quo pacto, inquit impurus purissimæ Latinitatis Arbiter in satyrico, bonæ Mentis soror est Paupertas! Et iterum inculcauit: Amor ingenij neminem unquam diuitem fecit. Addè de cultu, & reuerentia Magistris exhibenda. Menochium de arbitratu 500.

Apparet ergò apud Papinianum totum statum quæstionis fuisse conjecturalem, generisque de liberatiui, vt dicunt Rethores cum suo Quintiliano: vt ipse innuit, illis verbis: *Dixi, possed defendi.* Scæuolam vero de iure certo respondisse in casu communii, & sine peculiaribus circūstantijs occurrente. Idcirco Scæuola censuit, donationem habitationis tantum per vitam donatoris esse duraturā. Papinianus autem subtiliter cōperuit in suo casu, esse duraturā donationem habitationis per vitam donatarij Nicostrati. Ir quo extat vtriusque responsi diuersitas, non tamèn contrarietas. Propositum enim fuit Scæuole in d.l. 32. ita concessam fuisse habitationem: *Hospitio illo, quandiu volueris, utaris.* Eccè videtur concessa habitatione ad voluntatem donatarij. Superioribus, prosequitur, dictis omnibus gratuito. Id est,

est ex causa donationis, **xopis enoi Kltov**, sine mercede; ut interpretatur In nominatus ad d. l. 32. sub d. lib. 47. tit. 1. Basilicarum. Postea tamèn donator adiecit: Idque te ex voluntate mea facere, hæc epistola nostrum tibi facio. Ergò restrinxit concessionem ad propriam voluntatem; non quidem tanquam si precario concederet; ut sibi in omni momento liceret reuocare: certis enim existimò donationem esse ad vitam concedentis irreuocabilem; non precarium. Quod cum iudicio comperuit Antonius Fab. d. decade 77. err. 8. melius quam lib. 2. coniecit. cap. 19. vbi contrarium docuerat, & textum emendauerat. Sed cum concessio hæc habitationis temporaria fuisset, scilicet ad vitam concedentis duratura, non ad vitam accipientis; non post dici constitutio seruitutis, quæ morte debet finiri, sed nihilominus meliori, quo potest modo sustinetur, ut in t. seruitutes 4. de seruitut. notant Cujacius in l. 6. de psuf. legato, Donell. & Osual. lib. 11. cap. 10.

10. Sed cum consultatio facta Papiniano verbis ferè ijsdem constet, **dono, & permitto tibi habitare in illo cœnaculo**, perspicendum est, quarè Papinianus, non restrinxerit concessionem ad vitam concedentis, quæ finitur voluntas, l. 4. locatii. Specialitatè à summo I. Consultorum fuisse consideratam, certum est. Cuius ratio fuit: quia Aquilius iuuenis nobilis erat: cuius animus non debuit coarctari, sed ampliari; vt largius eius accipetur donatio, ut de nobilibus credidit D. Gregorius relatus in cap. 1. hoc tit. suprà cap. 1. hutus tractatus exposito. Deinde, quia donationem contulerat in Magistrum, cui vix par gratia debitore rependi poterat, vt nuper dicebam. Auarum ergò censuit, non sic donatione interpretari, vt duraret, quanto magis posset, scilicet ad vitam concedentis: Non potuit esse perpetua concessio poppter personalia illa verba: **dono, & permitto tibi**: Sed supposito, quod esset concessio personalis, debuit durare usque ad vitam donatarij; vt heredes non pos-

possent reuocare concessionem, quam Aquilius fecerat. Vnde pedetentim dilabimur, ut dicamus Aquiliū concessisse Nicostrato habitationem, prout seruitus est similis vsufructui, aut vsui donius: quæ quidem seruitus habitationis sola morte habitantis finitur, l. legatum 10. decapit. minut. Ex quo concludit Papiniānus, si heredes reuocent concessionem factam ab Aquilio, audiendos non esse: immo Nicostratum tuendum esse in quasi possessione sui iuris per interdictum retinenda, ad exemplum eius, quod conceditur vsufructuario, cuius iuri similis est seruitus habitationis. Vel si vi expelleretur, restituendum esse per interdictum vnde vi; quod etiam fructuatio competere, certum est. Ut probatur ex l. ult. uti posseis, l. 3. §. vnde vi, & seqq. l. s. plures 9. §. de cœlū, de vi, & vi armata. Notat, & vtrumque conferunt Petrus Barbosa in l. si de vi 37. deludicijs a num. 318. Cujacius expressius quam Accurcius, & Castrensis, lib. 29. qq. Papin. in ead. l. Atilius, & lib. 21. obseruat. cap. 37. Vnde non est necesse emendare litteram textus cum Antonio Fabro d. decade 77. errore 9. & 10. & reponere superficiario, pro vsufructuario. Quia non minus redditur interdicta fructuario, quam superficiario: & quia ius habitationis perpetuae concessæ Nicostrato, magis simile est vsufructui, cum ad vitam ventis duret, quam iuri superficie.

Huius textus occasione querunt de lege Cincia Cujacius lib. 17. obs. cap. 33. & ad Papin. in prescri. Antoh. Fab. d. dec. 77. err. 8. Sed cum donatio constitisset in remissione mercedis, non in re ipsa, quæ tradita fuit, vt in l. in edibus 9. hoc tñ. pronior sum, vt existimem legem Cinciam ad hanc donationem non pertinuisse, vt dicam, cum de hac lege disputauerō.

Notemus etiam verba, & phrasin Papiniānī, tantus enim Consultus numquam sine mysterio loquitur. Inquit Papin. Officium Magistri quadam mercede remuneratum esse Regulum. Quod verbum etiam retinet

ius græcum Constantini Porphyrogennetæ d. lib. 47.
 Baslic. tic. 1. cum alioquin Magistri officium non mercede, sed honore prolequamur, & retributio data
 Magistris honor appelletur in iure. Verum secundum
 proprietatem Consultorum distinguenda sunt Ma-
 gisteria. Philosophi enim, & iuris civilis Profes-
 soriis mercede non conducuntur : & retributio,
 quæ ipsis fit, honor appellatur l. 1. §. an, & Philosophi
 4. seq. de extraordinari cognit. Rethores vero, Gram-
 matici, & Geometræ, & qui liberales artes tradunt,
 stipendijs conducuntur, quæ dicuntur mercedes, d. l. 1.
 in prin. Cum autem Nicostratus Rhetor esset, & solitus
 mercedem à discipulis consequi, lusit Papin. in eodem
 verbo, & retributionem factam Magistro, ultra
 mineral solitum, mercedem appellavit. Mineral di-
 cebatur pretiū disciplinæ, quod præstabatur præcepto-
 ribus, & ludimistris. Festus Mineral, de eo accipiē-
 di sunt textus in l. cumplures 12. §. cum tutor. 3. de admis-
 nisti. tutorum l. qui filium 4. ubi pupillus educari debeat. Pro
 quorum illustratione adiri possunt Tirachel. in l. 11.
 connub. num. 30. in fine ubi agit de eruditione, & præcep-
 toribus, puellarum; Ræuard. lib. 2. coniectau. cap. 10. &
 19. Radulfus Forner, lib. 5. fer. quotidin. cap. 21. Guill-
 elmus Forner, in not. ad Cassiodorum lib. 4. epist. 1. Suarez
 de Mendoza ad legem Aquil. lib. 2. cap. 3. sect. 6. ex num.
 16. usque ad finem. Emundus Merillus lib. 5. prior. obs.
 cap. 1. & 17. Cujac. lib. 38. Pauli ad edictum, in d. §. cum
 tutor. 3. Ad praxim tamen de præbendo salatio Medi-
 cis, & Præceptoribus consulenda est nostra lex in tit. 8.
 part. 5. ubi Gregor. & in l. 16. glossa 2. tit. 16. part. 6.
 Muñoz de Escobar de ratiocinijs cap. 27. num. 38. nouis-
 si ne, & cum multis Emanuel Rudericus de Silua nun-
 per in nostra Ciuitate de forensibus negotijs benemeriti-
 tus, iastratusque in tract. de salarijs familiarium quest. 6.
 per totam. lib. 1. tit. 1. n. 1. misere. nec. I. illepi. n. 1. n. 1.
 centri insito mudre bono. 13. quin Notes
 201

13 Notemus tandem illa verba Papiniani de Nicostrato loquentis: *Cum de ea re mecum contulisset.* Quæ sunt plena modestiæ: noluit enim dicere Nicostratum se consuluisse, sed de quæstione incidenti secum sermonem habuisse. Nicostratus enim Rhetor fuit Ceruicio Scæuolæ coætaneus, ut per vidit Alciat. lib. 2. parergon. cap. 49. Papinianus in iure habuit Magistrum Scæuolam, ut post Spartanum notant Cujac. in præfatione ad quæstiones eiusdem. Ioannes Bertrandus de Iuris peritis lib. 1. in Papiniano. Potuit ergo habere Magistrum in rhetorica Nicostratum; ne ergo diceret consulfum se fuisse à Magistro, urbanius dixit, vtrumque de eadem re sermonem contulisse, verbaque fecisse. Sic Plinius iunior lib. 4. epist. 5. ad Sabinum dixit: *contuli cum prudentibus.* Cum enim esset, & Patricius, & Senator, turpe sibi putauit ignorare ius in quo versabatur, ut Pomponius dixit in l. 2. §. Seruius 43. de O. 1. idcirco maluit dicere se cum prudentibus communicasse, quam eos consuluisse. In vtrumque locum inciderunt Catenetus ad Plinium, & Cujac. ad Papinianum. Et apud Senecam, & Plinium eundem alia testimonia poterunt inueniri.

14 In cæteris locis expeditius, breviusque procedemus. Effectus obligationis antidoralis defumi etiam post ex Pauli sententia, quæ extat lib. 5. tit. 11. dedicit. §. 6. verbis sunt: *Ei quialiquem à latronibus redemit, vel ab hostibus eripuit, in infinitum donare non prohibemur: si tamen donatio, non merces eximij laboris appellanda est: quia contemplationem salutis, certo modo estimare non placuit.* verba hæc Pauli aperte denotant de lege Cincia sermonem instituisse, quæ certum modum posuit donationibus, ut infra dicemus, cum de ea egerimus. Ius Græcum Basilicarum retulit ad modum præscriptum donationibus, quæ sine insinuatione fiunt, quam posteriores Principes induxerunt. Ut constat ex verbis è græco traductis ibi: *si aliquid liberauero à latronibus, aut hostibus, & pro eo aliquid mihi donauerit, valet, etiam si modum exceperit legi-*

timum, iūcto Innominato interprāte ibidem sub d. lib. 47.
tit. 1. Compositores vero pandectarum vt omnia iura
complesteruntur, ita in pandectis retulerunt sententiā
Pauli in l. si pater 34. §. 1. h. t. si quis aliquem à latrynculis
vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hęc dona-
tio irrevocabilis est. Hęc postrema verba posseunt significare
est donationem immutabilem, id est, validam in
tota quantitate, licet excedat modum, & sic videtur
illa exposuisse Innominatus Græcus interpres littera K.
posseunt etiam significare, reuocari nō posse propter in-
gratitudinem. Vnde apparet plenissimus effectus remu-
neratorię donationis, vt valeat quantumuis excessiu-
sit, nec subiaceat reuocationi, licet post modum in in-
gratitudinem recidat donatarius, qui est communis sc̄-
tus, & verus, vt deducitur ex littera pandectarum; licet
de eo agere non potuerit Paulus. Interquas litteras nul-
lam inuenio contrarietatem, neque Tribonianus piacu-
lum veterum l. Consultorum fragmenta suo iuri accō-
modantis. Ut Compositores Basiliacarum fecerunt pro
eadem, qua pollebant potestate. Agnoscimus tamen,
postrema verba d. §. quæ continent rationem, mendo-
sa esse, & posse integrati veteri restituī ex verbis Paū-
li suprà relatis.

15. Sequitur aliis effectus dēducendus ex
eleganti text. in l. vt iuris iurandi 7. §. dabatur s. de ope-
ris libert. In quo si impubes manumittatur vindicta ex
iusta causā apud Consilium approbata, iuxta terminos
Vlpiani in fragment. libri regul. tit. 1. de libertis. §. eadem
12. & promiserit patrono operas artificiales, siue fa-
bri es; dari in eum actio, cum adoleverit, respondit VI.
piarius: id est, cum eius etatis sit, vt operas edere possit.
Et aliquando quidem tenebitur illas præstare ante adul-
tam etatem; si tales sint operæ, quæ edi possint à puerō,
veluti librarij, aut nomenclatoris, l. duorum 49. eod. tit.
I. vt. de liberal. causa. Posset in præsenti dubitari; qua-
rè pupillus promittens operas fabriles patrono sine tu-

oris auctoritate teneatur? Respondeo, quia hec promissio fit ex causa gratitudinis, remunerationis, in compensationem beneficij accepti, cui vix per gratiam potest retribui; cum sit infinite aestimationis, l. non est singulis 176. §. infinita de reg. iur. ut recte considerat Schifdeger. ad Fabr. lib. 3. tract. 26. quest. 3. Igitur nulla capatio est in eo, quod pupillus promittat, quod maiores solent, immo ferè debent promittere, si immemores beneficij accepti audirentur, argum: ex l. verit. 1. §. item 4. de minorib. l. nihil 1. 16. §. non capitur, de regul. iur. ideo ad remunerandum patrono, non iadiget pupillus tutoris auctoritate. Ponamus tamèn patronum auarum à pupillo extorsisse aliquid nimium, nunquid ita Iesus poterit impetrare beneficium restitutioñis? Respondeo, huc casum non pertinere ad edictum Prætoris de restitutioñe. Prætorem ex alia parte edicti consulit omnibus libertis tam majoribus, quam minoribus, si quid ob libertatem acceptam nimium, vel in solitum promittant, quod modum remunerationis excedat, l. 1. §. que one
rande s. cum seqq. l. 2. §. si seruus, quan. rev. actio non derur. Hoc ergo remedium luperest pupillo, ut audeat Prætore, & se à nimia præstatione exonerari petat; nec alio indigent.

16 Proximus superiori, nec minus elegans est, qui deducitur ex text. in l. si non sortem 26. §. libertus 12. de condic. indebiti. Quem etiam cum cura enarrabo. Libertus existimans se patrono operas debere, soluit: Julianus respondit, condicere non posse, licet per errorem soluerit: natura enim operas patrono libertus debet. Eamdem Juliani sententiam Vopianus retinet in specie, qua patronus officiales operas à liberto postulasset; & libertus deciderit cum patrono præstanto ei pro operis pecuniam, quas quidem existi nhabat se ei debere, cum non deberet: adhuc enim nec pecuniam condicet, quæ successit loco operarum. Tandem in versic. Sed si soluerit, concludit, idem dicendum esse, si iussu patroni,

delegante patrono, alij operas soluit: neque enim ab eo, cui soluit, repeteret poterit, cum suum receperit, l. repitio 44. eod. tit. neque à patrono; cui natura debuit. Hæc disputauit, deciditque de officialibus, de fabrilibus vero contra sensit in versic. Sed si operas, vbi docet repeteret libertuni posse operas per errorem solutas; & longo sermone adstrait, quid pro operis sit repetendū. Vide ergo, quomodo ad inhibendam repetitionem solitarum operarum, vel estimationis ipsarum, sufficiens est obligatio antidotalis; siue illa naturalis obligatio, quæ resultat ex memoria accepti beneficij. Ita sentiunt Tiraquell. in l. si unquam verbo donatione largitus, num. 68. C. de revocand. donation. Cujac. lib. 8. qq. Papin. in l. is qui 24. §. Flavius de solution. ad tit. C. de operis libert. Anton. Faber in ration. ad d. §. libertus, Osuald. ad Don. lib. 2. cap. 18. litt. I. Ræuard. in l. cum amplius 84. §. i. de reg. iur. Sed quo minus huic sententiae adquiescam, ita utide proprie facit exemplum operarum fabrilium, quas indebitè per errorem solutas repetit libertus. Sed in illis datur eademi memoria accepti beneficij. Ergo sola obligatio antidotalis non sufficit.

17 Dicamus ergo sic; si libertus præbeat patrono operas officiales, id est officium, quanvis non indictas, non desideratas à patrono, cum putaret indictas fuisse; solutum non repetit: quia obligatio antidotalis respectu officij efficax est ad agendum, si officium postuletur: ergo efficax erit ad retinendum, si præstitum sit non indictum. Quam doctrinam ut exponam, animaduerto, operas officiales, plus esse, quam obsequium, referti tamen ad obsequium eo sensu, quo plus refertur ad minus intra eamdem speciem: consistunt enim opera officiales in quocumque officio, quod libertus teneatur præstare patrono suo absque certo, & promissio nominatim artificij genere: veluti ut cum patrono moretur, si opus est; ut aliquo cum ipso proficiatur; ut eius negotia curet; ut liberos instruat: hæ sunt opera officiales,

ciales, & si quæ sunt similes; obsequium vero, continet
 vniuersaliter reuerentiam, quam exhibere patrono te-
 netur. Fabriles vero, siue artificiales opera sunt, quæ
 nominatim in aliquo artificio promituntur; veluti à
 pictore pictoriæ, à Fabro Fabriles. Officiales non prius
 debentur, quam a patrono indicatae sint, idest petitæ
 semper enim in his respicimus usum, necessitatemque
 patroni. Fabriles debentur statim, ac promissæ sunt,
 nec aliter debentur, quam si promituntur. l. Operæ 5. d.
 cum patronus 22. cum duab. legib. seq. l. hædemum 38. cum
 alijs de operis libert. docent Cujacius ad eundem tit. in Cod.
 Donell. & Osuald. lib. 2. cap. 18. Conanus lib. 2. Coment.
 cap. 5. Petr. Grégor. lib. 14. syntag. cap. 8. Schifordeg. ad
 Fab. d. lib. 3. tract. 26. quæst. 3. Noster Pichard. prino. inst.
 de acquif. per arrog. ex num. 62. quos refert, & sequitur
 Magnus Præceptor noster D. Ramos in M. S. ad leges Iul. &
 Pap. 2. p. cap. 1. num. 7. addendus etiam noster Arias de
 Mella lib. 2. variar. cap. 16. ubi alios recenset. Vnde si
 patronus indigeat aliquo officio liberti, quod sine dis-
 crimine vitæ, & sine dedecore præstare posset, tenetur
 libertus statim illud exhibere; non tantum ex honestate
 secundum quam solet adstringere obligatio antidora-
 lis, sed præcise: alioquin per Præsidem, Prætorem vè
 compellendus erit: quod de operis fabilibus non pro-
 missis dici non potest; quas ex contractu debet, & non
 aliter. Quia in his, quæ spectant ad obsequium, offi-
 ciium vè; Magistratus non patitur, quod libertus con-
 temnat patronum. l. 1. §. cum patronus 12. de officio Praef.
 Urb. Docent Acurſ. in d. 5. l. 26. §. libertus verbo debere
 Barthol. Albericus, & Robert. apud Pichard. ubi proxime
 numerum. 64. Cum ergo in hac peculiari specie antido-
 talis obligatio ad necessitatem præstationis redacta sit
 per officium iudicis, si patronus indicat, postulet que of-
 ficium à liberto; consequens est, ut si libertus non indi-
 cas operas præstiterit, hec pater non posset. Ex dupli-
 citatione. Prima, quia quo tempore repetit libertus, pos-
 set

set eas imperare patronus. Secunda, quia cui damus actionem, multo melius concedimus retentionem. Nec non 28. §. exemplum ex quibus causam maiores, l. 1. §. is autem 4. de superciebus. In iuris 156. §. cui damus de R. I. Unde non est obligatio antidotalis sola, quae facit, ut cetera repetitio in praedicta specie: sed efficacia, quam meruit a iure ciuilis per officium Magistratus.

Ex quo non placet opinio Osualdi lib. 12. ad Donell. cap. 7. litt. P. Eam licet videatur sequi Hugo Grotius obiter, & in transcurso d. l. 2. de iure belli, & pacis cap. 14. §. 6. ut antidotalis obligatio faciat cessare repetitionem indebiti; quia, ut mihi videtur, doctrinalis hæc commentitia est, nec ulli iuris casui potest adaptari. Quia si mihi aliquid donasti, vel in me aliquid beneficium contulisti, cuius ratione obstrictus tibi sim obligatio antidotali; & ego existimem, me tibi debere excusatla mutui, vel ex causa exemptionis, aut alia necessaria, & eo errore dactus soluerim, non animo remunerandi, sed liberandi me ab obligatione, qua obstrictum me esse falso putabam, ridiculum esset asseuerare, te posse retinere pecuniam ob falsam causam à me solutam, tantum ob id, quod ex alio capite ad remunerandum tibi obligatus eram: quod & agnouit Osualdus ipse d. obit. P. Nec id contrarium facit textus in d. l. s. 10. fortam 26. in princ. de cond. e. indeb. Quo i. præc. pue Auctores nituntur. Vbi qui debebat forsem, sed non usurpas; si indebet per errorum usurpas soluit, non repetit; nisi in quantum usurpæ excedunt quantitatem à iure illis præstitutam. Hinc deducunt Robert. & Osualdus folam antidotali obligationem impedire conditionem indebiti, existimantes nullam causam esse non repetendi usurpas, preter obligationem remunerandi, que resultat ex beneficio à debitore accepto in mutuo. Verum alia mens est Vlpianus, qui accipiens est de usurpatione non minino indebitis, sed de debitibus naturaliter, ex nudo pacto dicta stipulationem, quæ necessaria est, ut usu-

usuræ efficaciter debeantur in contrastibus stricti iuris,
 1. 3. Cod. de usura cum similib. Quæ, cum efficaciter non
 debeantur, indebitæ simpliciter in iure dicuntur: & hic
 intellectus expressè deducitur ex l. in his 5. §. Imperator
 2. l. creditor 102. §. vlt. desolutionib. Qui intellectus, vt
 verus est, ita & communis; illum tradunt post Accur.
 & aliquot Accursianos Schiffordeg. d. tract. 26. quæst. 2.
 Brisson. lib. 1. de solutionib. infine. Vnde nec placet alius
 intellectus ex cogitatus ab Ant. Fabro lib. 7. coniect. cap.
 8. (quæstus in rationali videatur mihi defendere senten-
 tiam Osualdi) qui existimauit, retentionem usurarum
 non prouenire ex pacto in hoc textu, sed ex eo quod de-
 bitor vtatur pecunia creditoris. Hoc enim, vt de iure
 ciuili loquamur, non antea locum habet, quam debi-
 tor incipiat morosus esse in reddenda sua die pecunia:
 quo in casu; licet ab initio matuum incepisset esse gra-
 tuitum, incipit conuerti in usurarium propter moram,
 l. cum debitor. 8. quib. mod. pig. vel hyp. tacite contrah.
 Quod vocat peritiōres Interpretes pactum tacitæ anti-
 clæseos, idest reciprocæ vtilitatis: ususve contrarij, vt
 exponit ex eorum censu viuis, qui laudat alios, differ-
 tus, & de utroque iure optimè meritus D. Didacus de
 Leon Pinellus in suo Apologeticō pro Academia Limensi dis-
 sertat. 1. ex num. 110. quando creditor, qui fundum pig-
 nori accepit, data mora ex parte debitoris, tantumdem
 retinet ex fructibus, quantum possent ascendere usuræ
 secundum morem Regionis d. l. 8. In quo tacita distat
 ab expressa, vt cum multis docet noster Arias de Mes-
 sa lib. 3. var. cap. 46. à princ. maxime ex num. 7. vbi de hoc
 textu. Semper tamen retinendum est, nisi ex mora, nō
 posse induci tacitam antichresim, siue contractus stri-
 ctii iuris sit, siue bone fidei, alioquin creditor semper lu-
 craretur fructus rei pignoratæ contra textum in l. 1. §.
 2. C. de pignerat. act. cap. 1. & 2. cap. constitutus 8. de pig-
 norib. Quæ antichresis absolute iure canonico, tanquam
 usuraria, reprobata est, vt ex cap. cum contrà 6. eod. tir-

docet Arias de Messa *vbi proximè ex num. 13.* nisi iustificetur ratione lucri celsantis, vel damni emergentis, ut idem prosequitur *ex num. 17.* usque ad finem cap. latissimè Ioannes Dominic. Gaito in tractatu de credito cap. 2. *ex num. 1637.* D. Tapia distinctè 2. tomo catheræ moralis lib. 5. quæst. 17. art. 10. multi apud Barbosam in d. cap. constitutus 8. de pignor. Et in cap. 1. de feudis.

19. Omifsis. ergò his, alijsque effectibus commentarijs quos nolo recensere; alius proprius, verusque extat in l. idemque 10. §. vlt. l. si vero 12. in princip. mandati. Videlicet, si creditor, cui obstricti erant debitor principalis, & fideiussor, remiserit debitum fideiussori, acceptum tulerit fideiussori, vel inter viuos, vel mortis causà; legauitve in testamento liberationem fideiussori: quia ex causa liberalitatis fideiussor liberatus fuit, cum de suo nihil expendet; non habet regresum, non habet mandati actionem cōtra reum principalem, pro quo intercesserat. Ceterum si creditor remisit debitum fideiussori remunerandi animo, ut ipsi beneficiū repensaret illa liberalitate: beneficium, quod compensatum est, pro solutione cedit ex parte fideiussoris, habetque actionem mandati contra reum principalē: quia ob causam potius remissio facta censemur, quam ex mera liberalitate, argum: ex d. l. 12. §. inde Papinianus 8. l. metum 9. §. 1. de eo quod metus causa.

20. Manet ergò donationem remunetoriam non indigere insinuatione, quanvis excedat quantitatē iure permittam: ex causa ingratitudinis superuenientis non possere reuocari: quod vtrumque probatur, ex l. s. pater 34. §. 1. hoc tñr. secundum litteram, quæ hodiè extat in Pandectis, & secundum veram lectionem apud Paulum in sententijs. Vnde facile dici potest, nec reuocari per natuitatem liberorum subsequitam, vt aliae simplices donationes solent reuocari, l. si unquam 8. C. de reuocandis donation. Rursus ex iure discimus aliquas causas remuneratione dignas; veluti si donator à latrunculis,

vel

vel hostibus redēptus sit: vel in Magistrūm collata dona-
tio, qui nos meliores reddidit sua diligentia, & doctrina. De alijs certum quid non possumus statuere. Per
contrarium cum de ea re in supremo Consilio Indiae
esset controuersia; D. Philippus III. ad consultationem
Consilij sicut respondit epistolā data ad Peruānum Prore-
gem, cuius meminit D. Solorzanus 2. tomo de Idiarum
iure lib. 2. cap. 2. num. 44. Y hauiendose discurrido, y mirado
sobre la materia, con mucha atencion, ha parecido, que supue-
sto, que esta donacion es gratuita, aunque remuneratoria, no se
haze agrauio à nadie, dandole la encomienda con esta carga.
Quod mirum non est, cum gratificari quis possit modo,
vel onere adhibito, qui cogi omnino non posset ad gra-
tificandum. Sed tamē inde dissentē probatur, quod &
Nos in principio diximus, non excedere substantiam
donationis, licet modum excedat, quæ est remuner-
atoria donatio. Vndē cum incertæ sint causæ, quæ dignæ
remuneratione sunt, præter expressas in iure; dein-
deque data causa digna, supersit per imaginem iudicia-
lem cōperire, qualis quantaque remuneratione digna
sit causa, quæ præcessit, nec credendum sit donatori
ipsi asseueranti; nisi probetur causa, & à iudice aesti-
matur: totus certè hic tractatus iudicis arbitrio potestati-
que subiectus: & plus subtilitatis speculatiuæ habet,
quam practicæ utilitatis; quamuis de illo tam latè, &
tam variè nostri Pragmatici disputauerint. Videndi
sunt; vt Nos manum de tabula tollamus, præter suprà
laudatos Menochius de arbitrijs casu 132. num. 6. & 12.
Alciat. de præsumptionib. 1. parte siue regula præsumpt. 16.
Ioannes Faber in l. 1. C. de inofficio testam. circa fine. Ioan-
nes Baptista Costa de ratione rata quaest. 75. Palacios Ru-
bios in repetitione rub. §. 55. à princip. Rodericus Suarez
allegat. 9. num. 3. Petrus Rebussus in authenticā habita, C.
ne filius pro patre, ad illa verba: hoc nostræ pietatis bene-
ficium. Iulius Clarus lib. 4. receptar. sentent. verbo dona-
tio quest. 3. vbi Additiones. Henricus Bocerus de donat.

cap. 13. plurimi relati à Barbosa: in cap. relatim 12. dētestam. D. Valenzuela 1. tomo consilio 82. fere per totum, & 2. tomo, consil. 117. ex num. 17. & consilio 155. ex num. 4. D. Solorzano 2. tomo de Indiarum iure, & gubernat. lib. 2. cap. 1. ex num. 50. & cap. 30. ex num. 15. D. Ioannes de el Castillo lib. 5. controuers. cap. 89. à num. 38. Noguerol, allegat. 26. ex num. 183. qui præcipue Regnicolas refertur.

CAPVT IV.

De remissionibus, acceptilationibus, & perdonationibus ex caussa liberalitatis factis.

TEST quarto impugnari nostra diffinitio sequenti argumento. Acceptatio, remissio, aut perdonatio factæ ex caussa liberalitatis donationes sunt. Sed remissio gratuita non est datio. Igitur non omnis donatio est liberalis datio. Non esse dationem sic probatur. Datio requirit, ut quod nostrum est, fiat eius, in quem transfertur, d. l. vbi autem? s. g. vlt. de verb. obligation. l. vlt. vſusfructuar. quemadmod. caueat. g. sicutaque discretis 14. inst. de actionib. Sed id, quod remittimus, id est, quod nobis debetur, nostrum non est, sed potius illius, qui nobis debet, vt diserte probat text. in l. 1. de liberal. legata. Igitur id, quod remittitur, non est eius, cui perdonatur.

2. Quanvis anteuerteramus tractatum de Lege Cincia, quem inserviūs dabimus latiori excursu, quædam prælibanda sunt de rebus, quæ possunt donari; quod postulat huius capituli argumentum. Negari non potest iu-

re ciuili (sive hoc proueniat ex L. Gincia, sive ex auctoritate iura interpretantium) donationem perfectā fuisse per cessionem in iure; ut mihi probat dissertus *text. in L. i. C. Hermog. de Donat.* Cessio in iure dicitur, quae fit eorum magistratu per partem, id est, auctorem, cedendo omni iuri, quod in re habet, ei & in eum cui donatum, cessione vult. *Vlpianus in fragmentis lib. Reg. tit. 19. de Domin. §. in iure cessione per quam cessione transferebatur in Cessionarium omne ius, quod cedens habebat in retam corporali, quam in corporali, dixi lib. 1. Opuscul. cap. 19. num. 7.* Ex quo fluxit, donatione transferri non tantum corporales res, que tradi, mancipari, & per cessionem transcribi possunt, *l. si servus 43. §. 1. de acquir. rer. dom.* Sed etiam incorporales, quatu*rus per cessionem transfertur.* Veluti ius habitationis, *L. in edibus §. h. o. t. ius colendi agrum, l. qui alienam 14. h. t. actio etiam donari potest, sive per cessionem, aut delegationem transferri gratuitò in aliuum l. vlt. §. vlt. h. t. l. cum de bonis 1 n. vers. delegatione C. eod. tit.* In quibus omnibus speciebus non est difficile dicere, interuenire *dationem.* Quia dominium ex aequo datur in rebus incorporalibus, ac corporalibus. *Vlpianus d. t. 19. in princ. & per consequens qui donat ius habitationis, agrum colendi, aut actionis, dat ius illud accipienti.*

3. De liberatione verò idem dici non potest. Qui enim liberat sibi obligatum nihil ei dat, sive nihil denuò concedit; sed tantum illum expedit, aut dissoluit, à nexu obligationis, quo anteà obstrictus erat. In quam rem si necessarium esset, expendi possent *text. in princ. inst. de libertin. & in §. vlt. de l. Aquil.* sed clariss. est, quam vt probatione indigeat. Igitur qui alteri acceptum fert ex caussa liberalitatis, quod sibi debet, non dicitur illidonare, sed perdonare; quia non est materia, circa quam donatio possit versari. *Quæ doctrina fundatur ex textu in l. Modestinus 23. h. t. Consultus fuit Modestinus de illa, quam vocat donationem, an si quis re-*

mit-

mittat usurās futuri temporis, adeo amplas, ut remissio excedat quātitatem præscriptam à L. Cincia, ut supponunt ad sacerdū Modestini magis circunspecte. Gifan. & Cujac. lib. 5. R.R. Mondest. in ead. l. vel excedat quantitatē, quæ ex nouis constitutionibus donari potest sinè necessitate insinuationis, ut accommodantes verba consulti nouo iuri supponunt. Græci Interpretes sub hoc ipso textu lib. 47. Basilicarum tit. 1. & ex Latinis Bartolus, & Castrensis, item Speculator tit. de instrumen-
tor. edit. §. porro, & ibi Ioannes Andræas, aliquis Pragmati-
cī. Quæsitum, inquam, fuit à Modestino, utrum ob excessum vitietur; aliquidve vitium incurrat prædicta remissio? Negatque aliquid vitij incurrere. Quod de-
notat, neque in excessu vitiari; alioquin in aliquo inua-
lida esset, ita sentiunt Græci, Bartolus, Castrensis, Spe-
culator, & Ioannes Andræas, quos nupèr citauit. Ratio
est, quia non est donatio; quare pertinere non potuit ad legem Cinciam, quæ modum donationibus posuit: si-
uè ad nouas constitutiones de insinuatione, quæ imita-
tæ fuerunt illam, modificantes quidem donationes, sed veras, ut vidit etiam Cujac. lib. 29. qq. Papin. in l. Atilius
27. hoc tit. ex quo utiliter, & verè ad præmix intulit Aceuedus in l. 2. num. 10. tit. 1. lib. 1. Compilar. italem remissionem ob ingratitudinem non posse reuocari: illud enim remedium solūm ad donationes spectat; non ad remissiones, quæ proprie tales non sunt. Unde apparet, rationem prædicti textus non esse petendam ab odio usurarum commentitium enim hoc est; sed à qualitate liberalitatis, quæ non est donatio in rigore signifi-
catus. Apparet etiam, idem responsū fuisse Modestinum, si de præteritis usuris consultatio fieret: quia quando ex stipulatione debentur, quanvis nondum ve-
nerit dies, non minùs in causa debiti sunt futuræ; quæ præterite, l. lecta 40. de reb. creditis l. 3. c. de usuris; quid quid aliter de utroque articulo senserit Gifanius in d. l.
Modestinus 23.

Ex quo dissoluitur argumentum contrà nostram diffinitionem oppositum *suprà num. 1.* concedimus enim, diffinitionem per verbum *datio* non conuenire liberationi ex caussa gratuita factæ; quia non est donation, quanvis sit liberalitas. Conuenit quippè tantum in ratione generica, ut precarium *l. 1. de precaria*; non verò in ratione specifica. Nec aliud est, quod in hoc capite explicemus. Hic tamèn inseri possunt, quæ dico.
lib. singul. de donat. inter. cap. 4. §. 1.

CAPUT V.

De donationibus, quæ incipiunt à promissione.

HOC caput illatio est, aut consequentia antecedentis. Hæc est sententia, quam teneo. *Promissio ex causa liberalitatis facta, non est verè & propriè donatio.* Conuenit cù donatione in ratione generica, quia liberalitas est; nō tamèn in specifica, quia non est datio. De promissione ergo hac acturi, præmonendum est, secundum medium Iurisprudentiam, promissionem factam ex caussa liberalitatis non aliter efficacem fuisse, quam si sullen ni stipulatione celebraretur. In hac ergo promissione spectatur causa, & forma. Causa est animus liberalis, qui alteri se vult obligare sine villa commutatione, lucro, aut commodo ex eo sperato: forma est promissio in stipulatione clausa. Liberalitas per se causia est ex ipso iure Gentium habilis ad transferendum dominium, si traditio sequatur, ut dixi *suprà cap. 2.* sed iusta causa ad transferendum dominium traditione sequentia, est etiam iusta. *Nos obliget ad tradendum, modo talis sit pro-*

promissio, quæ ex iure Civili efficax sit, l. 2. §. circat, de do-
li mali metusq; exception. Igitur qui ex causa liberalitatis
per sollempnem stipulationem promisit, efficaciter obliga-
tur. Notant obuiter, breuiterq; Hotman. de donat. cap. 1.
§ 9. Gifan. in rub. huins tit. ex num. 18. & ad tit. de verba
obligation. num. 20. Osuald. ad Donell. lib. 1 3. cap. vlt. lit.
C. Ergo quod promissio ex causa liberali facta non obli-
garet nisi sollempni stipulatione interueniente; & quod
per stipulationem celebrata obligaret efficaciter; non
imputo, aut attribuo legi Cinciae; sed usui fori, &
auctoritati Prudenti; qui ex principijs naturalibus phi-
losophantes inuenierunt modum, quo posset exerceri libe-
ralitas sine actuali traditione rei, tatum obligatione de
donando interueniente, siue de tradendo ex praedicta
causa. Hanc enim potestatem fuisse I. C. late, elega-
terque docet Cicero lib. 2. de inuentione, notantque Va-
lentinus Forsterus lib. 2. historie iuris Civilis cap. 3 1. Ræ-
uard. in lib. de auctoritas Prudentum à princip. sic de hoc iu-
re antiquo censeo, quod retulit Iustinianus in L. si quis ar-
gentum 3 5. §. & si quidem penult. C. hoc tit. §. 1. inst. eod. t.

2. Probemus nunc, promissionem ex causa li-
beralitatis factum non esse vere, & propriè donationē.
Si s probo. Donari non potest, nisi quod eius sit, cui donatur.
I. in e. libus 9. §. vlt. hoc tit. l. Senatus 3 5. §. 1. & 2. demort.
causa donation. Id vero quod promittitur, ex eo quod pro-
mittitur, eius non fit, l. traditionibus 20. C. de pactis, cum
similib. Igitur ex sola promissione non donatur. Deinl-
de cum ex promissione antecedenti peruenitur ad tra-
ditionem, non fit ex liberalitate traditio, sed ex obli-
gatione, quæ præcessit, adigente nos ad præstandum,
quod promisimus, l. obligationum 3. de obligat. & action.
princip. inst. de obligat. Sed quod fit iure cogente, non po-
test esse donatio, l. donari 29. hoc tit. Igitur neque in actu
rei tradendæ potest considerari donatio. Sic, aut paulo
aliter philosophatur noster Amaya lib. 2. obseruat. cap.
19. num. 41. & 42.

Ex contrario Gaspar Schifordegherus ad Antonium Fabri lib. 1. questionum forenum tract. 11. quest. 5. annititur persuadere, esse veram donationem, quæ à promissione incipit, ut nostri loquuntur; siue promissionem ex causa liberali factam. Verum à priori nullam inducit, adducitve rationem; sed tantum ab effectibus, quibus statim satisfaciemus. Nostra opinio, quæ fuit Amayæ, & aliorum, fundatur ab auctoritate ex l. 2. C. de dote cœta non numerata, quam alibi ex professo explicamus, vbi promissio talis dicitur LIBERALITAS munita stipulatione: quæ locutio admodum est propria. Et ex l. D. Pius. 28. de regul. iuris, vbi refertur ad litteram rescriptum Imperatorijs Antonini Pij, per quod, qui ex LIBERALITATE sua conueniuntur, tantum condemnantur, in quantum facere poslunt. Eccè promissionem gratuitam votatur liberalitas, non donatio. Item ex l. liberalitatis 16. de usuris, in qua docemur, non deberi usuras pecuniae gratuitò promissæ Reip. sive ex causa stipulationis sive expollicitatione iuxta terminos titulide pollicitationib. Quam promissionem appellat Consultus liberalitatem, ibi, liberalitatis in Remp. collate usuræ non exiguntur. Non inficiamur, aliquando appellari promissionem factam ex causa donationis, vt in l. eum quizz cum alijs hic sit. Sed hoc confidenter potius, quam intrepide, assueraamus, promissionem factam ex causa donationis, vel gratuità, liberalitatem à consultis appellari, non donationē: aliud quippè est dicere promissionem ex causa donationis, aliud donationem.

4. Sed quia origo, & causa promittendæ pecuniae considerada est, vt inquit Hermogenianus in l. qui id quod 33 de donation. hoc nostro sit. Et causa, quæ præcessit, fuit gratuita, & liberalis; & is qui debuit, in obligationem se coniecit ex animo munifico, & liberali; ad quod principium refertur postea traditio rei promissæ, sive exsolutione debiti: ex duplice tempore, nempe promissionis, & traditionis, vnum conflamus, vnum temporis instans

consideramus tantum; quare totus actus censetur vnius donationis; vt considerat cum ingenio, & cum iudicio Antonius Faber de errorib. pragmaticor. decade 45. error. 2. Dicamus ergo sic doctrinæ caussa. Promissio liberalis est donatio inchoata; quæ recipit cōplementum, quādo res ex p̄cedenti caussa traditur. Vnde conuincitur, hæc tria int̄ se cōuenire in ratione liberalitatis, siue in ratione generica; acceptilationem, promissionemque ex caussa liberali factam, & donationem: non tamē conuinenire in ratione specifica: quia nec acceptilatio, nec promissio sunt donationes; cum ex illis nihil detur. Ex qua disputatione non placent definitiones D. Ferdinandi de Mendoza lib. 3. disputat. de part. cap. 3. num. 16. quæ sic s̄e habet. *Liberalis, & gratuita doni prestatio, vel promissio.* Et Antonij Fabri d. errore 2. qui castigatiūs quā Mendoza, sic diffiniuit: *liberalis datio, vel promissio, quæ tendit ad dandum.* Quia quæ sunt diuersæ speciei, non debent claudi sub vna definitione, vt equus, & homo: dgiandè, quia si hæc omnia essent complectenda, non es- sent omittendæ remissiones, & acceptilationes ex cau- sa liberali factæ. Quare, vt iā tuto iam maneat nostra definition, donatio sit *datio liberalis.* Promissio vero ex animo, & caussa liberali facta diffiniatur ita: *Promissio li- beralis, que tendit ad dandum,* vt diffiniuit Antonius Fa- ber. Remissioque mutatis terminis eodem modo dif- finiatur, videlicet, *liberatio ritè celebrata ex caussa liberali- tatis.*

Sed, vt Schifordēghero respondeamus, vi- dendum est; quare promissio ex caussa donationis facta reguletur per leges, regulasque donationum. Quia ul- trà modum legibus permisum promitti ex caussa do- nationis non potest, vt nec donari; l. vt mihi 21. §. 1. l. fideiūsori 24. hoc tit. Reuocatur etiam promissio per in- gratitudinem, & per subsequam natuitatem libero- rum, vt reuocantur donationes; quæ à traditione inci- piunt, vt interim suppono cum communi Interpretum pla-

placito, de quo tamèn latius agemus suis locis. Maxime, ut augeamus difficultatem, quia remissions, & perdonationes non regulantur legibus donationū, quia tales non sunt, ut dixi *proximo superiori capite*. Respondeo tamen; I. Consultos, & forenses, qui hunc modum donandi sine actuali traditione inuenierunt, vidisse in illo fortius militare rationem legum, quæ vel donationes limitabant, vel rescindebant: idcirco in omnibus illis effectibus, qui prædictam limitationem respiciunt, vel reuocationem; debuisse admittere eisdem regulas in hac liberalitate, ac in vera donatione; alioquin leges, & forma donationibus data, frustrarentur; cum facilius quis promittat, quam tradat: itaque qui in infinitum donare vellet, nec per traditionem posset, prius per stipulationem tradere promitteret, ut sic posset sine regulatione donare; quod quam sit absurdum, nemo non videt. Hanc rationem considero, propter quam promissio facta ex caussa liberali metienda sit regulis donationi præscriptis, quanvis non sit donatio. Ex diuerso verò acceptilatio, remissio, aut perdonatio: in quibus non militat ratio eadem, alio iure, & regulis metienda sunt; primo, quia de eo, quodiam est in nostro patrimonio, nihil damus, sed remittimus debitori, quod suum est, & quod nobis debet: deinde quia liberations fauorabiles sunt in iure; promissiones odiosæ, l. Arrianus 42. cum similib. de obligationib. & action. Quarè cum nec donationes sint, neque in illis metuatur tantum periculum, ac in promissionibus, neque ingratitudine reuocantur, neque modo, aut taxatione donationum restringuntur.

6 Quandò verò non agitur de modificanda, aut rescindenda donatione, sed ut magis valeat, confirmeturque diuersum dicitur; neque promissio ex caussa liberali facta reputatur donatio; cum reuerà donatio nō sit. Verbi gratia. Senatus-Consultum factum tempore Antonini Caracallæ confirmauit donationes à cōiuge in coniugem collatas; si donator in eadē voluntate

tate usque ad supremum vitę momentū perseverauerit, l. cum hic status 32. de donation. inter. Quæritur, si maritus vxori promiserit donationis causa rem, vel pecuniam, utrum donatio hæc, vel liberalis promissio confirmetur morte? Utrum S. Consultum pertineat ad hanc speciem liberalitatis? Et Papinianus, Vlpianusque negarunt pertinere in l. Papinianus 23. eod. tit. de donat. inter. Hic enim nullum est periculum, non est causus, quo metuamus, sieri posse fraudem legibus, quæ modum donationibus posuerant; quia Senatus potius adiuvat donationes, quam restringit: potius confirmat, quam rescindit. Deinde cum non sit caussa, aut ratio extendendi alteram speciem liberalitatis, quæ est promissio, ad alteram, quæ est donatio; consequens est, ut vnaquæque sit metienda suis regulis: donatio autem est, quæ confirmatur per S. Consultum. Promissio non est donatio. Ergo promissio liberalis non pertinet ad S. Consulti prouidentiam. Ita Amaya supra relatus, & prius idem docuerat satis diligentius Scipio Gentilis lib. 3. de donat. inter. cap. vlt. per totum. Quod si maritus uxori, vel è contraria, accepto tulerit donationis causa constante matrimonio, liberalitas hæc morte donatoris confirmatur; l. cum hic status 32. §. siue autem, l. vir uxori 54. eod. tit. de donat. inter. Qui licet sit impropria donatio, cum non sit datio: tamen est completa liberalitas in suo genere, ut donatio vera. Qui enim perdonauit, nihil habet, quod poste a faciat ad complendum liberalitatis illum actum; & qui liberatus fuit ab obligatione, statim aliquid cœpisse videtur, scilicet accepit liberacionem, & in hoc sensu accepit rem, aut pecuniam, quam debebat, l. 2. & 3. de calumniator. Econuerso, qui ipromisit ex causa donationis, incœpit; & actum liberalitatis perficit traditione: quare diximus hanc esse inchoatam donationem. Igitur cum promissio nec sit donatio, nec liberalitas & quæ completa ac donatio; nec verba S. Consulti ad eam spectant, nec sententia eius hanc libe-

liberalitatem comprehendit: potius enim censetur manatus, qui vxori promisit, & non tradidit, mutasse animum, quam in eadem liberalitate permanisse. Perdonatio vero, quamvis proprie, & rigorose donatio non sit; cum sit liberalitas in suo genere perfecta, ut donatio, quanvis in verbis S. Consulti non contintatur, comprehenditur tamen in sententia: non quā donatio, ut dixi; sed quā est perfecta liberalitas. Multa ex his defūmpsi ex loco suprà allegato Scipionis Gentilis: sed qui ambos legerit, comperiet nonnulla ex penu nostra de prompta esse. Cætera dicemus cap. vlt. lib. singular. de donat. int̄r...

7. Hæ promissiones aliter efficaces non erant secundum iūs Romanorum, quam si sollempni stipulatione fierent; Iustinianus vero constituit, ut sine stipulatione, etiam nuda promissio ex causa gratuita facta actionem produceret, & haberet traditionis necessitatem; l. quis argentum 35. §. penult. & vlt. C. hoc tit. §. 1. inst. eod. tit. De quo latius erit agendum cap. seq.

8. Serpuit longius (ut obuiter, & in trāscursu hoc anno: tatu relinquam) vel per delegationē, vel per suppressionē donatarij, vel per iuris cessionē. Per delegationem: ut in specie, quæ extat in l. Julianus 7. de doli mali metusque exceptione. Quæ talis est: Ego existimabam, me tibi debere certam pecunia quantitatem, falso, cū non deberem; voluique tibi eam persoluere in eodem errore perseverans. Tu donare yolebas Titio; & iussisti, vt Ego illi per stipulationem promittere tantam pecunia quantitatem, quantam tibi soluere per errorem yolebam. Ego in eodem errore perseverans promisi Titio per stipulationem. Cum potèa compertum fuisset, metibini nihil debere; quæ situm fait, verum possum me tueri aduersus Titium, cai promiū? Si Titius esset creditor tuus, & Ego illi prō nisūsem, non daretur mihi exceptio, nec vilum remedium aduersus ipsum; quia tunc ille suum reciperet, l. repetitio 44. de condic. indebiti. Sed enī, interdui loco reditū, quod in l. T. multa quia
ba

quià promissio facta fuit illi ex delegatione liberali à te facta; si petat, possum me tueri exceptione doli, vel in factum; quia ex erronea promissione vult in me experiri. Si non petat, possum obligationem à me emissam condicere, & compellere Titium, vt me liberet, vt mihi acceptum faciat, quod ipsi indebet promisi. Hæc conductio appellatur *incerti*, quià non petit certam quantitatem, sed factum liberationis. L. licet. 43. de iure dotium, l. si quis delegauerit 12. in princ. & §. 1. de nouat. Hic est primus casus, enarramus secundum, qui est valde intricatus. Ego falsa opinione deceptus existimabam, me tibi centum debere. Tu etiam per errorem putabas, te eadem centum Titio debere, cum nihil deberes. Itaque voles soluere, non donare, iussisti, vt Ego promitterem Titio, quæ existimabam me tibi debere. In hac specie interuenit duplex error. Primus ex parte mea, secundus ex parte tua: & distat à priori; qui in illa volebas Titio donare; in hac verò non donare, sed soluere volebas. Promisi igitur te delegante. Quæsum fuit, utrum si Titius à me petat, idem dicendum sit, ac in præcedenti specie? Ratio dubitandi est, quià non fuit facta promissio ex cauſa donationis, sed ex cauſa debiti; quo in casu exceptio promissori aduersus creditorē non competit, cui per delegationem promisit, d. l. si. quis delegauerit 12. in princ. Ratio verò dececedēdi est. Quod non fuit promissum creditorī vero, sed putatio, qui creditor non erat. Ideo affectat captare lucrum, agit de lucro, non de exigendo, quod antea sibi deberetur: quarè magis donatario comparatur, quam verò creditorī; & ob id eadem remedia contra illum competunt, quæ conceduntur contra eum, cui promissum fuit ex cauſa donationis. In quam sententiam Vlpianus aduocat Julianum, cuius locus extat in l. 2. §. idem juris 3. cum se 11. hoc nostro tit.

9 Nonnulla doctrinæ cauſa notanda sunt ex hoc textu, Primum sit. Illum, qui iubente alio promittit cuidam Tertio, respectum habere ad iubentem, nō ad

ad Tertium. Quod principiū expressius explicabitur
num. seq. Sit secundum; omnes exceptiones, quæ pro-
missori competenter, si promisisset deleganti, compe-
tere pariter; & eodem modo; si promittat de legato ex
causā donationis, id est ei, cui iussit delegans, ut pro-
mitteretur; quia illi donare volebat. Alijs verbis expli-
catur hæc regula in iure; sic nempè. Successor ex caussa
lucratiūa, sive ex caussa liberalitatis, repellī potest ius-
dem exceptionibus, quibus repellī posset auctor suus,
l. apud Celsum 4. §. si quis autem 29. iuncto §. de auctoris 3 1.
de doli mali metusque except. Qui sic accipiendi sunt cum
Alexandro in *l. Pomponius 1.3. §. in legatario, de adquirend.*
posseß. Cujac, in l. nemo 54. de regul. iuris Donell. lib. 5.
commentar. cap. 20. Hieronymo de Assin in l. 1. C. de usu
cap. pro emptore ex num. 24: cum ergo falsus creditor, si
ue is, cui me debere falso putabam, delegasset me, ut
promitterem Titio, cui donare volebat; qui est succes-
sor ex causā lucrutiāa, consequens est, ut Titio noceat
omnes exceptiones, quæ nocerent auctori suo, id est,
deleganti. Sit tertium; si cum donare velle Titio, de-
legasti me, ut illi promitterem, quod tibi debebam: &
ego sciens, me nihil tibi debere, promisero Titio spon-
tē meā: dono; neque ullam exceptionem; aut repeti-
tionem habeo. Hæc differentia inter eum; qui igno-
rans, & eum, qui sciens promisit, colligitur ex text.
in l. 2. in princ. & §. 1. hoc tit. l. si quis delegauerit. 12. de
nouat. Et est plāna; quia non alia voluntas potest esse
mea; quam tibi donare; cum iussu, & delegatione tui,
alijs promitto quod scio, me tibi nihil debere. Ex quo li-
bet subtiliter notare cum Accursio, Cujacio, & Gifa-
nio in d. l. 2. §. 1. hanc doctrinam in filio familias, qui
delegante patre promisit, locum non habere. Filius po-
test debere patri, sub cuius potestate est, naturaliter, li-
cet non ciuiliter l. frater à fratre 3 8. de condicō, in deb. Po-
namus, patrem, qui Titio donare volebat, iussisse, de-
legasse filium suum, eumdemque debitorem, ut Titio
pro-

promittet in quantum debet filius, proculdubio tenet delegatio, & obligatur Titio. Ponamus tamen, filium reuera nihil patri debere: & nihilominus sciēter, & suā sponte Titio promississe, vel promississe plus, quā patri debebat. Non obligatur filius Titio, nisi in quantum patri debet; si nihil debet, omnino non obligatur. Ratio est elegans: quia qui ius tu alterius alteri promittit, si liberaliter obediāt, nō donat ei, cui promittit, sed eī cui obedit, ut mox dicemus. Sed filius nō potest patri donare, l. 1. §. 1. pro donato, l. 2. c. de inofficiis donat. Igitur, quatenus non debet patri, donat patri: & per consequēs donatio, & promissio extraneo facta nullius est momenti, quidquid contrariū doceat Bartol. ibidem. Non ago de delegationibus factis ex causa necessaria, ex causa debiti; quod verē praecessit; quia ad nostrum tractatum non spectat. Dixi lib. 2. Opusc. sect. 2. cap. 3.

10 Per suppositionem donatafij fit donatio in l. vlt. §. vlt. hoc tit. Cuius species est. Quædam auia habebat nepotem Labeonem nomine, sub nomine Labeonis nepotis mutuam pecuniam dedit Titio, cui Titius nomine fecit, seu, quod idem est, promisit se redditurum mutuam pecuniam Labeoni. Auia nihilominus à debitore vias exegit, à Labeone instrumenta crediti recuperauit: quæsitū fuit, vtrum nihilominus perfecta donatio censematur pecuniae creditæ, sine obligationis ex credito prouenientis. Ratio dubitandi oritur ex circstantijs propositis, videbatur enim simulata suppositio Labeonis, cui promissum fuit, cum via exegerit vias, & retinuerit instrumenta. Sed ratio deciden-di desumitur ex eo quod actum est, scilicet, ex promissione Labeoni facta: cum ergo plus valeat, quod agitur, quam quod simulatè concipitur, respondit Scævola, perfectam donationem fuisse ex eo, quod Labeoni debitor obligatus fuit. Altera species extat in l. qui quod 33. §. vlt. hoc eod. tit. talis est. Primus donare vo-

lebat Secundo. Secundus iussit, ut pecuniam sibi donādam Primus promitteret Tertio, cui Secundus ipse donare volebat. Ecce Secundus fuit donatarius Primi, Tertius fuit donatarius Secundi; & vñā eademque promissione factā à Primo Tertio vtraque donatio celebrata fuit, vt *in l. 2. §. cum vero 2. hoc eod. sit.* Primus tamen non donauit Tertio, quanvis illi promiserit; sed Secundo, cuius intuitu, & contemplatione promisit Tertio. Igitur si conueniatur à Tertio Primus, non conuenitur tanquam ex causā donationis; sed tanquam ex cauſa debiti, non aliter, quām si ex alia causā delegatus fuisset; in solidum ergo excutitur, non in quantum facere potest, vt solent conueniri donatarij, *l. D. Pius 28. de reg. iur. causā enim pudoris, quā grauat donatarium, ne totam substantiam extorqueat donatori suo;* non militat in hoc casu; quia Tertius gratias referre non debet Primo, qui illi promisit; sed Secundo, qui illi donauit. *Quæ est communis, & vera expositio.*

II Ex qua etiam lucem accipit Vlpiani text. *in l. profectitia 5. §. quod si quis 2. de iure dotium,* qui volebat patri donare, ad patremque affectum munificentē habebat, iusu patris genero, id est, futuro marito, pecuniam promisit nomine dotis. Respondit cum Celso Vlpianus, hanc dotem profectitiam censeri, siue ex re patris profectam: testimonium Celsi refertur *in l. dotem 6. de collat. bonor. adi Donell. & Osuald. lib. 14. cap. 6.* Diuersum est, quando extraneus donat patri pecuniam, ea conditione, eā lege, vt in dotem pro filia det; tunc enim est dos aduentitia, *d. l. 5. §. si quis 9.* Qui pater, qui obtemperauit legi, modo, aut conditioni dictæ à donatore, nihil de suo cedisse censetur, *l. vnum ex familia 67. §. 1. de legat. 2. cum non posset illam prætermittere, l. Aristo 18. hoc sit. l. 1. & per totum, C. de donationib. que sub modo.* Idcirco liberalitas potius à donatore, quam à patre profecta fuit: ideoque aduentitia, & non profectitia dos censetur. Respicimus enim, ad quem affectum habui-

biusset donator; non cui tradidit, aut promisit. Ex quo Veteres, & Pragmatici Auctores inferunt, illi donatum censeri, cuius contemplatione donatio facta fuit, licet alij res tradatur. Veluti in donis, & iocalibus, quæ dantur sponsis; quippe si dantur à consanguineis mariti, & contemplatione mariti, ipsi data censentur: & in alijs casibus s. nilibus, quos prosequi, nec vacat, nec expedit. Consuli poslunt Gothofred. in l. cum te 9. C. de donation. antenupt. pater Sanchez lib. 6. de matrim. disput. 26. Fontanella de pactis nupcialib. clausula 7. glossa 3. part. 6. num. 59. Ioannes Garcia de coniugal' ac quasi. ex num 117. Noguerol. allegat. 8. ex num. 49. qui multos referunt.

12. Per iuris cessionem fiunt etiam donationes, de quibus agemus, cum de lege Cincia disputauerimus; nunc sufficit indicare, quodcumque iustum in nobis radicatum, quam in spe per donationem transferri posse. Ex quo Impp. in l. spem 3. C. hoc tit. responderunt, spem futuræ actionis, intercedente donatoris voluntate, transferri posse in donarium: non quidem traditione; sed in iure cessione. Notant præter Clasiscos ibi, Mozius de donationib. tit. que res donari possint. Hotmianus eod. tract. cap. 8. Henricus Bozerus cap. 3. Quænam sit spes talis, siue ex contractu, siue ex ultima voluntate proueniens, in praesenti posset disputari; quia tamè Nós magis supponimus spem capacem esse donationis, quam explicamus rei qualitatem, abstinen- dum nobis est ab ea inuestigatione. Eo maximè, quod nuper de hac questione luculentissimum commentarium edidit D. D. D. Alphonsus de Olea Fisci Regij doctissimus patro-

nus in dominicæ gazæ Consilio,

lib. de cessione iur. & action.

tit. 3. quest. 10.

per totam.

CAPUT VI.

Donationem nec esse contractum, neque acceptatione indigere, ut perficiatur in esse liberalitatis.

IA DHVC in exponenda nostra diffinitio-
ne persistimus; & præcipuè in illo verbo,
liberalis. liberalis. Ex eo enim, quod do-
natio liberalis datio sit, duplicem deduci-
mus consequentiam; videlicet, non esse
contractum, pactum, aut conuentionem; neque indige-
re acceptatione, ut perfecta sit in esse liberalitatis. V-
tramque concludemus in hoc capite, non magno labo-
re, quanvis de singulis ab Auctoribus nostris multo ap-
paratu disceptatum sit. Incipiamus ergò à prima, ut po-
stulat recta docendi methodus.

2. Liberalitatis virtus, ut primo capite dixi-
mus, habet pro motu, ponere modum diuitijs, rectè
illis vti erga proximum. Donatio, qui est actus, per
quem ille habitus, illa virtus comparatur, habet pro mo-
tu, munificentiam exercere, l. i. hoc tit. non respicit
merita ex parte donatarij, quanvis illa præsupponat, ne
sit prodigalitas, & abusus, leu malus usus rerum. Igitur
non est contractus. Probatur consequentia sic. Contra-
etus, & quælibet conuentio, requirit cōlēsum ab utra-
que parte præstandum: perficiturque concursu vtriusq;
voluntatis in esse conuectionis, l. 1. de pactis, l. 3. de polli-
catione. l. quime, & Titium 32. de reb. credit. Sed donatio
in esse liberalitatis tantum pendet ex animo, voluntate,
& facto donantis. Igitur non est donatio. Probatur ab
auctoritate, primo ex l. Aristo 18. hoc tit. Supponit VI-

pianus, quod est certissimum, admisceri posse negotiū donationi; veluti dono tibi, ut illud facias, ut alimenta mihi præbeas, ut Stichum manumittas, &c. De quibus infra latior futurus erit sermo: docetque tunc fieri synallagma, negotium, cōtractū. Quod tamē negotiū negat cōtrahi, quando nihil admiscetur donationi, & liberalitati. Igitur donatio per se, & ab alio adiuncto independenter considerata, nec cōtractus est, nec speciem negotij habet. Dissertius probatur ex l. interdictum 14. de precario, in qua Consultus fundat, precarium non esse cōtractum ex eo, quod magis simile est donationi, & beneficio, quam negotio. Sed precarium, quatenus liberalitas est, l. 1 eod. tit. conuenit in genere cum donatione, ut dixi supra cap. 3. & 4. & 5. Igitur contractus à liberalitate toto genere distat; siue diuersi generis, & ordinis est. Quam opinionem prefero cum Glossa, Baldio, & Saliceto, qui proculdubio sic sentiunt, in l. contratus 17. C. deside instrum. Alexandro in l. donationis. C. de his que vi, & innumeris Veterum, quos resert, licet non sequatur, Tiraquellus post. ll. connubiales glossa conjecter, quest. 5. num. 44. & 45. Duarenio in relectione ad l. iuris gent. 7. in princip. de pactis Cujacio lib. 4.. obseruat. cap. 7. & lib. 10. cap. 28. & lib. 29. qq. Papinian. in l. Atilius hoc tit. Antonio Fabro de errorib. Pragmaticor. decade 45. error 8. & seqq. Henrico Bozero in tract. de donationib. cap. 1. ex num. 4. Eamque pridem prætuli lib. 2. Opus. calor. sect. 1. cap. 5. num. 19. & 20. & mecum sequutus fuit D. Hieronymus de Oroz lib. 3. de apicib. Iuris Civil. cap. 11. num. 8.

3. Contrariani sententiam tueruntur, ut vulgo accipitur, Acursi. int. iuris gentium q. verbo facias. versi. preterea donatio, de past. ibi Barthol. num. 2. & cum alijs antiquiorib. Iasso, num. 8. Noster Iohannes Oroscius num. 9. Reginald. num. 28. Hypolitus in rub. inst. de donat. n. 43. Tiraquell. cum plurimis à se relatis post leges connubiales. l. gloss. ex num. 43. Padilla Menesius in l. natura-

lib. 5. num. 23. de prescript. verb. Sarmiento lib. 3. select. cap. 3. num. 6. Iulius Clarus lib. 4. recept. sentent. §. donatio. quest. 1. Treutlerus. volum. 2. select. disput. 15. thesi 1. Vvesembe K. ad hunc tit. num. 2. Mendoza lib. 1. disputat. de pactis cap. 4. in prin. & num. 7. & num. 28. & lib. 3. cap. 3. quæst. 3. ex num. 11. Marius Cultellus de donat. contemplatione matrimonij factis tomo 1. tract. 1. discursu 1. ex num. 14. Alijque remissive relati à Hermosilla in l. 1. glos. 1. ex num. 3. tit. 4. part. 5. in quibus referendis non immoror; quiā vix charta suppeteret. Ex quibus alij censem. & oīlin. & nunc contractum nominatum fuisse. Alij existimant fuisse contractum oīlin innominatum post Iustinianum vero esse nomina tum. Alij semper fuisse contractum innominatum docent. Apud nullum tamen ex eis legi rationem à priori, quæ persuadeat eorum sententiam. Sed quia non nullis distoretis, maleque intellectis iuris testimonij vtuntur, neceste est ad illa respondere, quod non prius commodè poterimus facere, quām si veras simplicesq; donationes, distinxerimus à reliquis speciebus, quæ nō sunt donations, vel saltēm simplices non sunt.

4. In primis donatio, quæ à promissione incipit, non est propria donatio, vt dixi supra cap. 4. sed est promissio liberalis, quæ secundum ius Digestorum non aliter efficax erat, quam si per stipulationem celebraretur, vt ibidem dixi. Igitur si queramus, utrum iure Digestorum hoc genus liberalitatis, vel donationis, sit contractus, respondendum est, esse contractum stipulationis, cui causam præbuit liberalitas; quæ alioquin ad effectum perduci non posset, nisi stipulatione vallaretur, vt docuit Iustinianus in l. si quis argentum 35. §. & siquidem 5. C. hoc sit. Ibi siquidem donationi stipulatio inserta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri, l. si quis donaturus 24. cum seq. de usus fr. l. s. ita 135. §. ea lege, de verb. oblig. Itaque liberalitas est causa, forma vero est contractus. Notant Giphanius in rub. hoc tit. y. 20. & ad tit.

de verb. oblig. num. 25. Cujac. d. lib. 10. obs. cap. 28. & lib. 25. quæst. Papin. in l. Atilius 27. de donat. Pich. in rub. inst. hoc tit. ex num. 4. Multi apud Osvald. ad Donell. lib. 13. cap. vlt. litt. C. Vnde non placet sententia Fachinæ lib. 8. controvers. cap. 89. in fine, Cardinalis Mantica lib. 13. de tacit. Ambiguis conuentionibus tit. 3. num. 1. & 2. & addentium ad Iulium Claram. d. quæst. 1. litt. C. qui existimant, donationem compræhensam in stipulatio- ne, siue celebratam per stipulationem, non esse contra- ctum. Est enim euidenti certius, tunc stipulationem esse, cui causam præstitit liberalitas donatoris, ut docent Anton. Faber d. error. 8. Mantica d. tit. 3. num. 8. Ioannes Corras. in l. post contractum, hoc tit. num. 3. ver- sic. ceterum, quos sequitur Marius Cultellus ubi proxime num. 21. Nec quidquam pro eorum opinione facit text. in d. l. interdictum 14. de precario, quem supra num. 2. pro sententia nostra expendimus: loquitur enim de dona- tione vera, & ex qua res statim traditur, cui precarium comparatur. Minus etiam facit ratio, qua vtuntur; vi- delicet, quod si promissio de donando eslet contractus, vel eslet bona fidei, vel stricti iuris; nam tertia species non datur, q. omnium 28. inst. de actionib. Sed, deducunt, neque est bona fidei, neque stricti iuris. Igitur non est contractus. Probare assumpsum interdunt ex l. eum qui 22. hoc tit. in qua docet Consultus, eum qui pronilit pecuniam ex causa donationis, non teneri præstare vlu- ras donatario, licet moram faciat in præstanda pecunia; quod etiam docemur in l. liberalitatis 16. de usuris. Præ- betque Consultus duplice rationem; prima, quia acer- bum eslet, illum prægravare onere usurarum vltra quam promisit. Quæ ratio naturalis est, fundaturque in ra- tione gratitudinis, & bonæ tractationis, quæ donata- rius prosequi debet donatorem, arg. ex l. D. Pius 28, de reg. iuris, valereturque, et si nullum eslet dixerimen inter ipsos contractus, quanvis omnes contractus esent bo- nae fidei. Secunda ratio petitur ex iure Civili per hac

verba: maximè cum in bonæfidei contractibus donationis species non deputetur. Quę varie torquent Interpretes nostri; alij enim sic cōcludunt. Donatio non est bonæfidei, sed stricti iuris. Sed hęc qualitas non adhæret nisi contractibus d. §. actionum. Ergo donatio est contractus. Alij, vt vidimus, ita inferūt. Donatio neque est stricti iuris, neque bonæfidei. Sed nullus est contractus, qui vnā ex his qualitatib. præditus non sit. Igitur donatio non est contractus. Vterque tamē in discursus à recto ab errare mihi videtur: quia textus agit de promissione facta ex causa donationis, siue liberalitatis; quam promissionem vocat donationis speciem: cum vero fiat per stipulationem, consequens, imò necesse est; non esse bonæ fidei, sed stricti iuris, qualis est contractus stipulationis, l. quidquid 99. de verbis. obligat: iuxta vulgarem allegationem. Ut vidit Gifan. in rub. de verbis. obligat. num. 20. & 21. vnde recte concluditur secundum iuris Ciui- lis disciplinam, non venire usuras ex mora; quiā neque in ceteris stricti iuris contractibus usuræ ex mora ve- niunt, l. 3. C. de usuris.

5. Donatio facta sub modo, quæ habet admix- tum negotiū, siue quæ negotialis est, quanvis sit irregulare, respectu quatuor sp̄cierū cōtractū inno- minatorum, tamē synallagma continet, l. Aristo 18. h. tit. non quā donatio est, sed quā donatione negotiū adiū- gitur. In quo sensu rectissime talis donatio censetur contractus: quia non est mera donatio. De qua nunc aplius non dispu: quiā ex professo infrā de illa dicturi sumus.

6. Sequitur videre de constitutione Iustinianī, vtrum fecisset donationem contractum? In primis supponimus in hac investigatione non loqui Nos de veris, & perfectis donationibus, quæ incipiūt pūre, & simpli- citē à traditione. In quibus nihil unquam immutatū cernimus: sed de illis liberalitatibus, quæ incipiūt à pro- missione. Circa quas Iustinianus constituit, vt licet sli-

pulatione vallatae non essent, sed essent nudæ, efficacæ essent ad agendum, & necessitatem haberent traditionis, l. si quis argentum 35. §. sed si quidem s. C. hoc tit. §. alie 2. inst. hoc eodem tit. Et quantis attente legerim verba utriusque textus, nullum deprehendere possum, ex quo colligi possit, vocari à Iustiniano hanc promissionem, contractum, pactum, aut conuentionem. Vnde excedere mihi videtur Cardinalis Mantica lib. 13. de tacitis, & ambiguis conuentionib. tit. 3. num. 5. Et multi alij, qui pro certo supponunt, Iustinianum constituisse, nudum pactum de donando efficax fore ad agendum. Inde deducentes, effectum fuisse contractum: quasi pactum à contractu solùm distet in ratione efficacia. Deficit enim hic discursus in fundamento: cum Iustinianus nulquam pacti meminerit: neque in predictis locis, neque in nouella 162. cap. 1. ubi se ad eas refert. Alio modo se explicuit Marius Cultellus in predicto tractatu de donationib. int̄ patrem, & fil. contemplatione matrimonij factis 1. part. discurs. 1. num. 24. videlicet, fatendo, non esse pactū, sed pollicitationem; in eo tamē sensu (id est improprio) appellari contractum, quo omnem cautiam obligandi pro contractu accipimus, l. omnem 20. de iudicijs. Alij verò non ausi facere contractum hanc promissionem, ex eo solo, quod actionem producat, dicunt, esse pactum legitimum. Legitima enim conuentio, id est, quæ lege aliqua adiuvatur, producit actionem, non minus quam contractus, l. legitima q. de pactis. Ita sentiunt ferè omnes Clasici in d. l. si quis argentum 35. §. vlt. Iaslo cum multis Veterum in §. in personam 8. num. 66. inst. de actionib. ubi Gomez n. 42. Conanus lib. 5. commentator. cap. 9. num. 8. in fine. Donell. lib. 15. cap. 22. & ibi Osuald. litt. C. & D. Julius Clorus verbo donatio d. quest. 34. Petrus Barbosa in l. 1. 3. part. num. 2. & 3. solut. matrimon. D. Ferdinandus de Mendoza lib. 3. disputat. de pactis cap. 9. num. 1. 3. Verum, & haec doctrina deficit in suppositione, ip̄a qua diximus deficere, quæ habet, esse contractum.

7 Ut ergò meam sententiam promam, mihi
magis placet sententia Marij Cultelli, quatenus pro-
missionem ex causa gratuita factam appellavit polli-
cationem: quanvis non censem, esse necesse, descendere ad appellandum illam contractum improprium.
Dico ergo, promissionem solum se sistere in affectu, &
voluntate illius, qui promisit tradere ex causa donatio-
nis: ut pollicitatio valet ex voluntate solius pollicentis.
Videamus, quatenus distet pactum à pollicitatione: ex
eo colligemus promissionem de donando non esse con-
ventionem, aut pactum. Pactum est duorum plurium re in
idem placitum consensus. Sic diffinit Vlpianus in l. 1. de pa-
ctis. Secundum lectionem Florentinam.. Pollicitatio
vero est solius offerentis promissum, eodem Vlpiano diffi-
niente in l. 3. de pollicitat. Pactum igitur non aliter com-
ponitur, neque in esse producitur, quam si simul con-
currat quasi partialiter substantialiter utriusque cōsen-
sus, atque conuentio. Pollicitatio autem statim confi-
cit, atque in esse producitur, simulaque pollicitus
quis fuit. Ideo pactum ad genus negotij, seu negotiale
spectat; pollicitatio vero ad genus liberalitatis, ut dicitur in l. liberalitatis 1.6. de usuris iuncta l. 1. de pollicitat.
Præixerunt Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. 3. ex num. 4.
& 34. Et cum alijs remissiue adductis Hermosilla in l. 1.
glossa 1. num. 3. verific. in quo differat tit. 4. Part. 5. quanvis
pro libidine, qua laborat, contradicendi multa involuat
Mendoza lib. 1. disput. de pact. cap. 9. ex num. 10. usque ad
finem. Cum vero pollicitatio, votum, & promissio fa-
cta priuato de donando, tantum differant ratione perso-
nae, in quam liberalitas confertur, non in ipso genere li-
beralitatis. Consequens est, ut promissio priuato fa-
cta, ex causa liberali non requirat consensum donata-
rii, ut incipiat valere, siue ut sit esse perfecte produca-
tur. Votum quippè dicitur, promissio Deo, vel Sanctis
facta, l. 2. §. voto, & seq. de pollicitat. pro quorum illustra-
tione adiri posunt Cujac. in l. vix certis ex causis 53. de

indicijs. Petr. Faber lib. 2. semestri cap. 3. prope finem. Guillelmus Budaeus in poster. annotat. ad Pandectas in d. 1. 2. Osualde. ad Donell. lib. 12. cap. 24. litt. C. Primarij nostri Pichard. in lecturis ad tit. de adquir. heredit. cap. 14. ex num. 31. & princip. inst. quib. modis re contrahitur obligat. ex num. 118. Valent. lib. 3. illustr. tract. 2. de adquir. heredit. ex num. 43. Vnde Græci Imperij fastus arripuit vocem, & oblationem, promissionesque Principibus factas appellauit vota, & votorum nuncupationes, L. vnic. C. de oblat. votor. lib. 12. iuncto ibi nostro Amaya num. 19. sub titulo de auro coronario lib. 10. Promissio verò facta Reip. ex causa liberali frequentius pollicitatio appellatur, in tit. de pollicitur. Et facta ex eadem causa priuato, dicitur specialiori nomine promissio, immo aliquando pollicitatio dicitur, vt nomen ipsum denotet formam, in le pollicitatione 3. C. de donationib. ante nuptias.

8. Demus tamèn promissionem hanc acceptatam esse à donatario: nūquid tunc fiet pactum? Minime quidem. Quià vt vera, & simplex donatio, quæ à traditione incipit, non sit negotium per acceptationē, quia est diuersi ordinis, vt optimè philosophatur egregius Cujacius nouella 38. & 119. Sic promissio acceptata non sit conuentio. Quià nec sic ad genus negotii spectat, sed ad genus liberalitatis, in quod cōuenit cum donatione, vt suprà dixi. Ad quid ergo deseruit acceptatio donatarij? Videlicet, vt non destruatur, si repudietur, si refutetur, si nolit donatarius beneficium accipere. Clarius dico: acceptatio non format promissiō nem, vt voluntas utrinque concurrens, format pactum efficit tamèn, ne iam formata per solam liberalem voluntatem pollicentis, destruatur, & ad nihil redigatur, si donatarius beneficium respuerit. Pactum ergo data ex una parte voluntate in pendentī est, donec concurrat voluntas alterius partis, ex quarum voluntatum concursu formatur: promissio vero ex causa liberali facta statim perfecta manet in esse liberalitatis, ex cau-

causa liberali facta statim perfecta manet in esse liberalitatis, ex quo donare volens promisit. Quæ differentia non est verbo solo tenus, ut ex infra dicendis opportunius apparebit.

¶ Restat videndum in hoc articulo, quamvis actionem post Iustinianum producat hæc promissio. Imperator ipse questionem decidit nouella 162. cap. 1. docens potius, quam sanciens, nasci cōdictionem exilege. Quoties enim aliqua obligatio noua aliqua lege introducitur, neque specialiter in ea cauetur, quo genere actionis experiundum sit, condicione ex lege agitur, l. vnic. de condic. ex lege, notant ad rem Accusius, & Clasfici in d. l. si quis argentum 35. g. vlt. Cujac. d. nouella 162. Pichard. in §. alię num. 7. inst. hoc tit. Vvesemb. ad hanc tit. num. 7. Treutlerus d. volum. 2. secess. disput. 19. thesi 7. Hic tamèn subsistendum est. Dico promissionem, siue pollicitationem factam ex causa liberali, non esse contractum; dico etiam producere condicione ex lege à Iustiniano edoctus. Hæc non sunt contraria; quia Iustinianus, qui efficacem fecit talem promissionem, nec dedit ei actionem specialem, voluit per consequens, ut donatarius haberet condicibñem ex lege. Aslerui lib. 2. Opusculor. sect. 1. cap. 5. num. 19. & 20. precarium non esse contractum, quod probat distertè textus in l. interdictū 14. de precario, dixi etiam domino, rupto precario, ad repetendam rem cum fructibus, & omni causa competere actionem præscriptis verbis, probatur etiam expresio ex l. duo in solidum 19. g. vlt. eod. tit. Vnde deduxi sic. Precarium non est contractus. Sed ex precario nascitur actio præscripsiis verbis. Igitur actio præscriptis verbis non semper nascitur ex contractu. Consequentia est recte deducta; eam nihilominus comprobauit ex iure: quia multo fies nascitur actio proprio, & pecialiari, aut priuilegiario, aut extraordinario quodam iure, ex varijs causarum figuris, quæ ad nullam speciem contractuum, etiam in nominorum, reduci possunt, l. n. libligamus.

22. de obligationib. & actionib. Formemus iterum yllagisimum, qui eodem modo concludat. Multæ, & variæ sunt causarum figuræ, quæ ad species contractuum nominatorum, aut innominatorum reduci non possunt, ut precarij æquitas, & aliæ similes. Sed tam ex innominatis contractibus, quam ex varijs caussarū figuris, quale est precarium, nascitur actio præscriptis verbis. Igitur actio præscriptis verbis non semper nascitur ex contractu. Siue sic, igitur ex eo quod nascitur actio præscriptis verbis, non concluditur per necesse præcessisse contractum. Sic philosophabar; & nihilominus D. Hieronymus de Oroz lib. 3. de apicib. iuris ciuilis cap. 11. n. 10. in cōsequentiæ me accusat; sed non damnabit, si int̄r vtrunque æquus iudex sedeat. Illud tamen agrè fero, quod imponit, dixisse me, quæcunque sint negotia, debere reduci ad quatuor species contractum innominatum; quasi voluisse dicere, omnes actiones præscriptis verbis, ex illis quatuor speciebus ortum suum habere. Quod nunquam, nusquam ve dixi. Scio enim, & palam ibi scripti, multas actiones præscriptis verbis reddi sine yllo precedente negotio; ut in exemplo de precario, quod atruli redditur eni m tunc actio propter æquitatem rei cum fructibus restituenda; non ex negotio gesto; quia in precario nullum negotium geritur inter concedentem, & rogantem, d. l. interdictum. 14. quia est mera liberalitas, ut donatio, l. 1. eod. tit. de precario. Illa vero propositio: omnia; negotia, que actionem præscriptis verbis producunt, debent necessario reduci ad quatuor species contractum innominatorum: est exterræ veritatis; quia si est negotium, est synallagma; si tale est, nec formam nomenque certum habet, est synallagma innominatum, siue contractus innominatus. Ergo si est tale negotium, erit contractus innominatus: quia negotium, quod habet nullam caussam ad obligatiōnēm prodicendam, & fore

main

mam non habet, cōtractus innominatus est, qui ad quatuor species prēcisē reducitur, ut docuerunt Mauritius, & Vlpianus in l. iuris gentium. 7. in princ. & §. 1. de pactis. Distinguat ergo mecum D. Hieronymus Oroz negotium à causa actionis præscriptis verbis. Dico, nullum esse negotium incertum, quod non educatur ad quatuor species cōtractuum innominatorum: do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias. Si est ullum, cedo illud, & prēsto sum obliterare scripta; quia pertinacia me non tenet. Dico, non semp̄er actionem præscriptis verbis oriri ex negotio, siue ex contractu innominato: quia multoties oritur ex actu, in quo nullum negotiū geritur, ut quando oritur ex precario. Quid ergo, quæso, in his culpæ, aut vitij, aut in consequentiæ est? Sed redeamus ad lineas, deprecato lectore, ut indulget, dedisse defensioni pauculas..

10. Sed in præsentib⁹ inquidendum est, an post Iustiniani constitutionem derogatum sit Pomponij sententiae, quæ extat in l. nuda 26. hoc tit. Ait Pomponius, nuda in rationem non constituere aliquem debitorem, ut putā, qui nihil debet Titio, sciens me nihil ei debere, & volens donare, retuli in librum mearum rationum, in librum accepti datique ita: *debeo Titio centum.* Quæritur, vtrum siam Titij debitor, vtrum Titio promiserim centum ex causa donationis? Negat Pomponius: siue referam me illi debere ex causa mutui, cum non acceperim; siue me illi donasse, cum non donauerim. Vtrumq; enim casum à Cōsilio decidi, recte existimat Castrensis. Itaque nuda ratio dicitur, quæ caret causa debendi; in qua si pponitur causa, quæ non præcessit ut dicitur nuda traditio, quæ fit sine causa præcedente in l. nunquam 31. de adquir. rer. domin. nuda emptio, quæ fit sine vero precio, & simulatè, l. nuda 55. de contrahēda empt. ita apertiūs, quā Accursius expoluit Cumanus. Videamus ergo, quare nuda ratio non inducat donationem: Accursi, Bartolus, Cumanus, Castrensis, & Gifi-

nus, cum alijs classicis tamen in d. l. 26. quām in lib. iiii
gent. 7. de pactis, respondent; quia nuda ratio sit per scrip-
turam priuatam, solo consensu ipsius scribentis; qua
propter non facit pactum, aut conventionem, etiam
nudam: cum vero existimant, donationem post Iusti-
nianum non valere, nisi saltem per nudam contentio-
nem fiat, concludunt, neque novo iure nudam rationē
efficere donationem. Nos vero sententiam hanc non
possumus substinere, qui fundauimus, Iustinianum fe-
cille efficacem nudam promissionem de donando; ne-
que requisuisse pactum, aut conventionem. Francis-
cus Duarenus ad tit. de fide instrumentor. cap. 3. versic. alia
questio, existimat ideo nudam rationem esse inefficacē,
quia sit sine causa; vt in l. cum de indebito 2. 5. §. vlt. de pro-
bat. cap. si causio 1. 4. de fide instrum. supponit enim ita in
libros rationum fuisse relatum: debeo Titio centum. Quæ
relatio causa caret. Sed vereor, aliam fuisse mentem
Pomponij, qui potius supponit, causam donationis
fuisse expressam, vel causam mutui, cum non
præcesserint. Veluti, accepta Titio centum mutua: Donavi
Titio centum. Hæc est nuda ratio, nuda relatio; quia ca-
ret reuera causa, lieet prætendatur. De intellectu d. l.
25. §. vlt. Et d. cap. 14. egi lib. 8. Opusculor. nec repeto
Cujac. lib. 16. qq. Papin. in l. Et si maximè 5. de seruitut.
legata, & lib. 29. in l. Atilius 27. hoc tit. Et in alijs locis,
docet, nudam rationem non facere donationem; quia
donatio traditione perficitur, & obligatio de donando,
non aliter efficax est, quām si stipulatione celebretur.
Quæ omnia rectissimè dicuntur ad sèculum Pompo-
nij: quid tamen hodie dicendum sit, quando sola nuda
promissio efficax est, nec inuestigat, nec docet Cujaci.
Et posset tentari nudam ratione n. pto. pollicitatione,
& nuda promissione esse; quo supposito dicentur huic
legi esse derogatum per Iustiniani constitutionem. An-
tonius Faber in rationali ad l. non solū 4. 9. §. vlt. de pecu-
lio, censet, nudam rationem, tantum continere nudam

voluntatem; ex qua afferit homines non obligari. Quā
 doctrinam veram non reputo; quia ubi datur vera vo-
 luntas determinata obligandi se alij, subest causa & qui-
 tatis naturalis implendi fidem; l. Stichum, 95. § natura-
 lis desolution. iunct. l. 1. de pactis l. 1. de pecunia constituta
 ubi subest causa naturalis obligandi, si fiat promissio
 ex causâ donationis efficax est ad agendum ex constitu-
 tione noua; & ex nostro iure ex quacunque alia causa,
 l. 2. tit. 16. lib. 5. Compilation. Igitur si nuda ratio contine-
 ret nudam voluntatem promittendi, valeret donatio. Me-
 lius igitur exposuit cum suo Donello Ostwald. lib. 23. cap.
 7. litt. H. nudam rationem non constituere debitorem
 cum, qui retulit; siue scripsit; quanvis prætensa fuerit
 donationis; vel mutui causa: quā liber rationum nō pa-
 ratur ad contractus, donationes, actusve gerendos. sed
 ad probandum gestos fuisse. Quare licet edatur, in suis
 casibus, liber priuatus rationum; cuius pagina cōtineat
 debere dominum Titio ex causa donationis aureos
 tot; si neget dominus, non convincitur ex libro dona-
 tionem factam fuisse; nisi causam suam instruat præ-
 tensus donatarius alijs documentis. Quia, nuda ratio,
 nisi probetur causa, non facit debitorem; & quia liber
 per se non est sufficiens instrumentum ad probandum
 causam præcisissime. Hic est etiam sensus d. l. non solum
 49. §. vlt. de peculio, l. si peculium. & §. sicut 4. de peculio
 legato.

Obstat vero text. in l. ex hac scriptura 16.
 hoc tit. ubi Vlpianus docet, ex hac scriptura: Sciant hē-
 des mei, vestem uniuersam, acres certeras quascumque in diem
 mortis meae mecum habui, illi, & illi libertis meis vivum do-
 nasse: dominium ad libertos pertinere. Ecce ubi rela-
 tio facta in testamento de donatione præterita domi-
 nium træfert in donatarium absque eo, quod indigat
 probare donationem præcessisse. Igitur nuda ratio, aut
 nuda ratio in libros rationum; vel probare debet, vel
 indiqueret donationem. Verum in ipso textu prostata so-

lutio, docēt enim Consultus benignā ratiōne id obſtruīſſe. Benigna verò ratiō inde delūmitur, quod testamen-
tum ipsum ſufficiens instrumentum eſt ad inducen-
dum fideicōmissum, licet de donatione ipsa non ap-
pareat. Vel quia ſi nulla präcessit, reiicitur tanquam
falsa demonstratio, aut falsa cauſa l. i. C. de falſa ratiōne
adiecta. Vel quia ſi präcessit, non indiget testamen-
taria dīſpositio maiori probatione, quam teſpia l. ſi do-
patoſ. C. hoc tit. iuncta l. cum quis deceperet 37. §. codicil-
lis §. de legat. 3. cum alijs, quæ de efficacia declaratio-
nis in testamento factæ adducunt præter doctam Glos-
ſam, & Classicos in d. l. 16. Couarr. lib. 1. variar. cap. 7.
num. 4. Antonius Gomez, tom. 1. variar. cap. vlt. num.
81. & in l. 9. Tauri num. 35. & 36. Costa in l. ſi ex cautio-
ne verbo compellitur §. duodecimo queritū num. 6. Faber
lib. 14. coniect. cap. 14. Duaren. ad titulum de milit. te-
ſtam. cap. 6. in fine. Quam partem ideo non proſequor,
quia ad noſtrum traſtatum non ſpectat, quāuis de ea ex
professo agant Classici in d. l. 16. & 26. hoc noſtro ti-
tulo.

12 Ex his facile est respondere ad plurimos tex-
tus, in quibus aliud agentes Imperatores ſupponunt, do-
nationem eſt contractum. Eos adducunt D. Ferdinandus de Mendoza lib. 1. disp. de pactis cap. 4. ex num. 28.
Padilla Meneſes in l. naturalis 5. num. 15. de preſcript.
verbis. Gratianus lib. 4. diſceptat. forens. cap. 781. ex n. 33
ꝝque ad n. 41. Oroz d. lib. 3. cap. 11. n. 9. & expreſſiores
ſunt in l. contractus 15. C. deſidic instru. n. l. ſi donationis C. de
his, que vi, l. vlt. C. de pact. l. pen. C. de donat. inter. l. vlt.
C. delitigiosis, l. ſi quis emptionis 8. C. de preſcript. 30. vel
40. annor. l. vlt. C. de predijs Decurionum lib. 10. In quib⁹
omnibus inter contractus refertur donatio; eo videli-
cet, quia potest etiam per contractum celebrari, veluti
ſi ſiat ſub modo; aliquid negotium admixtum habeat.
Vel ſi interpoſita stipulatione celebretur, que dicitur
Species donationis in l. eum qui 22. hoc tit. quamvis li-
be-

beralitas ita magis sit, quam donatio. Qui duo termini, aut duo casus sufficientes sunt, ut verificantur verba Imperatorum in praecitatibus textibus; quia in nullo eorum decidunt, donationem esse contractum, sed illud supponunt, quare satis est, si terminos habiles praestiterimus, in quibus suppositio posset verificari. De lege per nulr. C. de donat. inter. infra suo loco latius disputabimus.

§. VNICVS.

De acceptatione non requisita.

13 **D**ECISA, & profligata manet haec questio ex precedenti disputatione, cum ex eisdem principijs decidenda sit. Asserimus, donationem animo deliberato factam, statim perfectam esse in esse liberalitatis, antequam a donatario acceptetur. Sed priusquam proprietas hanc fundemus, distinguendi sunt termini, & modi donationum, ne in obscurro procedat disputatione. In primis statuendum est, liberalitatem non posse adquiri nolenti, siue invito, l. hoc iure 19. §. non potest, hoc tit. l. in iusto 69. deregul. iuris. Cum enim donatio beneficium sit, desineret tale esse, si posset in iuitum conferri. Laudantius lib. 5. diuinar. inst. cap. 20. eleganter satis: Non est beneficium, quod in geritur recusanti. Unde & priuilegia, saevoresque volentibus accommodantur, non vero renunciantibus l. pactum 40. de partis, l. sequitur conscribendo 25. C. ead. tit. Legata, quia lucrativa sunt l. hereditatem 32. mand. & quedam donationum species princ. inst. deleg. Non acquiruntur irreuocabiliter, siue efficaciter, nisi eis, qui illa agnoscunt; l. Ait Praetor 7. §. Pomponius. Alias si sine 8. l. si minor 33. demi. orib. l. si tibi homo 86. §. cum seruus de leg. 1. Optima quidem ratione.

L

Quia

Quia ex donatione, & beneficio nascitur obligatio antidoralis, quæ naturalis est, & grauat pudorem, l. sed & filege 25. §. consuluit de petit. hered. Cum vero nemo inuitus in obligationem debeat incidere, quia liberum est obligari, vel non obligari, l. sicut §. C. de oblig. & act. l. inuitus 156. de reg. iur. Consequens est, neminem esse cogendum ad accipiendum beneficium, neque ad suscipiendam obligationem, quæ ex beneficio accepto oritur. Notant Cagnolus. Petrus Faber Reuard. & Iacob. Gotofred. in d. l. Inuito 65. Neq; obstat quædam esse beneficiæ, quæ inuitis, & reluctantibus ingeruntur. Verbi gratia. Libertas purè data, reliquæ seruo ab eo recusari non potest, l. vlt. §. Sin vero C. de testam. manumis. Debitorem alienum inuitum liberare possumus l. soluendo 39. de neg. gest. l. solutione 23. de solut. Mortis supplicio condemnatū, & perire festinante possimus à pœna eripere, appellatione interposita, et si nolit, l. non tantum 6. de appellat. In quibus casibus, & si qui sunt similes, grauiter dixit Leo philosophus nouella 102. duplex beneficium esse, beneficium in inuitum conferre. Non, inquit, obstat hinc beneficiæ renuentibus tribui, quoniam inter beneficentiam ipsam facienda differentia est. Beneficia quippè, quæ meliorem nostram cōdirionem faciūt simpliciter, ut donationes, legata, & priuilegia non conferuntur in inuitos, vnicuique enim licet non consentire, ut per alium conditio eius melior efficiatur. Illa autem beneficia, per quæ à tristi statu, & miserabili conditione eripimur, non est in nostra potestate recusare, neque enim nobis solis nascimur, sed patriæ, cuius inter est ciuienes seruari, l. 1. §. & generaliter 15. de ventre in possessionem mit. l. postlimium 15. §. filius 7. de captiuis. Cum vero multoties homines vel percidi desperatione, vel in certi torpentes sibi non consulant, & quum viuum fuit iuri, & rationi naturali conueniens, ut vel ignorantes, vel inuiti peralios adiuvaretur propter cognationem, quam inter omnes natura constituit, l. ut vim 3. de iust.

*C*ontra, propter quam interest homini's, benefacere homini, l. *Jeruus.* 7. in fine deseruis exportand. iuncta nota *M*erilli lib. 1. prior. *Obs.* cap. 12. Addendus etiam pulchre *Seneca lib. 2. de benef.* cap. 14. Ibi. *S*iepe noxia concupiscentia, nec dispicere, quām pernicioſa sint, licet; quia iudicium interpellat affectus. Ita inter utrumque genus beneficij distinxit Antonius Faber in *Iurisprud.* tit. 3. princ. 2. illat. 8. Melius, & ex preſtis, quām Cuja. & regularum iuris Interpretē ſuprā laudati, & Forner. lib. 3. selection. cap. 31.

14 Ex his infertur, si donatarius donationem accipere recusauerit, liberalitatem donatoris ad nihil redigi. *Vnde nostra quæſtio verlari non potest in pura, simplici, & verā donatione, quæ traditione peragitur inter præſentes.* Si enim donatarius acceptauerit, statim perfectus, & compleetus eſt actus donationis, neque vterius quidquam quæri potest. Cæterum si repudiauerit, recusaueritque accipere donationem, statim apparet nihil actum fuſile. *Quod si cum præſens sit, tacuerit, præſumitur in dubio animum acceptandi habere;* valetque donatio propter tacitam acceptationem, vt docent Couarr. in rub. de *testament.* 3. p. n. 19. Pat. Sanchez lib. 1. de *matrim.* disp. 6. num. 11. & cum alijs, quos refert, *Hermosilla glossa* 1. num. 21. in l. 4. tit. 4. part. 5.

15 Idem per contrarium dicendum eſt de promissionibus ex cauſa liberali factis, quæ olim fiebant per stipulationis contractum, in quibus ſimiliter de acceptatione quæri non poterat, cum celebranda eſſent per contractum, qui indiget utriusque partis consensu, l. *qui me,* & *Titium* 32. de *reb.* cred. Similiter quæſtio nostra non versatur circa illas donationes, quæ admixtum negotium habent, de quibus in l. *Ariſto* 1 8. hoc tūt. coalescant enim in contractum innominatum propter admixtionem negotij, vt ſuo loco in frā dicemus. *Cardo ergo questionis vertitur circa illas donationes, que*

Hunt infantibus, amentibus, absentibus, furiosis, corporibus mixtis, veluti Ciuitatibus, Vniuersitatibus, Ecclesijs: olim secundum ius digestorum rebus per nuncium missis, tradendisque: hodiè post constitutionem Iustiniiani in illo eodem casu, quā accidere potest, vel in casu promissionis, nudæ coram testibus protestata, vel in scripturam, aut publicum, priuatum vè instrumentum redacte, per quæ documenta de donatione facta constare possit.

16 In quā controuersia substanendum tanquam verius existimo, donationem non indigere acceptatione; vt censeatur perfecta in esse liberalitatis. Quod sequentibus argumentis fundatur. Quia donatio non pertinet ad genus commutationum, sed ad genus liberalitatis: genus commutationum est, genus contracuum, & negotiorum, quæ intèr duas partes geruntur: igitur quæ ad genus liberalitatis pertincent, tantum ex voluntate agentis valent. Maiorem propositionem, & minorem desumpsi ex Soto de iustitia, & iure lib. 3. quæst. 5. art. 3. veris. posterior conclusio. Quannis ipse non per omnia sequatur sententiam, quam cutamur. Deinde pater Molina, eod. tract. disputatione 263. circa medium, sic stando iuri naturali, siue naturæ donationis independenter à iure positivo considerante philosophatur. Donatio habet relationem ad acceptationem secundum dictum; id est, vt dicatur donatio cum effectu, vt dicatur donatio completa in ratione adquisitionis dominij: quippe non acceptata donatio nihil proficit donatario; vel donec acceptetur, effectum siquum erga illum non operatur. Non vero dieit relationem secundum esse; id est, vt fiat donatio perfecta in suo genere liberalitatis: quia donatio, talis censetur, ex quo donator munificentiam exercuit, l. i. hoc sit. Sed que dicunt relationem secundum indici, & non secundum esse, non pendent ab illis, ad quæ referuntur, vt patet. Igitur perfectio donationis non pendet ab acceptatione. Tandem ex eodem Mo-

Hinc fundatur sic. Si donatio requireret consensum, acceptationem, concursum voluntatis ex parte donatarij, esset de genere contractuum, siue commutationum; quæ pertrahit ob id reciprocum consensum. Sed donatio à contractu toto genere distat. Igitur quia reciprocum consensum non expostulat. Censuit Molina acceptationem desiderare, ex iure positivo Romanorum, in quo illum non sequor: amplectior verò libentissime eius sententiam, quatenus tenet, ex natura sua non desiderare acceptationem. Quo Auctore non erubet serm sententiam hanc substinere, quanvis destituerer alijs; quia eius iudicium pro multis mihi est.

17. Doctissimus verò Primarius noster Sotus in contraria erat sententia: nempe iure naturali, siue ex natura rei acceptationem requirerere: non tamè ex iure positivo Romanorum; secundum quod sinè acceptatione valere, id est ante acceptationem, existimabat. Quam opinionem in omnibus videtur sequi alter magnus iuris naturalis Consultus Hugo Grotius lib. 2. de iure belli, & pacis cap. 11. ex §. 14. Et pater Sanchez, cū alijs infra referendis, lib. 1. de matrimonio disput. 6. Nullum tamè aliud argumentum afferunt à priori, nisi illud, quod nuper diluimus cum Molina, donationem dicere relationem ad acceptationem; quia non acceptata donatio non est, respondimus enī, hanc relationem esse secundum dicti, non secundum esse: videlicet, ne resoluatur ex post facto; sed non ut incipiat esse perfecta in suo genere liberalitatis. Cum verò omnes ferè Interpretes, qui de hac questione agunt, fortiora argumenta sumant à responsis I. Consultorum, & Imperatorum decretis, existimantes, illis cateni, ut aliter perfecta donatio non censeatur, quā si acceptetur à donatario, & per consequens imperfectam esse ante acceptationem: videamus an quid tale probetur ex textibus, testimonijisque, quæ adducunt ex nostro iure Romano.

lib. 18. p. 101. Et quidem Vir maximus, & citrà in hidam om̄i

omnium iuris Interpretum choriphæus Iacobus Cujac.
 lib. 12. obseruat. cap. 28. & consultatione 43. & in alijs multis locis, censuit ex iure Romano, quod sibi exponendū præcipue proposuit, donationem, vt talis eslet, indigere acceptatione ex parte donatarij; quem sequuntur fuit Hieronymus Treutleras d. volum. 2. selectar. disputatione 19. thesi 1. Expenditque textum in l. si vero 8. §. & si mortis 3. de bonis libertor. Quæstio est de patrono à liberto suo præterito, qui agnouit donationem causa mortis, vtrū repellatur à bonorum possessione contrà tabulas liberti? Respondit Consultus, repellendum esse, si agnouit defuncti voluntatem post eius mortem. Approbavit quippe iudicium defuncti. Igitur illud postmodum impugnare non poterit. Videlicet, quæ dixi nupèr in aduersarijs cap. 6. de huius textus expositione. Prosequitur; cæterum si libertus intèr viuos patrono donauit, & ille accepit, non repellitur; quia potuit sperare, vt ei gratus libertus eslet in ultima quoque voluntate. Expendit Cujacius illa verba: & ille accepit, vnde deducit, acceptationem fuisse necessariam, vt eslet donatione intèr viuos. Miror tamèn virum egregium tam leui fundamento adductum fuisse: quia Consultus nihil in illis verbis de iure decidit, sed in facto supponit, quod præcēdit. Ex suppositione vero facti non sit argumentum ad dispositionem iuris. Deinde, si patronus non acceptaslet donationem; non posset fieri locus quæstioni, quam agitabat Vlpianus: quarebat enim, vtrum approbato iudicio liberti per agnitionem donationis, posset contrà eius testamentum agere patronus? Qui termini non accidunt, non dantur ex sola donatione facta à liberto, quāuis protinus perfecta sit in esse liberalitatis; sed ex agnitione patroni, de cuius approbatione agitur. Igitur, vt faceret quæstioni locum, debuit supponere, patronum agnouisse donationem.

19 Scipio Gentilis lib. 4. de donationib. inter. cap. 18. ad idem probandum viuis fuit testimonio satis differto,

fertur; ut primà facie videtur; Ciceronis in Topicis ad
 Trébatium l. Conf. loco, ab etymologia. Quem expende-
 mus simùl cum textibus in l. 4. §. 1. de captiuis, l. vlt. de le-
 gatione. Quæstio est, vtrum deditus hostibus à foederali,
 patreve patrato ex more apud Romanos recepto, de-
 dendi ciues hostibns, vt suo arbitrio de illis statuerent;
 si legatos pulsarent hostium; aut auctores fuissent iniqui
 fœderis, an censeatur deditus, an censeatur commissus
 arbitrio hostium; ex quo tempore deditus fuit, antequā
 ab hostibus acciperetur? In qua quæstione, quam agita-
 uimus pridem ego lib. 1. de interd. & relegat. cap. 4. &
 lib. 6. Opusculor. cap. 1. ex num. 7. & nupèr D. Nicolaus
 Antonius cultus, & elegans I. Consultus lib. 1. de exilio
 cap. 8. ità post iuris Auctores Cicero: *Quo in genere etiam
 Mancini causa defendi potest, postliminio redisse, deditum non
 esse, quoniam non sit receptus: nam neque deditonem, neque
 DONATIONEM SINE ACCEPTATIONE INTELLIGI POSSE.* Sed
 qui perscrutatus fuerit Ciceronis intentum, comperiet,
 longè alium sensum esse prædictorum verborum: nem-
 pè hostibus deditum Ciuem, eorum non fieri, donec ab
 eis acceptus fuisset: quod in donatione minimè Nos
 negamus: fatemur enim libetèr a principio huius quæ-
 stionis, rem donatam non fieri donatarij, donec eam
 acceperit, siue acceptauerit. Qui ante acceptationē,
 licet sit perfecta donatio in esse liberalitatis, quoad do-
 natorem; non est completa in esse adquisitionis, quoad
 donatarium. Et hoc dixit Cicero, non intelligi sine ac-
 ceptione donationem: quia primum, primariumque
 suum effectum sortita nondum fuit. Non tamèn inde
 colligi potest, donationem, antequam acceptetur, posse
 pro libitu reuocari à donatore, tanquam actum in suo
 genere imperfectum. De quæstione Mancini, & simi-
 lium, amplius non disputo, quia dixi in præcitatris lo-
 cis.

20. Communiter vero Auctores vtuntur alijs
 textibus, qui non probant eorum assumptum: quod
 si

si singulos enodauerimus, conuincemus. Expendunt
 præcipuè textum in l. absenti 10. hoc tit. In quo Vlpianus
 asserit, donationem rectè celebrari in absentem
 uno ex duobus modis. Primus est, si res donata remittatur
 per nuncium à donatote, vel si donator rem, quæ ex
 alia cauſa (vt puta depositi) apud donatarium erat
 iubeat, vt sibi habeat ex cauſa donationis. Et cum quæ-
 siſſet de donationis effectu, docet donatae rei dominū
 non fieri, donec remissam per nuncium accipiat; vel
 reficiat ex epistola ad se data, rem sibi donatam fratre, &
 cum affectu sibi habeat. Quam doctrinam ampliat ad
 seruum donatarij; vt tunc censeatur adquisita domino
 ex cauſa donationis, quando dominus fecierit, & dona-
 tionem acceptauerit: alioquin non censemur dominus
 effectus ex cauſa donationis in ſe factæ, quia cum dona-
 tio domino fit, non ſufficit rem tradi feruo, quandiu do-
 minus non agnouerit donationem, l. si servus 108. §. 1.
 de leg. 1. quam exposui lib. 7. Opus. cap. vlt. num. 41.
 Prosequitur Vlpianus; niſi feruo ipſi donatio facta fuit,
 animo statim dominium transferendi: tūc enim statim
 acquisitio peragitur, ex persona ferui etiam ignorantis,
 imo inuiti ex iuris necessitate, cum feruus donatarius
 fit. Propter regulam textus in l. etiam 32. de acq. ver. dom.
 l. servus 62. de verb. oblig. Ex hoc textu volunt colligere
 non valere donationem, neque perfectam esse, niſi dona-
 tarius illam acceptauerit. Ego tamen ex eo nihil tale
 probari facile mihi persuadeo. Cum iuris coniunctus
 non agat de eſcētia, aut existentia donationis
 in ſuo eſſe liberalitatis, ſed de effectu, quæmori-
 titur, poſtquam perfecta eſt, vt conſtat ex illis ver-
 bis donat. rei dominus non fit. Fatemur itaque donationē
 collatam in absentem per interpoſitam personam, vt di-
 citur in l. etiam 4. hoc tit. non antea effectum fortiti acqui-
 ſitionis, quam acceptata eſt; negamus tamen inde pro-
 bari perfectam eſſe in eſſe liberalitatis antequam accep-
 tentur. In qua rem expendi potest textus, qui pro cō-
 tra-

traria sententia solet allegari, in l. nec ambig; 6. C. hoc tit. in qua Imperatores citra dubitationem asserunt, in absentes conferri posse donationes, easque valide fieri, si sit internūcius, qui rem perferat: & posteā per aduerbiū inclusum *maximè* decidunt, præcipue hoc verū esse, si donatarius ex voluntate donantis possessionem nanciscatur rerum donatarum. Ex qua regula, & ampliacione constat validas esse, & præcipue effectum sortiri in postremo casu adeptæ possessionis. Igitur antequām apprehensa possessio sit, validæ erunt, licet nō dum cum effectu. Secundum eamdem doctrinam accipienda est suppositio Consulti in l. mulier 76. de rei vind.

21 Maioris tamen explicationis caussa circa textum in d. l. absenti 10. hoc tit. distinguendi sunt duo casus donationis collatæ in absentem. Primus est, quādo verba de præsenti proferuntur in donationis instrumento, & nuncius tantum adhibetur nudo ministerio perferendi rem. Qui est casus d. l. 10. Quodsi donator non faciat statim donationem, nec nuncium quærat, vt nudum ministrum, sed potius, vt procuratorem, vt mandatarium, qui nomine domini donationem faciat absenti, siue, vt nos dicimus. Diò poder para donar, y entregar; tunc imperfecta donatio est adhuc in esse liberalitatis, donec mandatarius rem perferat ad donatarium, & exequatur mandatū: quapropter si interim mandator, idemque donator, decebat, & posteā mandatarius rem tradat donatario, non transfert in eum dominium, l. se quidem 8. C. de oblig. & act. l. 2. §. sed & si quis 6. hoc tit. quem secundum hanc suppositionem, & de hac hypothesi intelligendum esse suadent illa verba si quis donatus, que denotant, non fuisse factam donationem de præsenti, sed de futuro faciendam esse, nempe per nunciū, cui cōmisla fuit. Ratio ergo propter quāni in præsenti pendet liberalitas est, quia adhæret mandato, unde sumit naturam ab ipso mādato; quare nec anteā perfecta

fecta dici potest, quām expletum mandatum sit. Igitur dum pendet mandatum, pendet liberalitas, & per consequens morte mandatoris, vel reuocatione ipsius re integra finitur, l. inter caussas 26. in princ. mand. §. recte, inst. de mandato, docet ad rem post alios noster Amaia lib. 2. obs. cap. 4. ex num. 18. Quam distinctionem per innovationem non inducimus, sed tanquam communem acceptam ferimus Accursio in d. §. si quis donatus verbo pecuniam dederit. Barth. Cumano. Castrensi, & Giphanio in eodem §. & in d.l. 10. Saliceto in d. l. siquidem 8. C. de oblig. & act. Couarr. in rub. de testam. 3. p. num. 20. in nouiorib. editionibus. Molinet de iust. & iure tract. 2. disp. 263. non obscurè, Patri Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 6. num. 6. & 7. Grotio hactenus recte disputanti, licet in in principali questione non rectè, lib. 2. de iure belli, & pacis cap. 11. §. 17. Ex quibus apparet sine ratione predictis textibus vti authores, vt probent iure ciuili Romanorum, donationem acceptance in indigere, vt perfecta sit in esse liberalitatis; cum tantum sit imperfecta illa, cui adhaeret mandatum: non qua donatio est, sed quā sequitur naturam, modumque mandati.

22. Sed antequam ab hoc tractatu recedamus, superest notare differentiam inter mandatarium donatoris, siue ad donandum; & inter mandatarium donatarij, siue ad recipiendum. Quippe donatoris mandatum expirat, si prius, quām res tradita donatario sit, reuocetur mandatum; vel mortuus sit mandator, vt nuper diximus: in tantum, vt licet res posteà tradatur per mandatarium donatario, nihil actum sit. Cæterum mandatum ad recipiendum datum à mandatario, si rem receperit, viuo donatario mandante, non finitur, licet decedat mandans, antequam ad se res perferatur. Ad primum membrum diuisionis spectant text. in l. cum patet 77. §. M. euio 6. de legat. 2. l. hoc iure 19. §. si quis 3. hoc tit. & in eleganti calu, text. in l. si ega 9. §. fides 1. de iure do-
tium, quem exposui lib. 2. Opusculor. sect. 3. cap. 1. num. 5.

Ad

Ad secundum verò pertinent text. in l. si sponsus s. in princip. l. sed interim 11. §. idem Marcellus 7. & §. si uxor 8. de donationib. intèr. Ratio differentia est prompta; quia mandans ad donandum; non donat, cum mandat, sed cum expletur mandatum; idcirco re integrà finitur morte, & reuocatione. Donatarius verò mandans ad recipiendum, statim re traditâ adquirit per procuratorem dominium; statim expletum mandatum est, ac mandatarius accepit, non indiget, vt ad se res perfatur. Licet mandans donatarius decedat, antequam res ad se perlata sit, non decedit re integra, sed potius post expletum, & consumatum mandatum. Ita Accurs. Clasfici, Amaya, & alijs proximo num. relati.

23 Postquam vidimus, non probari, donationem indigere acceptatione secundum ius Ciuile Romanorum, ex locis, quæ ad id probandum, communiter adducuntur; restat videre, an sit ullus, qui probet contrariam, quam defendi: nus sententiam. Expendo ad hoc intentum text. in l. si quis argentum 35. §. vlt. C. hoc tit. Postquam Iustinianus in §. sed si quidem antecedenti fuxerat, donationem necessitatē traditionis habere, efficacem esse, sola, nudaque promissione factam; tantoque magis hoc validitatum constituit in donationibus collatis in piis causis; ne alioquin donator impius existaret, & coelestes experiretur poenas. Sic concludit ad uniuersam suam decisionem. Resque donatas in omnibus supra dictis casibus, non solum eos, dum supersunt; sed etiam eorum successores reddere compelli: non tantum his, in quos donation facta est, sed etiam eorum heredibus. Eccè, ubi Imperator concludit, donationem implendam esse ab heredibus donatoris, ne anari audiant, vt dicit Antoninus in l. cum hic status 32. §. 1. de donat. inter. Et in persona heredum donatarij tam ab ipso donatore, quam ab ipsis heredibus: ergo semel emissa promissio ex caussa donationis, reuocari non potuit. Probatur consequētia: quia si posset reuocari, non esset modus, quo donatarius, vel eius

heredes cogere possent ad tradendum rem promissam donatorem. Sed cogitur per Iustinianum. Igitur, quia non potest mutare voluntatem suam in donatarij, vel heredum eius detrimentum. Constat ergo esse irreuocabilem. Ergo constat esse perfectam statim. Qui si non esset perfecta, quandiu imperfecta esset; & aliunde confirmationem expectaret, reuocari posset, d. l. cum hic status. §. 1. & 2. §. p[ro]enitentiam 3. de donat. inter. l. 3. §. vlt. cum l. seq. de adiunctis legat. Igitur ex quo non potest reuocari; constat statim perfectam esse. Eos, quibus persuasum est, constitutionem Iustiniani intelligendam esse, quando donator promisit nudo pacto, interueniente conuentione, & negotio ab utraque parte cōuento, parūm, aut nihil mouebit hic textus; quia dicent supponere plusquam acceptationem promissionis ex parte donatarij, cum exigat reciprocum consensum, que petit omnis conuentio, l. 1. de pact. l. 3. de pollicitat. Illis vero, quibus persuasimus, promissionem de donando non esse pactum, sed pollicitationem, videbitur, ut nobis est, fundamentum decretorum. Cum ex vi promissionis solius maneat firma, & irrefragabilis donatio heredibus, & contra heredes. Igitur statim perficitur in esse liberalitatis. Alio modo euadere poterit nostrum fundamentum, qui supponat, Iustinianum loqui, quando præsens est, & tacet donatarius; vel quando stipulatus fuit, & acceptauit tabellio nomine donatarij; quo modo illam decisionem accipiunt, Couarrub. 3. part. rubrice de testam. ex num. 13. maximè num. 19. in noniorib. editionib. & lib. 1. var. cap. 14. num. 17. Iulius Clarus, verbo donatio quest. 13. Molina de iustitia, & iure. tract. 2. disput. 264. versic. iuxta hancen dicta. Pater Sanchez d. lib. 1. de mattim. disput. 6. num. 5. & 6. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. ex num. 76. & ibi Addentes. Verum haec, & similia admittere non poterit, qui sincere verba textus supra relata accipere voluerit, quæ nec tacita, nec expressæ acceptationis faciunt mentionem; &

multo

multò minus nouitij commenti acceptantium tabellionum. Notemus verò differentiam inter promissiōnem factam priuato ex causa liberali, siue ex causa donationis; & pollicitationem factam Reipublicæ; quoad obligationem in heredes donatoris descendētem. Promissio facta priuato, vel pījs locis, ex causa liberalitatis obligat in solidum heredes donatoris, ut patet ex prædicta constitutione Iustiniani. Pollicitatio verò facta Reip. heredes pollicitant istenet in hunc modum; si extranei sint, vel opus perficere tenentur, vel quintam patrimonij, hereditatis partem præstare Reip. ut ipsa opus perficiat: si verò sint filii, tantum tenentur præstare decimam partem patrimonij defuncti, si renuant, opus perficere, l. roties 6. vbi extat exceptio, l. ex pollicitatione 9. l. si quis i. i. l. pen. depollittat. Quod ius singulare est, & hec inter se diuersa sunt, non contraria.

24. Disputant etiā an de iure Canonico acceptatio necessaria sit ad perfectionem donationis; pro terris, quæ in temporalibus hoc iure reguntur? Circa quam investigationem expendi solet text. in cap. si tibi 17. de prebendis, lib. 6. Decretal. Casus est. Episcopus ordinarius collator, contulit in absentem beneficium Ecclesiasticum. Quæritur de effectu huius collationis, seu institutionis, tam ex parte conferentis, id est Episcopi gratiōe, ut par est, beneficium absenti donantis; quam ex parte donatarij, seu collatarij? Et in primis ex parte collatarij respondet, illi non fuisse adquisitum ius in re, dominium beneficij, donec ratam haberit, donec acceptauerit collationem. Que est decisio ad litteram desumpta, ex l. absenti ro. hoc tit. Ex parte verò collatoris, interim dum pendet acceptatio, dum plenissimum effectum consequuta non fuit, respondet, Episcopum non posse mutare voluntatem, siue reuocare collationem, nisi prouisus de beneficio acceptare recusat. Cum verò duplex sit repudiatio altera expresa, altera tacita: expressa, quæ propria voluntate significatur: tacita

verò, quæ colligitur ex lapsu termini præstituto ad acceptandum: respondet consequèr Pontifex, si intra terminum præstitutum ad ratihabitionem, consensum suum non præbuerit prouisus, censeri beneficium repudiasce. Quia lapsus termini pro expressa repudiatione habetur, quānus sit tacita, l. Papinianus 8. §. vlt. de inoff. testam. l. si quis filium 34. in princ. C. eod. tit. dixi nupèr in aduersar. cap. 23. Ex quo rectissimè colligit Bonifacius VIII. quandū prouisus est in statu acceptandi, non posse collatorē in alium conferre beneficium. Hæc principia cum apprimè caluisserent Innocentius, & Hostiensis petierunt rationem ex iure nostro, commutantesque tractatum de donatione cum suo tractatu docuerunt, ideo Pontificem non potuisse pœnitere collationis à se factæ; quia perfecta donatio renocari nō potest, etiam ante acceptationem donotarij. Authores verò canonistar̄, quos refert Barbosa in collectaneis ad prædictum textum, eius doctrinam admittunt, vt necesse est in collationibus; sed cum mihi non liqueat de ratione differentiæ inter donationem, collationemque substineo ex hoc textu probari gratiam, donationem, aut collationem satis perfectā esse in esse liberalitatis, ex quo deliberatō animo à donante emissa sit, quānus à donatario non sit acceptata.

25 Restat, vt de iure nostro Hispano disquiramus. Quod à cōmuni Romanorum non differre constabit ex l. 4. tit. 4. part. 5. Ponit quatuor donationum species. Prima puræ, & simplicis donationis est. Secunda, donationis sub conditione factæ. Tertia, quæ est subdūsio primæ, collatæ protinus in presentem. Quarta, quod est alterum membrum subdistinctionis, quando absens in absentem conferre vult donationem. De qua sic loquitur: *Cá est once no la puede facer, si non por carta, ó por mensajero cierto, en que lo embie á decir señalada mente, lo que da.* Eccè textus in l. absenti 10. hoc tit. & in l. nec ambigi 6. C. eod. tit. Occasione huius versic. disputat

tat latè Gregor. glossa prima 1. de acceptatione ; & per prædicta verba concludit, imò pro comperto supponit, donationem indigere acceptatione. Ego tamen non sum adeò subtilis, vt aliquid verbum, quod acceptationem denonet, possim odorari. Deindè regreditur Alphonsus Sapiens ad primam speciem donationis, & sic ait: *E quando la donacion es fecha simplemente por carta, o por palabra, mas no es aun entregado aquel, à quien la facen, tenido es de cumplirla aquel que la face, o sus herederos.* En text: in d. I. si quis argentum. 35. §. vlt. infine C. hoc tit. vt notat Gregor. gloss. 2. & 3. Nihil Alphonsus decidit, nec enuntiat de acceptatione; & tamèn promissionem efficacem esse dicit: ergò quia ad perfectionem donatiōnis non requisiuit acceptationē. Dices, ideò nō requisisti acceptationē in hoc casu, quia præsētes ambo erāt donator, & donarius, iuxta illa verba: *la tercera, quando son presentes en un logar el que da, è el q' recibe la donaciō.* Quare ex præsentia deduces tacitam acceptationem. Verum nec sic euertere licet planum, verumque sensum prædictorum verborum: primo, quia non referuntur tantum ad illum casum, sed ad pri'num, ibi: *la primera quando es fecha sin ninguna condicion.* Quæ verba reasumit clausula nuper transcripta: quare præsentia in loco magis denotat simultaneam residentiam in eadem vrbe, vel opido, quam in eodem congressu. Secundò, quia stat optime, vt simùl cōgrediantur donator donariusque, & nihilominus donarius acceptare non possit donationem; veluti si sit infans, mente captus, furiosus, & nihilominus donans non potest mutare voluntatem, semel promissione emissâ de donando. Igitur obligatio hæc contrà donatorem non oritur ex tacita vel expressa acceptatione donatarij; sed ex eius simplici promissione liberali; quæ ex se efficax est ad obligandum.

26 Postquam Regnicolæ decepti verbis nuper expositis, supponunt magis, quæ n̄ docent, de iure Partitarum donationei ad sui perfectionem requirere

ac-

acceptatioēn, pergunt quærere, an post legem ordinā-
menti Alphonsi XI. quæ est. l. 3. tit. 8. lib. 3. & hodiè
extat in l. 2. tit. 16. lib. 5. Compilat. illam requirat. Du-
biū illis faciunt sequentia verba: Pareciendo, que uno
se quisō obligar à otro, por promission, ó por algun contrato, ó
en otra manera, sea senido de cumplir aquello, à que se obligó:
é no pueda poner excepcion, que non fue hecha estipulacion, que
quiere decir prometimiento con cierta solemnidad de dere-
cho, ó que fue hecho el contrato entre absentes. &c. Dicunt
enim Gregor. in d. l. 4. glosa 1. versic. sed an hodie. Mo-
lina lib. 4. de primog. cap. 2. ex num. 60. hanc legem non
pertinere ad donationes, sed ad contractus, promissio-
nesque factas sine solennitate, quas firmas esse statuit
Alphonsus XI. In contraria tamen opinione sunt Couarr. lib. 1. variar. cap. 14. num. 13. & plurimi, quos re-
ferunt addentes ad Molinam d. lib. 4. cap. 2. ex num. 58.
Quam tutissimam in praxi reputat Dom. Larrea deciss.
Granatensi s 1. ex num. 2. ¶ 15. nempe ex d. l. regia ne-
cessariam non esse acceptationem ad perfectionem do-
nationis, & vt irrevocabilis sit. Quæ sententia mihi
placet, quāuis inter utramque communem opinionē
diversam concordiam excogitare maluerit nuper Dida-
cus Ibañez de Faria in additionibus ad Couarr. ubi proximè.
Non equidèm sententiam hanc sequor, quatenus docet
d. legem Ordinamenti derogare legi Septem partitæ:
multò enim verius est illo iure non requiri acceptatio-
nem, vt perfecta doctio sit. Sequor tamen prædictam
sententiam, quia rectè docet attenta lege Ordinamenti
frustra de acceptatione queri circa donationes. Quod
sanè ex præcitatibus verbis facilius probatur. Primo,
quia lex efficaces facit promissiones, & contractus, tā-
quām actus diuersi ordinis, vt patet ex illis verbis, por
promission, ó por algun contrato: si enim promissio in
præsenti contractum significaret, superfluo poneretur,
ó por algun contrato. Sed promissio, que non facit con-
tractum, est pollicitatio ex causa liberali siue priuato,
siue

sive Republicę facta. Igitur tam efficax est promissio liberalis, quam quilibet alius contractus. Rursus talis promissio non minus valet facta præsenti à præsente, quam facta absenti. Sed quando sit præsenti, & tacenti ferè omnes communi consensu docent, efficacem esse propter presumptam tacitè approbationem, & acceptationem. Igitur cum circa absentem talis acceptatio præsumi non posit, consequens est, ut sine acceptatione tacita, aut expressa efficax obligatio nascatur ex vi scilicet promissionis. Tandem, in eadem lege distinguitur promissio facta tertio nomine absentis à promissione facta absenti non interposita tertia persona; & iubetur utramque valere, & esse efficacem ad agendum: ibi, *o que fue hecha à otra persona priuada en nombre de otros entre ausentes.* Ecce ubi tam in hoc casu tertij int erpositi, quam in primo factæ promissionis simplicitè absenti, efficax est promissio. Igitur præter ipsam nihil aliud requiritur, ut maneat obligatus, qui promisit ex quacumque causa, siue gratuita sit, siue onerosa, nam omnes comprehendunt predicta noua sanctio. Scio D. Valenzuelam 2. tomo, conf. 119. à princ. Et ex num. 33. 127. 155. latissime defendere etiam post hanc legem donationem requirere acceptationem; & anniti fundamentis contrarijs satisfacere; verum quia nostra fundamenta non attigit, eius authoritas, quantumuis apud omnes Iurisperitos maxima esse debeat, parum nos mouet. Eandem etiam contrariam opinionem sequitur Illustrissimus D. Tapia 2. tomo Cathenæ moralis lib. 5. quæst. 15. art. 2. cæterum pro instituto a deo breuitè, ut eius rationibus non sit necesse respondere. Possimus opinionis nostræ asseclas, quam plurimos laudare, sed labore hoc nos relevant Ibañez de Faria ad Conarr. ubi proximè, Hermosilla ad Gregor. in d. l. 4. tit. 4. p. 5. glossa 1. Aillon Lainez in additionib. ad Ant. Gotmez 2. tomo variar. cap. 4. num. 3. sibi num. 4. Quibus curæ est sedulam operam nauare in cōducendis Auctoribus.

27 Ex tam latè discussis, apparet secundum ius naturale, siue secundum naturam rei donationem non indigere acceptatione, ut perfecta sit in esse liberalitatis, nec posse reuocari, quandiu donatarius illam non repudiauerit, aut refutauerit. Non etiam illam requirere ex iure ciuili Romanorum; neque ex canonico, neque ex iure regio. Vnde necessario concluditur, sine acceptatione omni iure validam esse, & commen- titiam, ne dicam falsam, esse, communissimam opinionem, quæ increbuit de necessitate acceptationis in donatione, quam totis viribus defendit doctissimus Pater Sanchez d.lib. de matrim. cap. 6. Noguerol allegat. 22. ex num. 6. & allegat. 26. num. 133. Non verò ea ambitio, aut fiducia mihi est, vt existimem, posse me legem praescribere Tribunalibus, normamque, aut formam dare iudicibus, secundum quam sententias dicant, sed neq; illa abiectione est, aut deiectione animi, vt metuam discipulos meos docere, quid verius in iuris studio censem; vt sciant veritatem indagare ex ipsis iuris ciuilis fontibus, rationeque naturali, & à multitudine non seduci. Pulchrè Seneca lib. de vita beat. cap. 1. Nulla res nos maioribus malis implicat, quam quod ad rumorem componimur: optima rati ea, quæ magno absentia recepta sunt, quoramque exempla nobis multa sunt: nec ad rationem, sed ad similitus dinem viuimus. Inde illa tanta coaceruatio aliorum super alios ruentium. Illud denique admonebo legem ciuilem posse statuere, ne alias donatio valeat, nec perfecta sit in esse liberalitatis, quam si acceptatio sublequatur: quem admodum enim lex modum potest liberalitati ponere, quem non excedat, vt posuit Lex Cincia, vel vt siat speciali quadam forma, vt Constantinus, & sequentes Principes fecerunt de iniunctione cauentes, sic poterit praescribere pro forma liberalitati, vt talis non sit, nec robur habeat, quandiu donatarius non acceptauerit, subsunt enim legi ciuili actus hominum, quamuis deuient à suo esse naturali. Ideo reprobanda non est lex

Fran-

Franciæ, & Lusitaniæ, quæ exigunt acceptationem ad perfectionem donationis, ut tradunt Couarr. *in rub. de iustam. 3. p. num. 17.* Molina *d. disp. 263.* Sed ubi talis lex non reperitur, et si articulus hic omisssus sit, stando, ut debemus, rationi naturali, non est permitendum donatori, neque eius heredibus, ut pendente acceptatione donatarij, vel heredum eius, reuocet pro libitu donationem consultò, & deliberato animo à se factam. Quæ de hac inspectione dixisse sufficiat.

CAPVT VII.

De Donatione pro vim extorta, sive incipiat à traditione, sive à promissione.

I P ERSEVERAMVS adhuc in consecutariis deducendis ex nostra diffinitione: ex eo enim quod donatio sit *liberalis datio*, etiā deducitur, donationem, exactionemque ex ea causia per vim extortam nullius esse momenti. *Quod probabimus, licet accurata probatione non egeat.* Liberalis ex dupli principio originem dicit; nempe ex vero iudicio, & ex honesta benevolentia. Valerio Maximo teste *lib. 4. cap. 8.* Sed qui coactus donat, neque deliberato iudicio vtitur; neque benè, aut honestè vult donare. Ergo coactus non exercer liberalitatem, nec donat. Deinde motivum donationis debet esse, munificentiam exercere, *l. 1. hoc tit.* Sed coactus non exercet munificantiam. Ergo a coacto donare, non fit donatio. Deinde liberalitas summa

petit libertatē, vt actus eius exerceantur : quantō enim
minus habet libertatis , habet etiam minus liberalita-
tis, qui eam exercet. *l. donari* 29. *hoc tit.* Sed necessitas
duplex est, altera iuris , qua tenemur obtemperare legi-
bus, & implere contractus, aut obligationibus satisfa-
cere, quibus volētes innodati fuimus. *l. sic ut s.* *C. de obli-
gat. & action.* Altera facti , per quam vi externa adigi-
mūr ad dandum, velfaciendum: quæ licet seruos nos
non faciat, infringit voluntatem, & actus libertatis im-
pedit. *l. libertas* 4. *de statu homin.* *§. libertas inst.* *de iure perso-
nar.* *l. 2. de homine libero exhib.* Igitur vt obligatio, &
iuriis necessitas facit cœlare donationē ; quia ubi est obli-
gatio, non est donatio, ita ubi est vis, & violentia, quæ
facti necessitatē inducit , donatio esse non poterit.
Vtramque necessitatē videtur mihi spectare Consul-
tus, in *l. rem legatum* 18. *de adimendis legat.* illis verbis. *In
necessitatibus nemo liberalis existit.* Expendite verbum *in
necessitatibus,* quod comprehendit plures, quam unam
necessitatis speciem. Denique, qui extorquet rem per
metum, aut vim; quanvis excutiat potius, quam aufe-
rat, vel rapiat, concusione facit, & qualis rapinam,
l. 1. & 2. de concusione. Sed ridiculum esset exillimare,
donationem , quæ efficit actum liberalitatis, & ex qua
illa virtus generatur, vt dixi *suprà cap. 1.* aliquid habere
commune cum delicto, aut rapina alterius. Ergo eā-
dem notā dignum esset dicere, cum, qui vim, concus-
sionem, aut rapinam patitur, donare, & liberalitatem
exercere. Neque vim argumenti effugietis, si dixeritis;
concusione propriè referri ad improbos magistratus,
qui iniuxi officij, quod gerunt, potestate, à subditis
res, pecuniasve extorquent, *l. illicitas* 6. *§. illicitate of-
ficio pr. cœsidis.* Non vero ad priuatos, in quibus metui nō
solet potentatus , aut tanta ratio excutiendi ceteros
priuatos. Non, inquam, hæc consideratio enerat no-
strum fundamentum ; quia licet concederemus, non
dari in priuatis concusione, de quo nunc agere mini-
mè

mē est necesse; tamē in priuatis potest dari, & de facto quotidie datur, violentia; comminatio; excusio. Quæ omnia adhibentur præciōre vi, quām concussio facta à magistratu. Illa enim apertior, & atrocior est; hæc verò occultior, & maiori cum circumspectione, & arte solet adhiberi, ne traluceat, & vt tutius, diutinsque exerceatur. Illa magis involuntariorum causat, quia atrociter adhibetur; hæc verò minùs habet involuntarij; penè rogans, blando vis latet imperio, vt alibi ait Poëta, & notat Osuald. ad Donell. lib. 15. cap. 40. sibi 39. per totum. Sedvis, quæ concussioni inest, sufficit ad illidēdā rationem donationis, vt dicebam, igitur multo magis sufficiet ad idem, apertior vis, & violentia atrocior.

2 Ex qua doctrina exponendus est text. Pomponij in l. ex ea 7. de conditione obturpem caussam. Brevis est littera, ideo eam refero. Ex ea stipulatione, quæ per vim extorta esset, si exacta esset pecunia, repetitionem esse constat. Nota vim fuisse adhibitā actui stipulandi, & promittendi: nota etiā, Pomponiū dicere exactā fuisse pecuniam. Videamus, quid sit exigere, vt intelligamus calū; & in quo differant exigere, & solvere. Exigere ex persona creditoris accipitur; soluere ex persona debitoris: si enim petitione judiciali, vel extrajudiciali intendit actor petens quod sibi debetur, exactio appellatur; quod si debitor ipse obtulerit pecuniam, dederitque creditori suo, solutio dicitur. Quos actus inter se differre substantialiter, probat dissētē textus in Lypupillus 24. que in fraud. credit. Vbi solutio facta in fraudem priorum creditorum à debitore ipso reuocatur; quod si creditores vigilantes exegerunt sibi pecuniam à debitore, non reuocatur exactio. De cuius decisione ad actum practicū videndi sunt cum multis Flores de Mena lib. 1. practicar. quest. 6. Carleual 2. tom. de iudicij tit. 3. disp. 22. Noguerol allegat. 7. art. 1. per tot. D. Salgadus in Labyrint. creditor. 15 p. cap. 10. ex num. 64. & 3. p. cap. 14. ferè per totum, & eum literaliter exposuit lib. 3. Opus. ad lib. sing.

qq. Scœuole publicè tractatarum. Ex quo cum dictarem excepitoribus meis diebus feriatis anno 1652. Scholia quædam ad pragmat. reformationis, & reprobationes monetarum, quæsiui, utrum annullandæ essent ex actiones pecuniarum debitatum, quæ sunt intra duos, quatuordecim, aut quatuor dies ante promulgationem pragmaticarum, in quibus reprobantur solutiones factæ à debitoribus? Et resolui, exactiones minimè in prædictis verbis pragmaticarum contineri: primo quia aliud est exactio, aliud solutio; & inter ambas specifica versatur differentia; sed verba pragmaticarum de solutionibus sonant, ibi: pagas, non de exactiōibus, quas vulgo cobranças appellamus. Igitur de exactiōibus intelligentia non sunt. Deinde: quia alia ratio est solutionum, alia exactiōnum; in solutionibus enim metuimus dolū, & malitiam eius, qui sponte soluit, quod alioquin non solueret; nisi sciret monetam minuendam, vel reprobandam esse: quam esse pragmaticarum rationem expressè testantur, & protestantur earum editiones, ibi: *I para escusar los fraude, que suelen hazerse pagando deudas, y redimiendo censos, suponiendo depositos, y por otros muchos modos, ordeno &c.* Quæ quidem fraudes in ex. actionibus, quæ à voluntate creditoris incipiunt, metuimus non potest: quia de illo decipiendo non cogitat debitor, qui habet necesse soluere, si creditor petat, vt inquit Cumanus in d. l. pupillus 24. Sed iniquum est, vt contra mentem legis verba eius extendamus ad casum dissimilem, vt elegantibus verbis docuit Bald. in l. contra legem 29. de legib. de quo myrothecio, seu brocardo multa adducit Aug. Barboſa axiomate 179. & alij huius mercis institores, quæ etiā prostat apud nostrum A mayam in apologia pro collegio Cocheni ex num. 10. Igitur immēritò prædicta verba ad solutiones extenderemus. Diceret forsitan aliquis, debitorum quæcumuis pulsatum à creditore, non debuisse illi soluere, sed commonefacere de periculo reformationis, aut reprobationis monetæ; quod si non fecerit, in

in aliqua fraude esse, quæ debeat puniri nullitare solutionis. Verum negamus hanc obligationem ex parte debitoris interuenire; quanuis ipse sciat, & creditor ignoret periculum reprobationis, tam in foro interiori, quam in externo, ut late fundat Doctor Aingus de Espuela in lib. vulgari idiomatico scripto, cui titulus *Resolutions Morales a las dudas mas communes*, sobre la prematica de baja de moneda, del año de 1642. resolut. 4. per tot. vbi doctrinam hanc solidè fundat. Igitur neque ex hoc capite annullanda est exactio. Terrio fundatur, quia contractus emp-tionis, & venditionis, mutui, & similes non annullantur, si sicut, statim numerata pecunia, quia contrahuntur ex partium conuentione, siue ex reciproca voluntate, ut dicunt pragmaticæ: Sed in exactioribus concurredit utriusque voluntas, scilicet creditoris potentis, & debitoris soluentis. Igitur quod dicitur de contractibus, debet dici de ex actionibus: quia eadem ratio militat, argumento, ex l. illud 32. cum similib. ad l. Aquil. Non obstant verba pragmaticarum, ibi: Ordeno, y mando, que las pagas, redempciones de censos, depositos, y otros qualesquier actos, y pagas, q̄ se vbiieren hecho dentro de tantos dias, sean nulas, y de ningun valor, ni efecto. Ex quo concludunt in distincte omnes solutiones comprehendendi: quia qui totum dicit, nihil excludit, l. hoc articulo. 29. de heretib. inst. l. pœnales 32. §. vlt. ad l. Falc. & quia vtilex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio 8. de publician. Non, inquam, obstant, quia si attentè inspiciamus prædicta verba, potius opinionem nostram suadent, fūdantque cum semper repetant verbum pagas, ibi: Yotros actos de pagas, quod relatiuum repetit semper qualitatē si nūiam, ut pro explicatione, l. vlt. tit. 1. lib. 5. comp. di-xi lib. 7. opusc. cap. 4. num. 25. & 26. Cum vero pragmaticæ disponant circa solutiones, oblationes, & deposita, quæ ortum habet ex voluntate debitoris, & plerūque ex eius malitia, cum velit soluere importuno tempore creditori, quod ipsi debet, & postea adjiciat, y otros actos

altos de pagas, necesse est, ut illa verba ad solutiones fraudulentas, siue quae tales presumuntur a lege, referantur; non vero ad exactiones, in quibus neque fraus est, neque presumi debet ex parte debitoris. Quam resolutionem contulic cum quodam ex primoribus Hispaniæ sapientibus, qui tunc supremo assidebat consilio, eamque probauit, immo mirificè laudauit, & secundum illam in Pinciana Chancellaria iudicari, nuper audiui.

3 Iterum repetamus nostrum textum in l. ex*ca stipulatione 7. de condic. ob turp. caus.* in qua Pomponius docet, repetitionis locum esse, si exacta esset pecunia ex illa stipulatione, quæ per vim extorta fuit. Illa verba; si exacta esset pecunia, rectè interpretatur Accurs. per vim, ut eadem violentia, quæ interuenit in stipulando, interuenisset etiam in exigendo. Bart. non aquiescit Accursio, nec plerique ex classicis, quibus assentimur, Don. lib. 15. com. cap. 39. & Fab. in ratione. Existimantes etiam recte, non esse necesse, ut vis duret, vel denuò fiat in actu ipso exactio*nis*, si modo causa metus duret, qui stipulationi originem dedit, quæ etiam doctrina communis, & vera est, eam vero amplector, si potestatem verbi exacti adstrictè retineamus, idest vel à creditore extortam extra iudicium, vel in iudicio petitæ, quod in reum invitum redditur, ut dicitur, in l. interstipulatorem 83. vers. Stichum de V. O. Quod si reus ipse, qui per vim promisit, sponte, & à creditore non pulsatus soluerit, minimè dicendum est, ipsum posse repeteret, quod voluntariè soluit, quia per voluntariam solutionem sublata fuit turpis præcedens causâ violentiæ, quæ promissione intercessit, quare donas se censetur spontaneus solutor, l. si ob turpem 8. eod. tit. de condic. ob turp. caus. l. cum te 2. C. de his, que vi. Quæ donationis causâ semper in eo presumitur, qui sciens soluit, quod posset, si vellet, retinere, vel quia non debebat, vel quia exceptione perpetua se poterat tueri, l. 1. de condic. in deb. l. Campanus 47. de oper. libert. l. cuius per errorem 53. de R. I.

Quo

Quo manet reiecta solutio Fachinęi lib. 10. controuers. cap. 16. licet eum sequatur Pichard. noster in §. item actio 27. num. 26. de action. Quæ de donatione per violētiā extorcta di xis sit satis, vt accedamus ad stipulationē per vim celebratam ex causia donationis, quæ per alia principia regulanda erit, ac donatio vera, & perfecta, siue quam dicimus, à traditione incipere.

Vtrūm stipulatio vel promissio ex causa liberalitatis facta per vim, ipso iure sit nulla, an rescindenda sit ope exceptionis, ingens inter Auctores controuersia est. Quam, vt sine apparatu disputationis decidam, sciendum est, quod dixi *suprà cap. 5.* hanc stipulationem esse contractum, cui causam dat liberalitas; loquamur secundum terminos nouae constitutionis Iustiniani *in L. si quis argentum 35. §. sed si quidem 5. C. hoc tit.* dicemus esse promissionem nudam ex eadem causa liberalitatis. In contractu duo respicimus, scilicet causam, & formam. Causa est ratio, propter quam contrahimus: forma est verborum conceptio; vel instrumenti confectio, quæ constat contractus. Non obligamur in contractibus stricti juris, int̄er quos donationis stipulatio numeratur, *l. eum qui 22. hoc tit.* ex causa, sed ex forma, aut ex formalitate stipulationis, licet parata sit exceptio promittenti, si causa improba sit, vel si nulla sit, *l. 2. §. circā de dolimali, metusque exceptione, l. si stipuler 35. de verb. obligat.* In summa, causa iustificat contractum secundum ius naturale, & ipsius æquitatem: forma vero efficit, vt mero iure producat actionem, licet inefficacem, & exceptione elidendā. Totus hic discursus probatur, *ex d. l. si ob turpem 8. de condit. ob turpem caus.* Proponit Paulus ex turpi causa promissiōne aliquem Titio. Quærit, si agat Titius ex hac stipulatione, an efficaciter experiatur? negat Consultus; quia summoueri potest exceptione doli, vel exceptione in factum, si persona sit, cui reuerentia debetur. Deinde quærit, quid dicendum sit, si promissor soluerit?

rit? Scilicet volens, & agnoscens turpitudinem, quæ versabatur in stipulatione. Docet, soluentem repeterere non posse. Quoniam sublatâ proximâ causâ stipulationis, quæ propter exceptionem inanis esset, pristina, id est, turpitudo supereriset. Notemus verba Pauli, proximam causam appellavit stipulationem ipsam; quia ex hac causa nascitur obligatio. Pristinam vero causam appellavit rationem, propter quam contractus gestus fuit, & quia haec ratio, aut causa contrahendi turpis fuit, appellat eam turpitudinem. Dicamus sic: ratio ob quam contrahitur, appellatur causa contractus: contractus ipse appellatur causa obligationis, & actionis. Quæ gradatim ex contractu oriuntur, & procedunt, l. licet 43. §. ea obligatio de procurator. Similis phrasis extat in l. cum is 32. §. si mulier. al. si mater. de conditione indebit. Causa proxima actionis etiam dicitur. in l. cum de hoc 27. de exceptione rei iudicata, vt obseruant Cujacius, & Faber. Hic valde digladiantur Interpretes, an loquatur Paulus de turpitudine ex vtraque parte interueniente; an ex parte tantum stipulatoris, quæ est communis rixa inter Classicos, Cujacium, Fabrum, Donell. lib. 12. Comment. cap. 21. versic. penult. & lib. 14. cap. 25. Fachi-næum d. lib. 10. controvers. cap. 16. V Vesembe K: ad d. tit. num. 4. Pichard. nostrum in §. quod si ex turpi, num. ult. inst. de in utilib. stipular. Ego nihil addo, vel detraho textibus: sententia est, soluentem non posse repeterere; si vero non soluerit, posse se exceptione tueri. Ratio est, quia tollitur, insuper habetur contractus, ex quo nata actio per exceptionem elidi posset; quarè contractus, non est causa, quæ inhiberet repetitionem: causa enim, aduersus quam parata est iusta exceptio, & ab æquitate naturali non abhorrens, non impedit repetitionem, l. qui exceptionem 40. de condit. indeb. Turpitudo autem supereriset, quæ posset esse iusta causa denegandi repetitionem, si ex vtraque parte interueniret, vt dicitur in versic. porro, hic non est iusta causa, quia voluntaria solu-

solutione sublata fuit, quæ alioquin superesset. Igitur non manet solutum ex contractu, neque ex turpitudine; sed ex noua, & denuò ex oriente causa liberalitatis, ex qua dare videretur, qui scilicet se posse exceptione vti, nihilominus soluit, ut dixi.

Ex his ergo apparet, si per vim extorta sit stipulatio, prætensæ causæ liberalitatis; aliter censendum est de contractu ipso, aliter de causa. Causa tamen non est iusta, neque est causa liberalitatis, sed violentiæ; quarè obligatio inde orta iniusta est, & per exceptionem elidenda. Contractus verò validus, & efficax est ad producendam inefficacem actionem. Igitur mero iure nascitur actio, quæ per exceptionem eliditur. Siue quod idem est, promissio non est nulla ipso iure, sed annulanda, aut, ut nos loquimur, rescindenda. Quæ consequentia probatur *ex l. si donationis 7. l. vlt. C. de his quæ vi, in quibus contractus donationis, id est stipulatio ex causa donationis celebrata, per vim, & violentiam rescinditur à Prætore ex æquitate editi, de qua in illo titulo, qui continet prætoriam restitutio-*ne. Sed ad hanc æquitatem non est necesse recurrere, quādo nullus est contractus ipso iure, *l. in caus. se 16. de minorib.* Ergo talis promissio non est nulla ipso iure. Coincidit hic modus disputandi cum doctrina Angelici Magistri 2.2. quest: 89. art: 7. ad 3. Vbi resoluta promissionem factam homini per vim, vallatamque iuramento, quoad Deum obligare, donec ab Ecclesia relaxetur, de quo agunt Canonistæ *in cap. 2. de iure iur.* licet non obliget quoad homines propter coactionem, licet humana obligatio propter vim inefficax sit. Non decidit Sanctus Doctor, quomodo destinat obligare, an per exceptionem, an ipso iure: quia ad effectum non debendi intèr vtrumque modum nulla est differentia, *l. Marcellus 60. de reg. iur.* Sed tamen inter vtramque formalitatem distinguit, quia iuramentum est, & quæ est promissio homini facta: sic nos di-

stinguimus, int̄er causam, quam iniustam dicimus, & int̄er contractum, quem in suo genere perfectum appellamus.

6. Ex quo etiam appareat, qui ex causa liberalitatis per vim promisit, in foro interiori, exteriori que non debere: cæterum si soluat cessante causa metus, nullaque denuò vi interueniente, repeteret nō posse: quia substulit sua sponte turpitudinem, siue iniustiam præcedentis causæ, & donare voluit, arg. ex l. si quis delegauerit 12. de nouationib. Ergò tunc in utroque foro licet donatarius retinere poterit promissum, & voluntariè prorsus solutum, vt deciditur apud Nos in l. 28. tit. 11. Part. 5. quam Gregor. ibi, & Molina de iust. Giure tract. 2. disp. 267. iuste taxant, quatenus dicit, promissionem metu factam invalidam esse, quantum uis iuramento firmetur: quia est verum, iuramentum tenere iurantem, donec ab Ecclesia relaxetur, vt nupèr diximus cum D. Thoma. Non debere dixi, qui ex causa donationis pronisit per metum: quæ verba relata ad forum internam, significant in conscientia non teneri soluere, relata vero ad forum exterius, in quo respicimus modum procedendi iurisdictionaliter, significant, causam iustificatiūm contractus improbabilem, quam index comprobare non debet; contractum verò ipsum independenter à causa producere actionem, quæ rescindatur per exceptionem, quæ elidatur oppolita exceptione: & esse rescindendum à Prætore, quia me ro iure tenuit. Modus procedendi non fuit iure naturali introductus, sed vigilijs Prudentum excoigitatus. Quare debere, vel non debere spectat ad ius naturale, procedi verò iudicialiter sic, vel sic, perciinet, refertur ad ius positivum. Igitur si à nobis queratur, virum promissio liberalis obliget secundū ius naturale, quod petit, vt fides præstata impleatur, respondebo, non obligare: quia est indignus, vt sibi præstetur fides, qui per violentiam illam extortis promissionem ab invito, vt do.

docet Angelicus Præceptor *vbi suprà*. Si verò quæratur, an rescindenda sit promissio, vel illidenda in hoc foro iurisdictionali, dicam esse illidendam. Et sic componam ingentem controverson, quam cum Sanctio agitauit Primarius noster Basilius Legionensis lib. 4. de matrim. cap. 6. Contendens, nullam esse liberalitatem, quæ metu extorquetur, quod Nos minimè negamus; sed afferimus contractum celebratum ex illa iniusta, aut nulla causa, tenere, & actionem producere mero iure. Cui accedere videtur, Cabreros de metu lib. 2. cap. 3. num. 31. dum docet, neque effectum, neque subsistentiam habere posse: quod intelligo, quoad iustitiam debendi. Ego verò sincerius sequor patrem Sanchez lib. 4. de matrim. disput. 8. num. 4. qui dicitissime, & quam plurimis adductis fundat, quam defendimus sententiam, alios etiam nupèr adduxit tam pro nostra, quam pro contraria sententia diligenter simus pater Antoninus Diana tomo. 8. resolut. moral. tract. 6. resolut. 129.

CAPVT VIII.

De errore, dolo, & dubietate animi in donando.

ADHVC sissimus, consimilusque in eorum de verbo *liberalitas* nostræ definitionis. Virtus est, que fit habitus mentis per actus humanos eiusdem speciei. Igitur donatio debet fieri deliberate, perfecto sensu, integroque iudicio. Quod iudicium desideratur, in illis, qui deliberate non donant, ut considerat pater Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 267. Igitur in primis, qui errant, non donant. Quæ consequentia ex-

pressè probatur ex l. 1. de condic. indeb. l. Campanus 47. de
 operis libert. l. cuius per errorem 53. de regul. iur. Exemplum
 defumitur facile ex l. qui alienum 14. hoc tit. vbi qui alienum
 agrum excolit, arat, occat, donationis causia,
 sciens alienum esse; non repetit impensas, qui à dona-
 uit: pone, ignorantem excoluisse fundum, cum bona
 præsertim fide; proculdubio repetet, l. si domino 36. §.
 vlt. cum duab. seqq. de petit. hered. cum similib. l. in fundo 38.
 deret vindicat. Quod ad personas extenditur, vt patet ex
 textu Vlpiani lib. 7. disput. relato in l. qui mihi donatum
 13. hoc eod. tit. Qui valde vexatus est, idcirkò cum aliqua
 cura illum exponemus. Quidam mihi donare volebat;
 id est affectum donandi versùs me habebat; & vt mihi
 soli res ex causâ donationis adquireretur. Servus rem
 traditâ accepit, sed cū cōmuniis esset mihi, & Titio, vel
 sic accepit, quasi socio meo totâ rem adquisitus; vel
 sic, tanquam vtrique adquisitus: in summa non fuit
 concors animus serui cū animo mei donatoris: dona-
 tor mihi soli donari volebat; servus volebat adquirere
 rem donatam socio, vel vtrique: in quo vel in to-
 tum, vel pro parte deficiebat à voluntate donatoris. Quærebatur, quid ageretur? inquirit Vlpianus;
 id est, an voluntas peruersa serui efficeret, vt donatio
 velia totum, vel pro parte corrueret? Et placet, quanvis
 servus hac mente acceperit, vt socio meo, vel mihi, & socio ad-
 quirat, mihi tamè adquiri. Id est factum, existimationem
 serui non obesse donationi, neque adquisitioni; quæ per
 voluntatem donatoris regitur, & regulatur. Quam de-
 ciliōnem firmat, confirmatque; Vlpianus: hoc exem-
 plio: Nam et si procuratori meo hoc animo rem tradiderit dona-
 tor, vt mihi adquirat; ille quasi sibi adquisitus acceperit: ni-
 hil agit in sua persona, sed mihi adquirit. Eccè idem dicit de
 procuratore, ac de seruo communī dixerat.
 202. Certū est, servū cōmuniē nominatim stipulando,
 & multò melius per traditionem accipiendo vni ex do-
 minis, ei soli adquirere, l. per servum 37. §. sicut 3. de
 ad-

adquir. rer. dominio, l. servus communis s. de stipulatione ser-
uor. Sed quod Vlpianus dixit, domino, cui res tradita
fuit seruo communi, in solidum adquiri ei, cui, siue cu-
ius contemplatione tradita fuit, licet contrarium ani-
mum habeat servus, adeo certum non videtur, ut Iulia-
nus expressè videatur dissentire in d. l. per servum 37. §.
quod si unius 4. verba sunt: Quod si unius servus, per tradi-
tionem accipiendo, se accipere dixit domino, & Titio, partem do-
mino acquiret, in partenihil ager. Postea in §. vlt. eandem
versat quæstionem; & ita inquit in utroque casu serui
communis, & procuratoris, quā versauerat Vlpianus:
Si cum mihi donare velles, iusserim te seruo communi meo, &
Titij rem tradere, isque hac mente acceperit, vt rem Titij face-
ret, nihil agetur. Nam, & si procuratori meo rem tradideris,
vt meam faceres, isque hac mente acceperit, vt suam faceret, ni-
hil agetur. Quod si servus communis hac mente acceperit, vt
suam faceret, in parte alteria s. domini nihil agetur. Quam ex-
pressam antinomiam esse dixit, & persuadere voluit
anxiè noster Valentia, reiectis aliorum solutionibus,
in epistolicis ad Antonium Fabrum epist. 5. exercit. 9. postea
aliam viam ingressus fuit lib. 1. illustr. tract. 2. cap. 13.
ex num. 5. multas etiam solutiones refert Nicolaus Ge-
noa in lib. legum conciliatar. ad hos textus. In quibus refe-
rendis, refellendisque tempus consumere, vanum, &
inutile semper reputauit. Dicam ergo, quid excogita-
uerim, sine melius sentientium præiudicio,

3 Existimo ergo diuersam esse speciem, quam
versat Vlpianus, ab specie, de qua tractauit Julianus; quod
colligo ex verbis utriusque loci. Vlpianus enim sic ait:
servus vel sic accepit, quasi socio adquisitus. Julianus vero
ait: Isque hac mente acceperit, vt rem Titij faceret, & infra
quod si servus communis hac mente acceperit, vt duorum domi-
norum faceret. Vlpiani verba, quasi socio adquisitus de-
notant intentum serui, quod habuit, adquirendi utri-
que, sed non denotant mentem animumque ex propo-
sito non obediendi donatori; faciendi contraria voluntas

tēm donatoris. Iuliani autem verba: eamente: denotant determinatam voluntatē serui contrā propositum donatoris. In primo casu non datur repugnātia, nec inobedientia ex parte serui, vel procuratoris; quae datur in secūndo casu. Dicam apertius; in primo casu est error ex parte serui, qui rem sine malo animo accepit, tanquam utriusque vel tanquam alteri i domino adquisitus; cum in hoc ei à donatore traderetur, vt mihi soli adquireret: quae est energia illius verbi, tanquam adquisitus. In secūndo vero casu fuit proteruia, malitia, & mens non exequendi mandatum: & hoc significatur per illud verbum, e. a. mente. Erroneam ergo voluntatem serui, aut procuratoris potuit ius dirigere, & ad rectitudinem redigere per voluntatem donatoris, & donatarij; vt sic ad quiret mihi, cui donator adquisitum volebat. Proteruia vero voluntarē, scū noluntatē, non potuit ius moderari: quia adquisitio non peragitur, nollente seruo, vel procuratore domino adquirere, l. 1. §. hec quæ de seruis. de adquir. poss. l. cū proponas 3. C. de hered. inst. vt merito reiiciens Donell. lib. 5. cōmentar. cap. 10. in fine. dixit Valent. d. exercit. 9. Plus dico, quā Angelus, Ludouicus Romanus, & Ioannes de Immola, qui Vlpianum acciebant de resistentia serui occultā; Iulianum vero de resistentia manifesta. Qui à occultata non posset Consultus disputare, nec ylium verbū est, ex quo talis differentia possit colligi, vt contra illos notauit Alexander in l. 1. §. per procuratorem num. 3. de adquir. poss. Ego quippe apud Vlpian. errorem interuenisse suppono, non malum animum.

4. Qui intellectus etiam suadetur, vt mihi videtur, decretorie, ex tractatu, quem instituebat Vlpian. d. lib. 7. Disputationum ex quo trahitur d. d. qui mihi 13. de donatiū. hoc tif. Est quippe de actibus per errorem celebratis, vt perspici potest ex multis fragmētis, quae hodie supersunt in Pandectis ex eodem libro, quae in ynum colligunt Antonius August. & Jacob. Labitius in indice

Pandectarum. Sunt verò satis aperta in l. & postrem. 7. § 1. de transactionib. l. si fideiūſor 29. mandati, l. si procurator 35. de adquir. rer. domin. l. si me in vacuam 34. §. 1. de adquir. poſt. l. si cum nulla 58. de re iudicata, l. serui 14. de oblig. & action. l. si dubitet. 10. de fideiūſor. l. cum quærebatur. 13. §. 1. iudicat. ſolui. Ergò non præceps, ſed ratio ni consentaneum eft, existimare loquutum fuiflē Vlpianum de ſeruo, vel procuratore errante in acceptatione rei. Nec regeras, etiam in dicta l. 13. eadem verba eſſe, ibi, quanuis ſervus hac mente accepereſit. Reſpondeo enim, non ponи in ſuppositione caſus, ex qua materia colligēda eft, circa quam versatur diſputatio; ſed in reſponsione Consulti, quæ ad thema, ſpeciem, ſeu caſum refe runtur. Secus vero in d. l. 37. §. vlt. vbi ponuntur à Iuliano in ipſa conſtitutione quæſtionis, ſeu poſitione thematis. Noteimus ergo errorem in præſenti non vi tiaſſe donationem, quia non interuenit, neque ex parte donatoris, neque ex parte donatarij, & tantum ex parte ſerui instrumenti adquisitiōnis, ut plenius dixi in Academico tract. de acquiſit. ſeruili, conſect. 4. vbi reieci nouiſſimas ſolutiones Bartholomæi Chesi 1. interpret. cap. 32.

Aliud verò dicendum eft, quando error circa donationem verſatūr inter ipſos donatorem, donariumque, ut in ſpecie textus in l. ſiego 18. de reb. cred. In qua ſi ego pecuniam tibi tradidi, quaſi donatus, tu vero accipias, quaſi mutuam per errorem; nam de eadē ſpecie erroris loquitur, nec donatio eft, qua reſoluitur donatio, cum non detur animus acceptandi donationē ex parte recipientis, qui errauit: nec mutuum contrahitur, quia ambo non conſenſerunt in idem placitum; quod omnis contractus, & omnis conuentio requirit, l. 1. de part. l. qui me, & Titium 32. de reb. cred. Et tamen Vlpianus lib. 7. diſput. ex quo hic quoque textus deſumitur non pugnat cum Julianō in l. cum in corpus 36. de acq. rer. dom. qui proprietatem pecuniae in accipientem traſcribit in eadem prorsus ſpecie. Julianus enim non

asseruit mutuum contrahi; nec Vlpianus negauit proprietatem pecuniae in accipientem transferri: imo certius est, si accipiens, errore comperto, ratificauerit donationem, potentem donatorem per exceptionem dolii repelli, ut proxima specie text. in l. si tibi 25. hoc nostro tit. ut rectius sentiunt Barthol. Castrens. & Giphani. in d. l. 25. quam Donel. in d. l. siego num. 3. Quia exceptione opposita proprietatem pecuniae retinet accipiens, & quantum per subtilitatem iuris donatio non sit, confirmatur, & quasi denuo confirmatur per ratificationem, ut in d. l. 25. Ita antinomiam hanc componebam lib. 1. Opuscul cap. vlt. ex num. 8. usque ad 27. In qua solutione adhuc persisto; nisi quod num. 13. Sequens commune Interpretum placitum dixi non aliter esse donationem, quam si à donatario acceptetur; nunc vero dico, acceptationem ex parte donatarij requisitam fuisse in illo textu, ne resolueretur donatio: & resolutam fuisse in initio ex quo accipiens de mutuo cogitauit, ex cuius causâ datio redibilis est, saltem in genere, l. 2. de reb. cred. Donatio vero petit dationem irredibilem animo non repetendi rem neque specie, neque in genere, l. 1. hoc tit. ut dixi supra cap. 2. Igitur qui cogitat de reddendo non cogitat de acceptanda donatione. Non esset difficile, si refractarius essem, euasionem quererere doctrinę, quae prostat d. num. 13. Verum libenter fateor tunc in ea opinione fuisse, ut crederem de substantia donationis esse acceptationem; sed cum nos ijdē semper non simus, ut philosophi dicunt apud Alphenum in l. proponebatur 76. de iudicij. Mirum videri non debet, si re diutius perspecta, mutemus sententiam; magis enim nobis placet ad præsens, quod de non requisita acceptatione diximus supra cap. 6.

6 Succedit disquirere de dolo. Qui variè in donatione potest interuenire. Velex parte donatoris contrà donatarium; vel in fauorem donatarij contrà alios. Vel ex parte donatarij contrà donatorem; vel

vel ex parte donatarij contrà alios. In his omnibus speciebus constat, donationem prorsus à sua essentiadiscedere, cum discedat à liberalitatis virtute. Liberalitas enim petit verum iudicium, & honestam benevolentiam teste Valerio Maximo lib. 4. cap. 8. Cuius comites sunt humanitas, & clementia, ex eiusdem scito lib. 5. cap. 1. Ad quam non est satis benè facere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiatur, ut inquit D. Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 30. vbi cap. 32. hæc verba suijcit: Est autem benevolentia coniuncta liberalitati, à qua ipsa liberalitas proficitur, notat noster Basilius de matrim. lib. 4. cap. 6. n. 5. Cum ergo donator, qui in dolo versatur, benevolus erga donatarium non sit, consequens est, ut donatio à tali animo profecta, donatio censenda non sit. Huius rei præclarum testimonium extat in l. Arist. 18. §. vlt. hoc tit. in eo, qui scienter rem alienam mihi donavit, do lo malo, ut ex donatione damnum reportarem, ex qua commodum, lucrumque euenire solet. Proponit Consultus in re donata magnos sumptus me fecisse, & postea superuenientem dominum rem à me euicisse, & vindicasse. In hac specie Consultus ait, quamuis ordinaria actio de euictione non suppetat; tamen posse me agere de dolo contra donatorem, qui me decepit, & in periculum amittendarum expensarum coniecit. Notanda est decisio; quæ in recessu plus utilitatis habet, quæ in fronte: actio enim de dolo non solet dari aduersus eum, cui debetur reuerentia, l. non debet 11. §. 1. de dolo sed pro actione de dolo, datur actio infactum, ut ibidem docemur: sed donatori à donatario reuerentia debetur l. D. Pius 28. de R. I. Cur ergo actio de dolo competit contra donatorem in præd. specie? Respondemus ideò famosa in actionem competere, quia donator qui versus beneficiariam suam fraudulentum animum habuit, nec nomen, nec honorem donatoris meretur; quare nescito pulsatur actione de dolo. Ut hanc euitarent donatores, solebant in ipsa donatione re promittere de dolo

malo futuro, id est in ea re nihil dolo malo fieri, quod si fieret, quanti id esset re promittebant donatario, l. ad res donatas 62. de ædil. edict. l. sid, quod aurum 22. de V.O. qua stipulatione interposita, si quid dolo gestum erat in donatione ipsa à donatore, ex stipulatu conueniebatur, nec necesse erat recurrere ad famosam actionem de dolo, ad quam nunquam recurritur, nisi cum deficit ordinaria civilis actio, l. i. §. 1. l. & eleganter 7. per tot. de dolo. De stipulatione dolum malum abesse, ab futurumque esse, de eius visu, & necessitate, non est occasio, aut locus disputandi in praesenti, de qua ex professo egi in prelectionib. Academicis ad l. inter stipulantem 83. in princ. vers. & qui spondet de V.O.

7 Sed cum inciderimus in tractatum de euictione, opportunum erit absoluere nunc prædictum tractatum in donationibus ad explicationem d. §. vii. Supponit Vlpianus donantem rem alienam bona fide, & citra omnem dolum de euictione non teneri. Paulus quoque lib. 5. tit. 11. §. 5. Consequenter respondit donatarium cōtra donatorem suum regrefundi de euictione postulantem ipsa iuris ratione repelli: quia qui donat, tantum cogitat de munificentia exercenda, determinatē in re illa, quam donat, non verò de se obligando, aut de assicuranda redonata, ut practici nostri loquuntur. Sed nemio ultra propositum suum obligatur, l. si quis nec causam 4. l. non omnis 19. de reb. cred. Igitur vltre a propositum teneretur donator re euicta. Ita cū suo antagonista Fortunio Garcia sentit Berengarius Fernández in l. part. 72. partic. 7. num. 11. de contrah. empt. Esset enim proximum auaritiae, ut donatarius, qui re euicta de suo nihil amisit, in donatorem ageret iterum ad premium consequendum. Ex quo fit, ut is, cui promittitur fundum dari, petere posse, ut de euictione sibi re promittatur, nisi ex causa donationis fundus sit promissus, quo in casu ad re promittendum de euictione promissor non teneatur, ut in sua Hypothesi dixit Scœuola in l. Iulias

p. 131. §. 1. d. c. V. O. Fit etiam inde, ut quamvis animal
 donatum morbosum appareat, non teneatur donator
 redhibitoria actione d. l. ad res donatas & de adilit. edict.
 vbi Classici commemorant axiona Italicum non ille-
 pidum, quod in eamdem sententiam addicunt. Cetera
 rum si donator de euictione per stipulationem promis-
 fit, tam ipse, quam heredes eius obligantur: non vero si
 promissio nudo pacto in traditione rei facta fuit, ut dis-
 fert probat textus in l. 2. C. de Euict. Nudum enim pa-
 ctum iure ciuili Romanorum inefficax fuit ad agendum;
 l. Iurisgentium 7. §. sed cum nulla, vers. igitur nuda de pacti.
 vt docent Classici in d. l. 2. & Cujacius in l. vn. §. 1. C. de
 rei vxor. ast. Bart. in d. l. Arislo §. vlt. de donat. num. 2. Boe-
 riusr decis. 67. in princ. Menoch. tom. 5. consil. 422. n. 118.
 Henricus Bozer. in tract. de donat. cap. 3. num. 91. Sed con-
 tra præd. decisionem Seneri, & Antonini, quæ extat in
 d. l. 2. Grauis insurgit difficultas ex textu in l. Intraditio-
 nibus 48. de pact. In qua docemur, pacta in traditionibus
 rerum dicta collarentia traditionis vestiri, substantialia
 esse, & efficacia ad agendum. Igitur pactum nudum de
 euictione dictum in traditione rei donatae efficax debe-
 bat esse. Respondeo tamen, illa pacta traditionibus di-
 cta efficacia esse, quæ accipientem adstringunt, non quæ
 respiciunt donantem, tradentemque. Quia si contra
 accipientem dicuntur, non sunt nuda, sed veluntur co-
 llarentia traditionis; idest traditionem ipsam pro causa
 obligandi habent; & quum enim est, vt is, qui accepit,
 impieat quod in traditione facere promisit, nec fidem
 datam frangat: veluti in pacto divisionis, l. divisionis 45.
 de pact. l. fidem divisionem 15. C. Familiæ hercisc. in pacto vendi-
 tionis, l. vendor 13. comm. preditor. in pacto traditionis
 dotis, & si nilibus, de quibus in l. fidonaturus 9. §. 1. de
 cond. caus. dat. l. iure 5. §. pen. de doli mali, metusque excepta
 licum te 6. C. de pact. interemptor. & vend. docent glossa
 Bart. Bild. & Salicetus in l. legem 10. C. de pact. Itaque to-
 ta causa est obligandi in pacto in traditionibus dicto;

utilitas, que resultat accipienti ex traditione, ut docent D. Ferdinandus de Mendoza lib. 3. disput. de pact. cap. 8. pertot. maximè ex num. 6. Anton. Fab. de error. pragmat. dec. 23. er. 7. & in Epistolicis ad nostrum Valentiam Ep. 4. resp. 4. ex num. 6. Quæ utilitas cum considerari non possit ex parte illius, qui simul dedit, tradiditque & se voluit pacto nudo obligare, necessè est, ut ex pacto nudo non teneatur; quia causa sumitur ab eo, qui tradidit, ne decipiatur; non verò ab eo qui accepit, qui decipi non potest, cum nihil dederit ob fidem implendam, ut sub oscure videntur mihi censuisse glossa, & Salicet. num. 2. in d.l. 2. & apertiùs Donell. num. 4. à quo alij.

8 Manet ergo secundum medium Iurisprudentialium eum, qui promisit euictionem in donatione per pactum nudum, effucaciter non obligari. Cum verò Iustinianus in l. si quis argentum 35. §. sed siquidem 5. C. hoc t. constituerit nudam promissionem de donando actionem producere, & necessitatem traditionis afferre; dubitant interpres nostri, ytrum per præd. nouam constitutionem, derogatum sit d.l. 2. ratio dubitandi ex eo sumitur, quod si nuda promissio ad principalem causam donationis valet, multomagis valere debet ad accidentia, sive adminicula, qualis est euictio, l. pacta 72. de Contrah. empt. glossa Accursij in hoc articulo mendosa est, quare de eius mente nihil statuere possumus, ut vidit oculatusinus Cujacius. Dicendum ergo nobis placet, Iustiniani constitutionem non derogasse d.l. 2. Primo, quia exuberantior liberalitas est rem donatam assecurare, & de evictione cauere, quam rem simpliciter donare; quia liberaliores sumus in rebus proprijs donandis, quam in alienis redimendis, l. vnum ex familia 67 § si rem de leg. 2. Sed Iustinianus de simplici munificentia, & donatione rei constituit. Igitur eius Constitution ad exuberantiorē liberalitatem extendi non debet. Rursus promissio de donando, neque conuatio legitima est, neque negotium, ut dixi sup. cap. 6. a princ. Ergo pactum promissio ni

ni huic adiectum nō inhæret negotio, sed per se substans;
vnde consequimur nudum esse, quia negotij coherentia
non vestitur, l. Iuris gentium 7. §. quinimo de pact. Tandem,
quia legum correctio admitti non debet, præsertim de
facili, nisi vbi eadem, aut maior ratio eidēter militat,
l. precipimus 32. C. de appellat. Sed Justinianus, qui expres-
sè iuri veteri derogauit circa promissionem ex causâ
donationis, nullam mentionem fecit pacti nudi, aut nudæ
promissionis de euictione. Ergo non est credendum vo-
luisse derogare veteri constitutioni, quæ extat in d. l. 2.
ita sentiunt Iasso in d. §. quin imò v. 5. Cujac. & Donell.
num. 6. in d. l. 2. Berengar. Fernandez in d. l. pacta 72. de
contrah. empt. Reg. 6. num. 6. & quadam dixi lib. 2. O-
pusc. sect. 4. num. 7. & 8.

9 Hæc cum ita sint, & ex communi interpretatio-
placito recepta fuerint, nihilominus D. Hieronymus de
Oroz lib. 3. de apicib. iur. Civ. cap. 11. num. 8. & 9. exi-
stimauit, donatorem, de euictione promittentem non
tenari, licet per stipulationem promittat: quia causa li-
beralitatis non est idonea ad obstringendum promissio-
nem. Verum cum stipulatio circa donationem ipsam
emissa efficax sit, vt in superioribus vidimus; consequens
est, vt sit causa efficax ad producendam obligationem
assecuratio ipsius liberalitatis, siue euictionis promissio
ex ea causa, quæ nihil aliud est, quam exuberantior do-
natio. & liberalitas. Vtitur ad probandum assumptum
d. l. Aristo 18. §. vlt. h. t. Verum si attentè legi, in eo textu
nulla fit mentio promissionis nudæ, vel per stipulatio-
nem emissa. Respondet ad d. l. 2. C. de euict. loqui in
heredibus, non in promissore, eodemque donatore. Ego
vero cum cernam eo iure actiones contra heredes non
dari, quæ non competierunt contra auctorem, l. Vnic.
C. vii actiones ab heredib. & contra heredes, & obligationum i
causas ex personis hereditum non immutari, l. 2. §. ex
his. de V.O. ex eodem textu colligo obligatum fuisse au-
ctorem, qui promisit; alioquin non obligarentur here-
des.

des. Expendit etiam textum Pauli d. lib. 15. sententia. tit. 9. §. cuius verba sunt. *In iuris donator de euictione et ei donator promittere non cogitur, nec eo nomine, si promisit oratur: quia luoratus et rei possessor ab enictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.* Quae verba non sine apparetia expendit ad probandum; idonantem, tamen si promittat per stipulationem non obligari; quia Paulus constituit rationem in natura tituli lucrativui, qui regresum de euictione non parit. Ergo quomodo cumque promittat donator, non tenebitur: quia donatio semper, est titulus lucrativus. Sed adhuc à communione opinione recedendum non est. Primo, quia verbum promisit, quo Paulus vtitur, ambiguum est, & aptum significare tam nudam promissionem, quam sollemnem factam per stipulationem: & de nuda promissione, siue per nudam conventionem facta, accipitur in libro iuris gentium 7 §. quod ferè de pactis. Ambigua autem oratio ita accipiēda est, ut omne absurdū, omnis cōtrarietas vitetur, l. in ambigua 19. de legib. addendi sunt. Donell. lib. 1. comment. cap. 15. & ibi Osuald. litt. D. Cum ergo dissenterit text. in d. l. 2. C. de euictionib. ad probandum, donatorem promittentem euictionem per stipulationem obligari, per pactum nudum non obligari; quam textus Pauli, qui verbo ambiguo vtitur, consequens est, ut verbum promisit, quod extat in prædicto loco, accipiendum sit de promissione nuda, ut illud ibi accepit eximius Interpres Cujacius. Deinde non obstat ratio Pauli, quæ de nulla promissione accepta non est imperita, ut censembat Orosz, sed elegans sensus enim est; si in donatione veniret euictio ex eius natura; ut venit in contractu vēdictionis, permutationis, & indiuatione bonorum, &c ceteris actibus commutatiis; promissa per nudum patet, per nudam conventionem, siue in duplo, siue in triplo, scilicet est; quia mutuaretur robur excohärenzia negotijs, & fieret pars ipsius negotijs, spectaretque ad fidem super negotijs seruandam, quod aliter non contraheretur, l. pacta 72 de contrahendi emp. Sed quia in do-

natione ex natura sua non venit euictio, nec pertinet ad seruandam fidem super donatione, quæ si tradat rem donator, satis seruatur; quare de euictione agens donator, non auditur: ideo conuentio inita super euictione nuda est, & inefficax.

10 Sed ut absoluamus articulum de euictione in donatione, superest de iure Regio, usque fo-
rensi distinctori. In primis, si donatio vera est, & pro-
pria, quæ incipit à traditione; de qua hucusque fui-
mus loquuti, donator de euictione non tenetur, quan-
vis ex post facto donata res aliena appareat, & per ve-
rum dominum euincatur à donatario, l. 22. tit. 11.
Part. 4. nisi eam promitterat donator, ut ibidem dicitur,
& notant, tanquam iuri communi conforme pater Mo-
lina de iustit. & iure tract. 2. disput. 380. Caldas Pereira
de empt. & vendit. Cap. 31. num. 42. D. Alphonsus Guz-
man de euictionib. quest. 25. num. 47. D. Valenzuela 1.
tomo consil. 60. num. 23. & cum alijs Hermosilla infrà re-
ferendus. Sed cum ex nostro iure Regio, quælibet de-
liberata promissio, quantumvis nuda, efficax sit ad pro-
ducendam actionem, licet non interponatur stipulatio
l. 2. tit. 16. lib. 5. Compilat. promissa per nudam conuen-
tionem obligat donatorem, in quo ius nostrum à com-
muni distat, ut notant Regnicolæ proximè relati, &
infra referendi. Quando verò donatio non est sim-
plex, puraque, sed ob causam sit, & habet speciem cō-
tractus commutatiui, donator mero iure de euictione
tenetur; optimè cum ratione, quia alioquin decipere-
tur donatarius, qui dedit, fecit ve ex sua parte, notat in-
ferim (nam de hac donatione latius infrà acturus sum)
Fontanella de pactis nuptialibus clausula 5. glossa 8. part. 14
ex num. 21. Quam doctrinam ad donationem remu-
neratoriam extendit Ioannes Garcia in tractatu de do-
natione remuneratoria num. 24. extendunt etiam alij, quos
refert Hermosilla in l. 32. glossa 1. num. 72. tit. 5. Part.
3. Sed cum viderimus supra cap. 3. donationem remu-
nera-

neratoriam gratuitam esse, nullamque necessitatem ciuilem inducere gratitudinē ad remunerandum, nec diuersæ speciei esse à pura, & simplici; procluior sum, vt existimē, euictionē, non venire in hac donatione. Quod sensit Bartolus in l. Julianus 131. §. 1. de verb. oblig. & egregiè adstruxit Frāciscus Oñez Pancorbinus lib. singulari obseruat. cap. 30. fol. 130. & seqq. Addendique sunt Gotofred. in l. si vero 12. mandati, & alij apud Hermosillā vbi proximè num. 73. Secundus casus est, quando donatio incepit à promissione: quia donans non tradit rem, sed illam promisit coram testibus, vel instrumento. Venire euictionem in hac specie, concors Veterum, & Pragmaticorum sententia est. Eam tenent Glosa, & Bartolus in d. l. Aristo 18. §. vlt. hoc tit. post Irnerium, Placentinum, Azonem, & alios primos Interpretes iuris Romani, quos sequita fuit nostra l. 22. tit. 11. Part. 4. vbi Gregor. glossa 2. & Antonius Gomez 2. tomo var. cap. 2. num. 35. multos referunt, Boerius, Iasio, Ruin⁹, Berous, Rolandus à Valle, & Romanus, quos refert, & sequitur Henricus Bozerus in tract. de donationib. cap. 3. num. 91. & alij multi apud Laynez in additionibus ad Anton. Gomez vbi proximè, & apud Hermosill. in d. l. 32. tit. 5. p. 5. glossa 1. n. 65. & nuper apud D. Olæam decessione iur. & act. tit. 7. quest. 2. ex num. 19. Quæ communis opinio valde rationi consentanea est, vel vsui forensi congruens; quia prædicta instrumenta semper aut plenarie ita conficiuntur, vt donator spondeat, sedaturū, & ex causa donationis translaturū dominū rei in dominariū: quarē potius ex promissione dādi, & dominū transferēdi, quā ex efficacia donationis venit euictio, l. vbi autē 75. §. vlt. de verb. oblig. Alioquin si donator tātū spondeat, sed naturum, vel ex causa donationis traditurū, nullā factā mētione translationis dominij, non censetur euictionē promissile, quia nō prestatur ex donatione; quādo expressa, vel virtualis promissio nō interuenit, vt acriter fundat, & verē Franciscus Oñezius

d. cap. 30. observat. Guzman de euictionib. d. quest. 25. n. 23
Hermosilla, cum alijs, vbi proximè, num. 68.

11 Prosequamur, siue repetamus tractatum nostrū de dolo. Diximus de prima i specie doli; qui versatur ex parte donatoris contrā donatarium; cuius occasio-
ne de iure euictionis in donatione egimus. Nunc succe-
dit disquirere de dolo, qui ex parte donatoris adhibe-
tur, sed non contra donatarium: adhibetur enim con-
tra tertium. Hæc est, quæ in iure fraudulentia donatio
appellatur; cum potius animo decipiendi fiat, quā bene
faciendi: ita enim benè vult facere donatario donator,
vt alios damno afficiat. Quæ donatio per multas, va-
riasque species discurrat, quas attingemus.

12 Notior, & nobilior est eius donationis,
quæ fit à liberto in fraudem patroni, vel à debitore in
fraudem creditorum. Facta animo beneuolo, bonà gra-
tiā, & affectu, & citrā fraudem, valet; licet in effectu
patronus, creditoresve fraudati sint: quia animum spe-
ctamus potius quam euentum, l. vivus 9. si quid in fraud.
patroni, iuncta l. 1. §. 1. eod. tit. Vnde, si donationi con-
sentiant creditores, patronusve, nihil est, quod de re-
uocatione tractetur, l. non videtur. 11. eod. tit. l. quod au-
tem 6. §. præterea 9. quæ fraud. Creditor. Scienti enim, &
consentienti, fraus, aut dolus non fit, vt est iuris regu-
la, & ad rem notauit Anton. Faber in Iurisprud. tit. 6.
princip. 2. illat. 16. Accedente verò dolo ex parte dona-
toris, volentis, affectantisque fraudare creditores, &
cum effectu sequutā fraude; non requirimus, quod acce-
dat ex parte etiam donatarij; in quo distant alienatio-
nes factæ ex causâ lucrativa, à factis ex causâ onerosa:
istæ enim non aliter reuocantur, quam si, is qui accepit
particeps fraudis cum alienante fuerit: illæ ve-
rò reuocantur ex sola fraude donatis. d.l. quod autem 6.
§. hoc editum 8. & §. simili modo 11. que in fraudem credi-
tor l. ignoti s. C. de reuocandis his quæ in fraudem creditor.
alienatasunt. Ratio est, quia donatarij, reuocata dona-
tione,

tione, non morantur in danno, aut in diminutione patrimonij, quod anteā habebant: id circō, cum donatio ex predicta caussā reuocatur, tantum reddunt, in quantum ex re donata locupletiores fuerunt effecti d. §. simil modo i. 1. versic. in hos. Quam differentiam agnoscūt, & notant Cujac. lib. 62. Pauli ad edict. in l. si debitor. 7. que in fraud. eredit. Costa in cap. si pater. 3. parte verbo probare non possit. num. 27. Couarub. lib. 2. variar. cap. 16. num. 5. Conanus lib. 5. comment. cap. ult. num. 4. Petras Faber, & Iacob. Gothofred. in l. non fraudantur 78. de regul. iuris. Celsus Bargalius de dolo lib. 5. cap. 4. ex num. 62. Pichar. noster in §. item quā in fraudem, num. 13. inst. de actionibus. Ex qua doctrina solitus sum expernere speciem textus in l. apud Celsum 4. §. si quis autem. 29. de dolim alii metusque exceptione vbi nocet donatatio, aut sūc celsori ex caussā lucrativa, exceptio, quā auctori noceret. Videlicet, si donator dolo malo fecit, & in fraudem creditorum donando; eadem exceptio, quā donati posset opponi, & opponi potest donatario.

13. Aliter filiō debetur legitima, aliter patrono: patrono debetur ex legibus, ex iure Ciuii: filiō debetur ex pietate; siue ex iure naturali, ut dixi in aduersarijs cap. 17. num. 2. Alienata in fraudem patroni ex legibus reuocantur, & ex Prætorum edictis: alienata vero in fraudem filiij ex legibus non reuocantur. Exemplum dissertationem extat in l. Papinianus 8. §. quarta de inoff. testam. quem expofui d. cap. 17. vnde licet pater vivus donaret multa bona in fraudem legitimæ filio debitæ, mero iure Ciuii donata non reuocabantur. Meliorq; erat conditio patroni, quā filij conditio: ius enim Romanum confidens charitati paternæ, quā nulla est maior, volensque seuere in officio filios continere, estimauit magis necessariū esse prospicere patronis cōtra libertos, quā filijs contra patres. Hęc & alia dixi in aduersarijs cap. 16. & 17. quā hic nō repeto, aut inculco.

14. Postea vero Principes technis, & machi-

chinationibus heredi petarum, hominumque pectorium edocti, remedia cuperunt excogitare contraria donationes inofficiosas, id est à patribus in filios ceteros, extraneosve collatas insuper filii, habitis, siue in fraudem, & præiudicium legitimarunt. Primum, quod mihi occurrit rescriptum est Alexadri Seueri, Mamæ filij, sub quo Vlpiianus, Paulus, aliquie ex posterioribus Consultis floruerunt, Lampridio teste. Extat in l. Tertia 87. §. Imperator. 3. cum seq. de legat. 2. sicut eni sim in casu speciali. Auia enim, quæ duos nepotes habebat, maximam substantiam suæ partem in unum ex nepotibus cōtulit per donationē intèr viuos, causa interuentione quærelæ inofficiosi testamēti, ut fraudē ficeret quærelæ inofficiosi testamenti. Nam quærela non reficit donationes intèr viuos factas, l. etiam 11. de inofficio testam. vt alibi ex professo dixi. Itaque voluit ditare unum, aliū fraudare, eo genere liberalitatis, quod quærelæ inofficiosi testamenti non subiaceret. Ex pusilla ergo subtilitate, quā reservauerat, omnes ex æquilibus partib⁹ heredes scripsit, vt nō quereretur, se ab auia imminenter præteritos, aut ex heredatos fuisse. Cū ergo inofficiosa hæc esset nota, nono indigebat aplice, qua propter Claudianus Julianus Præfertus Vrbis consuluit de ea Imperatorem: qui sic rescripsit. Siliquet sibi, Juliane charissime, auiam interuentione inofficii querelæ patrimoniū suum donationibus in nepotem fallis exinanisse, ratio depositit, id quod donatum est, pro dimidia parte renunciat. Hoc rescriptum Paulus accommodauit in §. seq. eatus simili, quem non est necesse enarrare. Satis ergo constat, reuocata m̄ suis immodicam donationem, inter viuos factā vni ex nepotibus, pro dimidia parte patrimonij, vt eumdem exitum hæc quærela haberet, ac habet quærela inofficiosi testamenti, quæ rem ad intestatum reducit, & filijs portiones æqualestribuit, tanquam si pater testamentum non fecisset, l. Tertia 13. l. qui repudiantis 17. §. 1. l. enim quis 21. §.

vlt. de inoficioſo teſtam. cum alijs, quas nupēr adduxi
 in Aduerſarijs cap. 21. Cum hac conſtitutione Alexandri
 per omnia conuenit Philippi Imperatoris cōſtitutio in l.
 1.C. de inoficioſo. donationib. in qua ſubvenit filijs ad iſtar
 quārelę inoficioſi teſtamenti; quiā legitimam non
 habent. Sed remedium quārelę daret illis æqualem
 cum cæteris portionem, quam ab iſteſtato laturi eſſet.
 Ergo tantumdem dedit Philippus, vt melius prædicta
 verba accepit Anton. Fab. decad. 40. error. 1. quam Cujac.
 tract. 1. ad Africanum in l. 1. ſi quid in fraudem patron. Poſteā
 Valerianus, & Gallienus, qui hoc remedium extende
 runt ad patres ab iſteſtato decedentes in l. precibus 3.
 diſſerentiam conſtituerunt int̄er donationes inoficioſas
 collatas in filios in potestate cōſtitutos, & int̄er col
 latas in emancipatos. Ut illæ, quiā ab initio non value
 runt, regantur ex bona fide per arbitrum aſſumptum,
 ad diuidendam hereditatem, qui indicium voluntatis
 patris ſequi debet; & prædilecto filio aſſigare totam
 ferè ſubſtantiam; filio verò, qui quārelitur, aſſignare de
 bet legitimam portionem. Iſta verò in totum reuo
 centur, quiā cum ab initio valuerint, non ſubiacent
 æquitati, arbitrio, & potestati arbitri. Poſteā Diocle
 tianus, & Maximianus diſtinctionem hanc ſubverte
 runt, & donationes immodicas in emancipatos filios
 collatas, ſic temperarunt, reſcideruntque ut filijs quā
 reatibus portionem legitimam reſeruarent, ſeu debitū
 bonorum ſubſidium, l. ſi filius 4. l. ſi totas 5. cum ſeqq. l. ſi
 liqueat 8.C.eod.tit. Tandem Constantius, & Julianus in
 l. vlt.C.eod.tit. nullā facta mentione liberorum, nec ex
 traneorum, in quos immensæ donationes conſeruntur,
 per omnia ſimilem eſſe quārelam inoficioſe donatio
 nis, inoficioſi teſtamenti quārelę, non tam ſanciunt,
 quam de iure maniſtio reipondent. Ex qua conſtitu
 tionē dicendum videtur, omnia bona eripi donatario;
 non legiti nam tantum. Quam l. non immerito acci
 piuat noſtri Interpretes, ne superioribus contraria ſit,
 de

de donationibus in officiosis collatis in extraneos.

15 Sic videtur mihi statuendum de his tex-
tibus, & de hoc remedio; ut rescriptum Alexandri,
quod initium dedit huic iuri, extraordinarium fuisse,
consultationi accommodatum, & perspecto forsitan frau-
dis consilio; propter quod totam donationem rescin-
dit, ex eo tamen non possumus colligere, ubi idem cō-
silium fraudis nunc interueniat, nunc, & inspecto præ-
sentī iure, totam donationem esse rescindendam, ut
censent multi, quibus consentiunt Emmanuel Suarez,
in thesauro comm. opin. lit. D. Verbo donationum. 251. Hen-
ricus Bozer. *in tract. de donat. cap. 3. num. 107.* & Fonta-
nella *de pact. nupr. claus. 5. glof. 8. p. 2. ex num. 22.* quiā po-
steriora rescripta formam dederunt rescissioni donatio-
nis in officiosis & independentē à consilio fraudis, inspe-
cto tantum euentu præjudicij legitimis filiorum facti.
Non placet etiam explicatio Cujacij lib. 5. obs. cap. 14.
Donelli lib. 17. comm. cap. 11. Boceri ubi proximē n. 106.
qui dicunt, textum *ind. §. Imperator*, quatenus docet pro-
dimidia parte reuocandam esse donationem, accipien-
dum esse de dimidia parte portionis quartæ debitæ ab
intestato vni ex nepotibus, quæ est vncia, & semis, siue
sexuncia. Hic enim intellectus violentus est, nec qua-
drat litteræ, ut perspexit Anton. Fab. lib. 3. coniect. cap.
17. Secundò attentis nouioribus rescriptis verissimū
est dicere, donationes in officiosas in alterum ex filijs,
vel nepotibus collatas, tantum rescindi à querentibus
pro legitimis portionibus, quas ab intestato habituri
sunt. Hanc communissimam opinionem tueruntur Bart.
ind. §. Imperator. num. 5. Verific. Secundo casu, & in l. 1. C. de
in officios. donat. num. 3. Iasio in authent. unde si parens num.
16. C. de in off. testam. Mangilius de imputat. quest. 93. num.
25. Merlinus de legitima lib. 2. tit. 1. quest. 21. ex num. 22.
Fontanella ubi proximē ex num. 26. Molina lib. 4. de Pri-
mogen. cap. 2. num. 81. ubi doctrinam hanc amplectuntur
Addentes, Marius Cutelius tom. 2. de donat. contemplat.

matrim. fact. tract. 2. discursu 1. speciali 2. num. 11. Hofol
 man. lib. 1. amicabil. cap. 12. Donell. d. lib. 19. cap. 11. Cu
 jac. ad l. 3. C. de inoffic. donat. & alibi sāpē, Bozarus d. cap. 3
 num. 105. Quare non placet sententia Fabri decad. 40.
 er. 1. & Emanuelis à Costa in cap. si pater 3. p. verbo pri
 nare non possit ex num. 4. qui existimabant etiam in hoc
 casu donationes inofficiosas reuocandas esse à filiis
 quārentibus in totum, quāuis in fratres collatae escent.
 Quam sententiam manifeste impingere in Constitutio
 nes predictas, constabit cuilibet legenti. Reputo etiam
 valde probabile, & frequentissimum, quod vulgo col
 ligitur ex d. l. vt. C. de inoffic. donat. donationes inoffi
 ciosas collatas in extraneos in totum reuocari per fi
 lios quārentes. Qiam opinionem sequuntur Molina,
 & addentes ubi proximè, & plerique ex supra relatis,
 Merlinus d. quest. 21. ex num. 27. Gutierrez de inam. con
 firm. parte 1. cap. 9. num. 11. Iulius Clar. verbo donatio
 quest. 22. Couar. qui proculdubio huic opinioni acqui
 escit lib. 1. variar. cap. 19. num. 1. ubi multos adducit Fa
 ria in notissimis additionib. ex num. 2. loquentes in casu si
 mili, l. si inquam C. de reuocanda donati de quo postea su
 mis acturi, Cuthus d. speciali 2. num. 12. & 13. quarum
 constitutorum occasione disputant etiani auctores no
 stri, utrum inofficiose donationes censcantur, & ut
 tales reuocentur, que fratribus in fratibus, in p̄ficitū
 fratrum: qui investigatione facile patet ex distinctione
 text. in l. fratres 27. C. de inoffic. restam. si enim frater con
 sanguineus est, & donatio collatal sit in turpes personas,
 reuocabitur; vt enim fratri in his casu querela id offi
 ciōsitate menti coaperit, sic & querela nostra illi ac
 commodari debet, vt sentiant Donellus d. lib. 19. com.
 cap. 11. Bozarus d. cap. 4. num. 3. De parentibus non est
 necesse disputare; de quibus extat dissertus text. in l. q.
 C. de inoffic. donat. qui perinde remedium hoc ascendent
 ribis tribuit, ac descendenteribus. Tandem notandum
 est donatio nominis in hac inofficiōtate contineri
 non

non tantum donationem veram, & puram, qua à traditione incipit, sed quamcumque remissionem, per donationem, promissionem, aut quenamcumq; actum, contractum ve, per quem paratur fratis, & praetextus donationai, vt recte censem. Costa in d. cap. Si pater, vero prius non posse. 3. p. num. 1. & 2. Julius Clar. dicto verbo donatio quæst. 24. Carualho de vna, & altera quarta 1. p. num. 550. de his aitibus in fraudem donationum quæsitis ago infra lib singulare de donat. inter. cap. 4.

16 Superest, vt de iure Regio disputemus, secundum quod planius, & sincerius mihi videtur nullam esse differentiam constituendam inter donationē inofficiosam collatam in aliter in ex filijs, vel descentibus, vel collatam in extraneum: vt in utroque casu idem dicendum si: nempe filios potestatem habere reuocandi inofficiose donationes à parentibus fas est usque ad legitimas tantum, non ultra. Quod mihi probat discrete recte in l. 8. vers. è si por auentura sit. 4. pert. 5. in quo Alphonsus Sapiens, qui in principio loquitur de donatione collata in extraneum, quando donatori superstites liberi non erant, prosequens eundem tractatum circospeciem donationis inofficiose contra superstites liberos sic inquit: E si por auentura algino que ouisse hijos legítimos, qui si fuese facer donacion a otro, puede delo facer: en tal manera, que toda via finque en suyo a los hijos la su parte legítima, tambien en vida de su padre, como despues de la su muerte, & infra: E si el padre ficerem mayor donacion, puedenla reuocar los hijos, fasta en la quantia de su parte legítima. Nihilominus multi sunt ex Regnicolis post Gregorium in d. l. 8. glossa 1. qui censem, donationem inofficiosem in extraneum collatam re, & consilio, id est animo fraudandi filios in totum reuocari; inofficiosem vero retantum, & sine speciali animo fraudandi filios, reuocari tantum quoad legi. i. nam, sequentes externos autores, qui secundum legis patriæ dispositionem loqui non possunt. Eos ad naufragium referunt

Hermosilla ad d. gloss. 13. ex num. 2. Laynez ad Anton. Gom. 2. tom. 7. cap. 4. num. 13. lib. 4. Faria ad Conarr. d. lib. 1. cap. 19. ex num. 49. Verum distinctionem hanc speculatiuam potius esic, quam practicant, neque illa admittere præd. L. Regiam, quanuis trepidus propter auctorum contrā sententium pondus, agnoscit pater Molina tra. 2. de Iust. & iur. disp. 283. num. 11. & 127 cui ego secure assentior: quia licet opinio hæc posset niti auctoritate text. in l. vlt. C. de inoffic. donat. & forsam posset substineri secundum ius commune, cuius dispositio in hac parte tam aperta non est; tamè extante præd. L. patria, non video qua ratione defendi possit. Quenam sit legijima filiorum non deciditur in eadem lege Partite; nec decidendum est ex legibus, ad quas se præd. Constituti referunt, sed ex iure nouis, nempe, ut pater in præiudicium filiorum tantum posset extraneo donare quintam partem patrimonij, siue inter viuos, siue in ultima voluntate; & cum iuxta leges fori dubiaretur, utrum permisio extenderetur ad duas quintas partes, quarum alteram donare posset pater in vita, alteram in ultima voluntate: superuenit lex Tauri, que est l. 12. tit. 6. lib. 5. compil. per quam statutum fuit, ut tantum unam quintam partem pater donare posset, in præiudicium legitimarum. Dubitabatur etiam, quo tempore de inofficiosa donatione filius queri posset, an in vita patris, an post eius mortem? Quæ dubitatio apud Nos facilis expeditio est; cum enim in officiositas apparere non possit, siue de inofficiositate constare non possit, vsque ad tempus mortis donatoris, ad quod referendus est valor patrimonij rx l. 29. Tauri, quæ est Lex 3. tit. 8. lib. 5. compil. ubi notat Matienzus gloss. 4. num 2. Hermosilla ita lib. 8. gloss. 12. num. 29. Consequens est, ut feliae queratur filius de inofficiosa donatione, donec pater degedat. Libet transcribere verba Anaxi Roberti lib. 2. Rer. iudicat. cap. 6. digni antiquiori anno, Seneca in doto. ita ad filium.

filium loquitur in re simili: si pius es, voluntatem patris instar legis serua; si vultures, expecta cadaver. Admitto tamen filium audiendum esse, quoties pater eo animo donat, ut rem suam perdat, & dilapidet, ne alioquin sera sit postulatio remedij, de quo plurimos adduxit Cutilius d. tract. 2. discursu 1. ex num. 15. Inter extraneos donationibus factis petitio rerum donatarum datur filiis ad instar querelæ in officiis testamenti: quando vero in officiis eas inter filios ipsos commissa est, quia pater immodeas donationes in alterum ex filiis contulit, plerumque illis consulitur per remedium collationis iuxta text. ind. l. 29. Tauri, quem modum cauendi mislumi facimus, quia ad noltrum tractatum non pertinet.

17. Accidit aliquando, ut qui deliberis non cogitat, cum illos donationis tempore non habet, erga iobolem in officiosus sit, quam postea sortitur: quæ species similis est superiori, ideo in præsenti enodata erit. De ea nihil in iure inuenimus cautum usque ad tempora Constantini, & Constantij, quorum constitutio extat in l. si vñquam 8. C. de reuocand. donat. quæ & in Codice Theodosiano reperitur, eius verba sunt: *Si vñquam libertis patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea suscepit liberos: totum quid quid largitus fuerat, reuertatur; in eiusdem dohatoris arbitrio, ac dictione mansurum.* Casus occurrens, qui causam constitutioni dedit, fuit donatione à patrono collata in libertum: decisio est vniuersalis; quia est constitutio Principalis, quæ lata ad casum occurrentem cæteris formam dat, l. vlt. C. de legib. Ratio vniuersalis est, quia recte, & iure presumitur, eum, qui donauit, cum liberos non haberet, forsitanque eos habere non speraret, donaturum non fuisse, si de tollendis liberis cogitarer. Quia alienas successiones nemo proprijs liberis anteponit, l. cum a vñs 102. de conditione & demonstrat, l. cum acutissimi, C. desidei commiss. est quip-

pè votum, & naturale desiderium parentibus thesaurizare filijs suis, l. nihil interest s. o. g. sed unquid Pratorum
 2. de bonis libertorum agnitorum a D. Paulo epistola 2. ad Corinthios cap. 12. versic. 14. ibi. Non enim debent filii parentibus thesaurizare sed parentes filijs, Xenophonti lib. 2. de disciplina Socratis, illis verbis; Viribus quos habueritis est, liberis, parat omnis, que et sui fore ad vitam putat. Et quicunq;
 quam maximam potest copia, id est, non tantum necessaria, sed opulenta, & lauta. Cum enim nullus sit amor, qui
 vincat paternum, l. vlt. C. de impuberum, & alijs substitutis
 nequidem filialis. Magis enim afficitur causa gigantum erga
 genitum, quam genitus erga giganteum: quia quod ex aliquo
 ortum est, ille ei quasi proprium est, vt inquit Aristoteles 8. Ni
 comachiorum, l. nam si parentibus 15. de officiis testam.
 l. scripto 7. §. 1. unde liberi, l. cum ratio 7. §. vlt. de bonis li
 bertor. consequens, & consentaneum est hinc naturalem
 voto, & immori, vt nihil donatum vellet pater, postquam
 liberos substituit, ex his, quæ orbus, aut celebs donauerat,
 facit text. in l. generaliter 6. §. cum autem C. de insit. &
 substitutis. Ex quibus concludimus quamlibet donatio
 nem à cælibe, vel orbo factam habere tacitam condi
 tione, si postea liberos sortitus non fuerit; vt post Barto
 lolum, & Mynsing, docet D. Valencia consil. 148.
 num. 52. quæ quidem conditio à iure inducta est prop
 ter exigitatem naturalem supra consideratam: idcirco
 quamvis lex de patrono, & liberto loquatur; ex eius ra
 tione, & ex qualitate constitutionis principalis ad ex
 teros donatores refertur, & extenditur, vt apud Nos
 expressius sancitur, in l. 8. tit. 4. Partit. 5. discendente ab
 opinione Azonis, & sequente Glosa veteris opinio
 nem, vt ibi agnouit Gregor. glass. 4. ad quam multos
 ita in puncto iuris sententes refert Hermoilla, adden
 di sunt C. jac. lib. 20. obsernat. cap. 5. Fachinanus lib. 3. co
 tr. uers. cap. 5. & plurimi apud Tiraquellum in d. l. sion
 quam verbo libertis, ex num. 41. Henricus Bocerus de do
 cationib. cap. 3. ex num. 110. qui contrariae opinionis af
 fecit

seelas refert, & argumentis eorum satissimatis facit, usque ad
num. 331. In quo satis probabilitate exponit text. in cap.
vlt. 17. quest. 4. vbi supponitur, Aurelium Episcopum
vltrō donatori restituuisse donata ob superuenientes li-
beros, de quibus non cogitauerat; quod iure fori face-
re non tenebatur, intelligendum esse docens in hac por-
stremia parte, non teneri reddere iure fori, vltro, & per
iudicem non conuentum donarium; quae expositio
suadetur ex illis verbis: *Ex redditis Episcopus nec etiam opo-*
nanti illi. Secus verò, si periudicem pulsaretur. Non
vero potuisse retinere bona, si excuteretur per dona-
tarium ex noua superuenienti causa nativitatē libero-
ram; quod & agnoscere videtur Faria ad Couarrub. I.
var. cap. 19: num. 90.

18. Rursus notanda sunt illa verba, *Fi-*
lios non habens. Quae sic exposuit lex patria, porquen i han-
*fijos, ni ha*ve* esperanza de los auer. Et in facto ita supponi-
tut præcessisse in casu Aurelii Episcopi Carthaginien-
sis apud D. Augustinum in d. cap. vlt. 17. q. 4. Hac ex-
positio apud Nos retinenda est propter auctoritatem
legis Septempartitæ, sed iure communi attento, non
facilis erat: saltem ius Grecum, & Glōssæ Isidori lib.
47. Basiliac. tit. 2. eam interpretationem non indu-
cunt; quare in re dubia itum est à nostris Authoribus
in diuersas sententias: alijs ex similitibus predictæ con-
suetudini locum non esse, si donator de liberis cogita-
uit, vel eius beneficio renuntiauit. Alijs contra sen-
tientibus favore nempè liberorum inductam fuisse, &
eb id locum habituram, & si donator de liberis cogi-
tauerit, imò licet expressè illi renuntiauerit. Mihi ve-
rior videtur etiam in pūcto iuris explicatio nostræ le-
gis. *Quæ placuit Cujac. ad tit. C. de reuecandis donatio-*
nib. & d. lib. 20. obseruat. cap. 5. Usualdo ad Donell. lib.
14. cap. 32. lit. B. Patri Moling d. tract. 2. disp. 232.
num. 6. Claro d. verbō donatio quest. 22. num. 2. Tira-
*guello, & alijs apud Hermosillam, & Gregor. d. l. 3.**

glosa 2. Fariam ad Conarrub. lib. 1. var. cap. 19. ex num. 5. Ex quo sequens effectus resultat: quod si pater cælebs, orbusve de liberis non cogitauit, reuocatur in totum donatio, omnia bona reddituntur, restituuntur patri; quia censetur non habuisse animum donandi, siue quod idem est, quia aduenit conditio liberorum resolutoria donationis, quam merò iure prorsus interfingit: quo in casu nullum consilium est inoficiosum patris, qui erga liberos, de quibus non cogitauit, inoficiosus censeris non potest; immo ex animo eius erga sobolem beneuolo, quem merito lex presumit, inducitur reuocatio. Quod si parens, idemque donator, de liberis cogitauit, vel huic constitutioni renuntiavit, inoficiosus est, si no erga superstites filios, saltē erga solum, quā potuit sperare. Quare ut inoficiosa reuocatur. In hoc casu in odiū patris; in illo verò patris fauore. Ita tenent Authores suprà citati. Pro qua verò parte reuocanda sit donatio, dixi proximè num. 16. quare cū in effectu nulla sit differentia, saltē in apud Nos, supervacuum reputo disputationem ampliare. Ut & superfluum mihi videtur disputare de renuntiatione huius legis, quod latē facit Marius Cutelius 2. tom. de donation. contemplatione matrī. tract. 2. discursu 1. speciali 3. ex num. 8. Quia renuntiatio, cum sit secunda inoficiositas, non potest impedire quærelam inoficiosa donationis. Clarus d. q. 22.

19 Sequuntur verba: *vel partem aliquam facultatum*, lex patria explicat, *tudo lo suo ya, o gran partida de ello.* In facto Aurelii Episcopi Carthaginensis proponitur, donata fuisse omnia bona retento a donatore usufructu. Glosa Isidori eadē verba retinent, ac Codex Latinus. Paraphrastes Græcus adeo concisè epitomauit textum; ut nihil dicat; verba sunt: *Si patronus habet filios, ad eum revertantur, que donata sunt liberto.* Vnde Glosæ Latinæ, & Clasici valde digladiantur, ingentesque mouent controuersias super expli-

plicatione prædictorum, quod consabit consulenti Tiraquell. verbo, omnia, vel partem aliquam. Sic nos decidimus; si donata est restanti, quod dimidiat partem valoris patrimonij totius exhauiat, non est ambigendum, constitutioni huic locum esse, quia partis appellatione dimidium totius significatur, l. nomen 164. §. portionis al. partitionis de verbis. significar. quam dicimus plurimam, maximamque partem, l. propriè litem 21. de excusat. tutor. vbi notatur. Quarta etiam pars totius patrimonij faciet locum nostræ constitutioni: quia licet simplicitè non veniat partis appellatione: tamè ilud verbum aliquam, & illa gran partia, denotant partē considerabilem, que fuit doctrina Bartoli. in d. l. Titia 87. §. Imperator. de legat. 22. Immolæ, Curtijs, & aliorum apud Tiraquell. num. 27. Gregor. glossa s. De parte vero miaore, quām quarta, nihil certi statui potest; quia qui liberos habet multoties facit donationes non multo minores, & subsistuntur, ne de singulis, modicisque querelæ filiorum contrà liberalitates parētum admittantur. Igitur, præsumendum est, hanc etiam donationi facturum donatorem, quanvis de liberis cogitasset. Deiadè, quia de modicis non curat Prætor. l. Scio 6. de in integr. resistit. quare in re iusorabili, qualis est donatio, auarii, i.e proximum est, de modicis donationibus curaret: maximè apud Nos, cum lex nostra non præbeat hoc remedium; nisi donata sit gran partia. Reliquendum ergo est arbitrio iudicis, quæ sit pars, de qua loquitur noster text. si non ascendat ad quartam saltem partem totius substantiae, ut post Ioannem Baptistam, de Sancto Seuerino, Franciscam de Aretio, Sociaum, & Alciat. tenent Tiraquell. in d. verbo num. 29. Greg. d. glossa s. vbi Hermosilla, Clarus, d. verbo donatio qu. s. 22.

20. Inquit Lex: ex postea suscepit liberos. Nostra lex: huiesse filio, desiderare si muger legitima, conque cassase despues. Que verba faciunt cessare quæstiones, quas

quas iure communi attento agitant Interpretes nostri apud Tiraquellum verbo susciperit liberos. & verbo propria, de maximo, aut minimo intervallo, de filiis adoptiuis, spiritualibus, naturalibus, spurijs, legitimatis, siue per rescriptum principis, siue per sublequens matrimonium: quia hos omnes excludunt verba nostra legis praesertim; nec adniuit in recta, & rigorosa significatio ne verba, l. fr. vñquam. Verum tamen est, si filius legitimatus sit per subsequens matrimonium, possedonationem reuocare tanquam re inofficiosa, quanvis consilio inofficiosa non sit; quia cum habeat ius perfendi querelam inofficiosi testamenti, ut ex textu in cap. tanta, qui filii sunt legitimati, l. 1. tit. 13. part. 2. docet Gregor. in d. l. 8. glossa 7. consequens est, ut hanc inofficiosae donationis, qua ille similis est, proponere possit. Legitimus enim pari iure cum nato ex legitimo matrimonio gaudet, quando expresse per legem, vel per hominis dispositionem exclusus non est, si per subsequens matrimonium legitimatur, ut multis Auctoribus, rationibusque ex professio adductis fundavit Noguero allegat. 23. & 24. Nihilominus tamen illa verba nostra legis: con que cassase despues, recte extendit Gregor. glossa 2. ad orbum, qui donationis tempore deliberis non cogitabat, sed postea illos sortitus fuit. Quo in casulo, cum facit huic constitutioni, quia militat pro suis eadem ratio, arg. ex l. quod dicitur 32. de paciis. l. illud 32. ad leg. Aquil. Ceteras questiones examinare, longum, & à meo instituto, & more alienum eslet. Videndi sunt latissime illam l. illustrantes Franciscus Ripa, Berengarius Fernandez, & Andraes Tiraquellus, qui ad praeditam constitutionem peculiaria scholia, & commentaria edidere, Couarrub. lib. 1. var. cap. 19. & ibi Iate Faria, Gregor. & Hermosilla in d. l. 8. Molina, & Addenes lib. 2. de primog. cap. 3. à num. 37. & lib. 4. cap. 2. à num. 80. D. Valenzuela consil. 148. art. 3. Marius Cutelius de donationibus contemplatione matrimonij factis 2. tempore tract.

tract. 2. discursu 1. speciali 3.

21 Prosequamur fraudes à donatoribus excoigitatas; per quas dignoscitur, eorum animum esse non mere liberalem, sed fraudulentem; proper quod eorum donationes ratæ non habentur. Tales censentur in fraudem fisci, & confiscationis futuræ celebratae, quæ sunt post contractum capitale crimen, *l. post contractum 13. hoc tit.* Quam in præsenti exponere necessarium est; nisi multa dicta manerent lib. singulari de donat. interv. virum, & ror. cap. 8. ex num. 8. In primis littera referenda est, ut Nos præferimus, & ibi prætulimus sequentes Auctoritatem libri Basilici, & cultiorum Interpretum ex Latinis: sic inquit Martianus. *Post contractum capitale crimen donationes factæ non valent, ex constitutione DD. Seueri, & Antonini, si condemnatio sequatur.* Exponamus sigillatim verba Martiani. *Post contractum capitale crimen, id est, post commissum, ut notauit Cujacius.* Ideo non est op. is, ut expectemus tempus reatus. Reatus tempus est, cum die dicta, & accusatione proposita reus in tribunal comparebat, ut se defendereret, ore mœstus, habitu sordidus, squalore, & tristitia signis notabilis, ut iudices, & concionem misericordiam moueret, ut describit Sidonius lib. 1. epist. 7. & ibi luculentus eius illustrator Ioannes Sauaro. De quo tempore accipiendi sunt text. *in l. si quis diutino 29. de pœnis l. 3. §. quod pater de munib. & honorib. cum alijs obvijs, quos adducunt Lexica, addendi sunt cultissimus noster Ramirez de Prado ad Martial, lib. 2. epigr. 24. & Raderus sibi epigramm. 22. Henricus Salmuth in notis ad memorabil. Panciroli 1. p. tit. 44. pag. 186. & seq. Lipsius lib. 1. elector cap. 13. Rœuard. lib. 3. varior. cap. 6. Quem habitum non sumpsisse integratatis, fortitudinis, & innocentiae indicium fuit Publio Scipioni, & P. Rutilio reis postulatis apud Agell. lib. 3. noct. Atticar. cap. 4. Valerium Maximum lib. 6. miscellæ historie C-*

4. Itaque ut donationes, sequutæ posteà condamnatione, rescindantur, sufficit commissio iam crimen donatorem, licet nondum in reatu sit, ut annotauit Antonius Contius in l. si quis in reatu 11. ad leg. Iul. Maiest. Igitur donationes factæ ante commissum capitale crimen non pertinent ad hoc rescriptum, nec posteà irritari posunt: nisi in fraudem factæ sint, id est, nisi factæ sint ab eo, qui iam paratus erat ad crimen committendum, & de rebus fortunisque suis desperans illas donauit: quæ dicuntur donationes in fraude factæ, suspicione poenæ, quæ ideo non valent. l. si quis 7. de mort. causa donat. l. cum ratio 7. 6. ex bonis 2. de bonis damnator. l. in fraudem 45. de iure fisci. notant Gifan. num. 20. in d. l. 15. Conanus, lib. 5. comment. cap. 11. num. 3. vide, quæ dixi in precitato loco.

22. Inquit lex capitale: capitale crimen dicitur ad nostrum tractatum id, ex quo per legem venit confiscatio bonorum, vel ab ipsa lege imposta, vel per consequentiam: veluti si poena de portationis, aut feruitutis irrogetur, quas poenas sequitur bonorum publicatio. De qua re pleniùs dixi ex cursu 2. Lib. 3. anal lecto de Interd. & relegat. & ad l. 1. eod. tit. Cæterum si ex arbitrio Iudicis publicatio bonorum, vel partis eorū irrogata sit; huic rescripto locus non est, non enim potest videri in fraudem legis fecisse, qui poenam ex lege metuere non debuit, vt post multos rectè docuit Pat. Sanchez tom. 1. in præcepta decalogi lib. 2. cap. 21. n. 2. Ex quo Anton. Faber lib. 7. Coniectura. cap. 20. cum iudicio admonuit, hodie uix, aut raro propter hanc constitutionem donationes rescindi. Ratio est, quia ex Europæ institutis raro publicatio bonorum infligitur propter poenam; nisi in tribus criminibus, quæ practici vocant excepta, heres, lesæ maiestatis, & sodomiæ, in quibus tam iure canonico, quam omniū ferè prouinciarum bona delinquentium in fiscum coguntur. Addendi sunt ad rem practicam D. Valenzuela

la consilio 155. tom. 2. Molina, & addentes lib. 4. de pri-
mogen. cap. 11. ex num. 18. Carleual, 2. tomo de iudicij
tit. 2. disput. 1. ex n. 39. Villadiego in l. 6. tit. 1. lib.
2. del fuero juzgo. Illustris. Tapia 1. tomocetene moralis
lib. 4. quest. 3. à. 4. & quest. 10. à. 9. 10. & 11. & 2.
tom. lib. 1. quest. 10. per totam. præter alios, quos con-
gerit August. Barbosa in collectan. ad tex. in cap. cum se-
cundum leges 19. de hereticis lib. 6.

23 Inquit lex: donationes. Id est actus liberalita-
tis, non vero actus administrationis, Reo quippe etiam
postulato de crimine administratio bonorum non in-
terdicitur; ideo ei recte soluitur, & quod ipse debet,
recte soluere potest; siue ipsi ex sua persona debeatur,
siue ex persona pupilli l. Callipo 45. alias, quamvis §. 1.
desolutionib. l. auferitur 46. l. in reatu, de iure fisci; quidquid
Conanus lib. 5. coment. cap. vlt. nu. 4. nimis ad stricte
censuerit, tantum ei solui posse, quo ad alimenta ne-
cessaria indiget: quæ doctrina nullo juris fundamen-
to nititur. Post de portationem vero, & publicatio-
ni bonorum ex ante gesto contractu condemnato non re-
ste soluitur, cù bonis enim actiones transeunt in fiscū,
cui soluedum est ut dixi excusa 6. d. lib. 3. anal de interd.
& releg. Causa vero libertatis prestatæ donationi simi-
llis est, licet non per omnia eisdem regulanda sit prin-
cipijs, quamvis Anton. Fab. d. lib. 7. conject. cap. 20.
contrarium existimauerit. Donationes enim, quia
rescindi posunt, condemnatione sequitæ, ab initio va-
lent, & quasi in suspense interim retinentur. Libera-
tes vero nullæ sunt statim, & ipso iure ex rescripto An-
tonini in l. Quæsum 15. qui, & à quibus manumissi Quod
rescriptum ortum habuit ex alio specialiori, quod re-
fertur in pene 8. §. Diuus 2. de manumiss. in quo liber-
tatem datum à reo de falsi crimine postulato non co-
petere sancitum inuenitur; quam constitutiōtem Se-
natus in §. 1. eiusdem legis ad reliqua crimina capita-
lia extendit. Notant Anton. Fab. in iurisprud. tit. 5. prin.

r. illat. 6. Donel. lib. 2. com. cap. 13. Differentiamque nostram inter libertatum dationes, & donationes expressius agnoscunt Barthol. & alij Authores apud Sanchez d. cap. 21. ex num. 34. Neque sine effectu predicta differentia est; quippe donator pendente accusatione donatoris dominus est rei donatæ, licet sequata condemnatione ab eo discedat dominium. Igitur ratione dominij fructus pleno iure lucrificat, argum. ex l. quisicit 25, vers. porro de iuris. Neque enim cum dominio compatitur mala fides, ut latius memini me probabile in Academ. tract. de fructib. ex num. 67. Ergo quamvis dubitet de abolitione, vel condemnatione, & dubitet per consequens de recessu, vel consistentia dominij non constituit dubius de statu presentis dominij, quod scit ad te pertinere, cuius ratione fructus lucratur. Quod etiam procedit, quantumvis certus sit, donatorem delictum perpetuisse, ob predictam rationem; eò maxime quod condemnatione nec semper, nec necessario sequitur delictum: potest enim reus, matura morte subduci, indulgentiam criminis a Principe impetrare, vel potest labi tempus proponendæ, & prosequendæ accusationi prestitutum, l. quærela. 12. C. ad leg. Corn. defalsis, l. 3. pen. & vlt. C. fireus, vel accusat. mort. fuer. ex quibus sententiam hanc sustineo, quam tuentur multi quos refert, & sequitur P. Sanchez d. cap. 21. num. 41.

24 Inquit denique lex: Si condemnatio sequuta sit. Hæc verba regulariter sunt intelligenda; quia regulariter verum est, sequuta condemnatione, & bonorum publicatione ex crimine capitali. irritari donationes factas post crimen consummum. Sed in illis criminibus in quibus morte rei non extinguitur accusatio, non finitur iudiciū, aliter regula concipienda est, sic nempe: non valere donationes, nisi absolutio sequuta fuerit; vt exposui d. cap. 8. Vnde hoc, aliaque quæ ad hanc l. spectant, petenda sunt. Opportune tamen quæritur; an interim pendente accusatione, durante iudicio,

clio, heres accusati, cui de innocentia constat sui Au^{to}
ris, quam defendit, posse hereditatem eius adire? Et
sanè filium emancipatum posse patris hereditatem in
hoc casu adire, dillert docemur in l. Pannonus 86. §. 1.
de adquir. heredit. De suo docemur quoque expressè he-
redem patri existere, & per condemnationem, exis-
tiam heredis reuocari, ut prorsus desinat heres esse in
§. per contrarium s. inst. de hereditat. quæ ab intefstat. deferuntur.
De extraneo vero herede non filio nihil in iure statutum
invenio. Continet in d.l. si quis in restu ad leg. Iul. maiest.
ius adeundi, quod filio emancipato competit, nō vult
ad extraneum porrigitur. Ex diuerso Clasici in d.l. 86.
§. 1. vbi Cujac. lib. 6. RR. Papin. & tract. 1. ad African. in
l. cum falso 46. de adquir. hered. idem de non filio, ac de
filio emancipato censem, cum & hic heres extraneus
sit, nec lex inueniatur, quæ adire prohibeat. Quæ sen-
tentia magis mihi placet.

25. Commititur etiā fraus in fiscum in
causâ tributorum, si donator, non vt liberalitatem
exerceat, sed potius vt ab onere tributorum, & pensi-
tationum res liberet, faciat donationem. Casus apud
nos extat in l. 6. tit. 9. lib. 5. Ordinam. quæ transumptuē
habetur in l. 11. tit. 10. lib. 5. Compilat. Quæ constitutum
est donationes omnium bonorum, vel maioris partis
eorum factas à patribus in filios Clericos, aut Schola-
res, præsumi fraudulentas, neque ab onere tributorum
releuare donatores; sanctiturque, vt si bona non ha-
beant, carceri mancipentur prædicti donatores. Vnde
iustas defensionis causas allegent, si prætenderint do-
nationes non fecisse malo consilio. Euocanturque ad
Curiam Magister nostræ Scholæ Salmantinæ, quem
Cancellarium appellamus, & cæteri iudices ecclesias-
ticæ, qui contra iudices seculares, & Concilia hominū
tributariorum, vulgo pecceros, inhibitorias litteras
emiserint pro defensione prædictarum donationum,
& exemptione rerum donatarum à tributis. Quid-

multò magis procedere innuit lex, quando fratres conserunt substantias suas in fratrem Clericum, vel exēpsum. Hæc est sententia nostræ legis Regiæ, quan in dubium nonnulli reuocant tanquam aduersam in immunitati ecclesiastice; cum videatur prohibere donationes, quæ conferuntur in ecclesiasticas personas: omnes vero constitutiones, quæ obicem porunt huiusmodi liberalitatibus à principibus sacerdotalibus latæ, tanquam ex defectu potestatis irritæ, & nullæ sunt cap. Ecclesiæ Sancte Marie 10. de Constitut. vt cum innaueris à se relatis docent August. Barbola tom. i. voto decisio 26. Diana 6. part. resolut. moral. tract. 3. per tot. Vérum enim verò respondet legem Regiam non statuere directo, & per se patrem non posse omnia bona sua donare filio clericu, vel fratrem fratri; hoc enim præcise Sacerdotalis constitutio facere non posset, sed tanquam ex circunstan tijs prudenter præsumere, donationem hanc non procedere ex animo liberali, sed potius ex consilio fraudis, vt patet ex illis verbis: *Muchas personas en fraude de no pechar, han fecho, y facen donaciones assi à hijos Clerigos, como à estudiantes.* Itaque ubi apparet donationem fraudulentam non esse, sed potius ex animo liberali procedere, dicendum est nec potuisse invalidari donatione filio clericu factam, nec defacto irritata non fuisse per nostram Legem Regiæ. Ita tensit Flores de Mena lib. 2. variar. quest. 21. ex num. 70. Cui consentit Diana 3. part. resolut. moral. tract. 1. resol. 3. In dubio tamen quid dicendum sit de donatione omnium bonorum à patre in filium exemptum collata, maioris difficultatis est, & ad primum utilior quæstio; quia plerumque de ipsis donationibus controversiae agitantur, quando nihil certum statui potest de bono, aut malo parentum consilio. Sed pro decisione questionis habemus expressum textum in l. 212. Styl., de qua non invenimus Auctores nostros conqueritur D. Christophorus de Paz, in Scholijs ad eandem legem ita ait. *Si alguno da todo quan-*

eo ha, à su sijo Clerigo, entiendo dese que lo face maliciosamente por
escusar los pechos: è no se debe excusar, que no peche, ni vale la
donacion, &c. Ecce præsumptionem à iure inductam,
vt si ciamus quid respondendum sit in casu dubio: quam
potestatem legis. Civilis non excedere rectè censem.
Matienzus in d.l. 11. glof. 5. num. 6. & ibi Azeuedus ex
num. 2. maximè num. 18. Pater Gabriel Vazquez in opusc.
de restitut. cap. 6. §. 1. dub. 2. num. 34. prudentis enim iu-
dicij est exultimare, vbide veritate non appetet, patrè
qui in filium exemptum omne patrimonium suum
confert, vel maiorem eius partem, fraudulentam face-
re donationem. Alioquin si huiusmodi largitiones nō
cohiberentur, nullus esset, qui filium, fratrem, aut con-
sanguineum exemptum haberet, qui fraudem tribu-
torum hac lege præuisam non meditaretur. Cæterū
licet præsumptio iuris sit, & frequenti fraudum consi-
lio præcauens, nihilominus veritati locus erit, quando
certo iudicio potest comperiri citra fraudem donatio-
nem fuisse factam: in hac enim te veritatem semper ex-
pectamus, vt dicitur in l. si fortè 8. de Castrensi pecul. & ibi
Bart. quam ad intentum prenotauit lib. 5. opusc. cap. 2.
num. 17.

26 Ex hac ratione prædicta Léx Styli non
præsumpsit fraudem interuenire in donatione, quam
pater fecit filio, vt sacros ordines suscipiat, si ipsi repræ-
sentauerit partem bonorum, quam post mortem eius
habiturus est. Imò si vnicum filium habeat, & totum
patrimonium paternum necessarium sit, poterit pater
illi totum patrimonium conferre in titulum; præsumi-
tur enim potius fecisse ob pietatem, & charitatem,
quam filio impendit, quam in fraudem fisci, vel tribu-
torum. Verba legi sunt: *E si el padre no obiere mas que esla quantia de los cien maravedis de la moneda nueva: è no ouiere mas de un hijo, puede selos dar estos cien maravedis en el titulo. E si mas hijos obiere, no puede darle mas de hasta lo que este hijo heredare de la razon de los otros hijos.* Ecce text. in quo in re-
præ-

præsentatione legitimè filio facta ad suscipiendos sacros ordines, non præsumitur fraus, imò neque in donatione totius patrimonij, quando ob causam necessariam sit, ut notat Paz Scholio 2. post alios Regnicolas: quo in casu ob voluntariam paupertatem in numero misericordia patrimonialibus tributis redditur pater, ut iure communis invenio sanctum in l. 1. C. qui paupert. vel numero liber se excus. lib. 10. Cum ergo multæ sint causæ, quæ monere posint patrem, ut in unicum filium exemptū conferat omnib[us] bona sua, vel maiorem partem bonorum, non cogitans de fraude; veluti si senex sit, & administrationi ineptus, si in longinquam prouinciam prosectorus sit, & aliae similes; non statim pronuntianda est donatio hæc nulla, sed cum causæ multa cognitio[n]e, & circumspectione, ne immunitas ecclesiastica l[et]atur.

27. Sequitur, ut videamus de dolo adhibito ex parte donatarij contra donatorem. Quia in re distinguenda est promissio ex causa liberali facta à donatione vera, quæ incipit à traditione. Promissio ipsis iure subsistit, licet per dolum donatarij elicita sit: quia in promissionib[us] factis per contractus stricti iuris dolus dans causam illis, non facit ut ipso iure nullæ sint; sed ut elidantur opposita doli exceptione l. si quis cum alter 36. de V. O. quam de promissione facta tam ex causa lucrativa, quam ex onerosa accipiunt Bartolus, Castrensis, Inimola, Cumanus, Albericus, & Iasson. 3. in l. fid, quod aurum 22. eod. tit. & simul accipiunt de dolo adhibito à donatario eodemque stipulatore; quā acceptanceem rei cedere non debuit Celsus Bargalius de dolo lib. 3. cap. 4. num. 27. Nec tantum reseinditur talis promissio, quando dolus, & fallacia incidit in initio contractus; sed etiam, quando evenit ex postfacto: ve luti si vxor maritum fefellerit indece praestanda, non poterit exigere largitatem sponsalitiam, donum manusve nuptialium, quod ei maritus per stipulationem pro-

promisit; quod si ex præd. stipulatione egerit aduersus heredem mariti; repelletur per exceptionem doli, quæ ex sua parte non impleuit, l. pollicitatione 3. C. de donat. autenupt. Donatio vero, quæ à traditione incipit, ipso iure effectu caret; & quod traditum est, comperto dolo repetitur, quia decepta voluntas non est sufficiens ad actum liberalitatis exercendum, efficiendum in due donationem. Huius doctrinæ exempla extant in l. filiogaricus 23. l. cum quis 31. l. filius 32. de dolo. In quibus remittentes factæ per dolum eius, cui sunt, per actionem de dolo reuocantur: quæ equidem remissiones instar donationum sunt. Secundum, potest peti ex l. unic. C. defuffrag. iunta l. vlt. C. adl. Iul. repet. Novell. Iustiniani 8. vt iudic. sine quoquo suffrag. si. Quod ut intelligamus sciendum est, olim permisum fuisse intercessoribus in aula gratiosis promittere, vel donare pecuniam, res mobiles, aut immobiles ob dignitatem consequendam, curiis officium Principi exhibitum, suffragium, & suffragatio appellabatur. Videndi sunt Guidas Panciroli. lib. 2. Thesaur. var. cap. 195. Osuald. ad Don. lib. 18. cap. 3. list: HHH. sponsio vero tunc officia erat, quando per solemnum stipulationem emittebatur, sive per sponsionem, quod idem significat in d. l. unic. vt notant Cujac. lib. 15. vbs. cap. 22. Duaren. lib. 2. disp. cap. 21. & ad tit. Sol. matr. sub rab. de Sponsalib. quest. 1. pridemque notauerant Fortunius Garcia in l. legitima 6. de pact. num. 33. Alciatus lib. 2. paradoxon cap. 14. & cum his amplissimus, & illustissimus præceptor meus Dns Ramos in academicis ad lirris gentium 7. §. sed cum nulla num. 23. de pact. cum vero multoties accideret, vt suffragatores isti familienduli, multa prehensoribus offerrent, quibus eorum vanas spes pascerent; præterea agerent nihil in aula: hoc in casu merito constitutum fuit; vt accepta reddere teneantur, nec possint se defendere prætextu liberalitatis, aut donationis à prehensoribz in eos collatae. Si enim

T

do-

donatio est, non censetur profecta ex animo purè libe-
rali, sed potius ab aulicis maligno ingenio ex torta,
quod prædictos prehensatores solent decipere. Tan-
dem modus hic suffragandi, & excutiendi Subditos
iubatus fuit in d. l. vlt. & d. Nou. 8. ut præcitatî ad-
monent, præcipue prælaudatus præceptor. Alia exem-
pla obserbabit curiosus lector, quæ ex præd. doctrina
exponi posint. De dolo incidenti ex re ipsa, qui solet
considerari in læssione enormissima, vel ultra dimi-
diâ iusti pretij, de quarum prima agitur in cap. ad
nostram 11. de reb. eccles. de secunda vero in l. 2. C. de ref-
eindenda venditione, quærunt etiam interpretes nostri,
controuertuntque, vtrum donatio rescindi possit prop-
ter enormissimam læssionem? Mihi tamen quæstio
hæc de subiecto non supponenti videtur: læsio enim
ficit relationem de dato ad acceptum, propter quod
datur, nec potest considerari, nisi in negotijs commu-
tatiuis l. in cauſe 16. l. quod si minor 24. §. restitutio, &
§. Scenola. de minor l. vnic. C. de reputat. vel in illis acti-
bus, ex quibus quis rei suæ inconsulto damnum pati-
tur. Sed non aliter est donatio, quam si quis sponte
sua patrimonium suum velit minuere ob exercendam
munificentiam l. 1. b. r. quo in sensu donare dicitur
veille perdere à Martiali: Dimidium donare Lino, quam cre-
dere rotum. Qui mavult: mavult perdere dimidium, & in l.
filius fam. 7. b. r. ergo in pura simplici donatione nō
potest fieri locus quæstioni de læssione donatoris. Ut
sic in effectu, licet non in modo disputandi consentia-
mus illis, qui sentiunt non habere locum in donatio-
nibus læssiones prædictas. Ita sentiunt Cagnolus in d. l.
2. C. de rescin. vend. num. 35, iuncta doctrina Pinelli in
præd. l. 2. 1. part. cap. 4. num. 35 & 4. qui loquitur de
donatione simplici, circa quam quæstionem propo-
suimus, vt. & Cephalus cons. 145. num. 51. vol. 1. Cel-
sus Bargalius de dolo lib. 2. tit. de dolore ipsa num. 60.
Sue quæst. 10.

28 Tandem videndum est de dolo adhibito ex parte donatarij contra tertium. De qua specie vix illum exemplum in iure inuenio: nisi peri posit *ex l. un. C. de thesauris* in qua inhibetur petitio thesauri, aut petitio licentiae à principe, ad eruendos thesauros in alienis locis positos: ne hæc principalis largitio cedat in præiudiciū priuati: Item *ex l. 2. C. de petitionib. sublatiis*. vbi interdicitur etiam petitio à Principe bonorum illius, qui in crimen læsa maiestatis dicitur, vel supponitur incidisie. Ne præcox hæc anticipatio præstigiū indicij, fraudem paret illi Tertio, qui de criminē denuntiatur: quæ potest etiam esse ratio illius æquissimæ decisionis. Quanuis primò & principaliter respiciat Fisci utilitatem; ne importunæ istæ petitiones à Principe contrà eius spontaneam voluntatem imperarent, quod concedere minimè vellet, nisi petacum precibus succubuisse; ut in *l. manentibus 49. C. Theod. de hereticis*.

29 Pro capituli nostri choronide profliganda est quæstio, quæ plus habet celebritatis, quam difficultatis; utrum in dubio presumendum sit, donationem fieri, vel præcessere? Exponendi sunt termini, ne in ignotis procedamus. Qui in causâ tradendi errat, non donat: veluti si existimans se debere ciuitater vel naturaliter, tradit: non potest censeri habuisse animum donandi: Ut suprà in hoc capite dixi: Idcirco, qui reprobos numeros soluit, non liberatur à debito, quia reprobi nummi, non sunt nummi: *l. creditor 102. de Solutione*, nihilo minus noumos illos, quos de facto soluit, repetere potest: quia prætensiæ solutione, non videtur animum habuisse illos donandi: *l. eleganter 24. §. qui reprobos de pignorat. actione*, *l. si cum aurum 50. de solutionib.* vbi doctrina hæc communiter à Clasicis notatur, & exornatur. Item qui spe futuræ numerationis, ut ex causâ mutui debeat, spondet futuro creditori: Hæc stipulatio viribus evacuat, si posteà pecunia numerata non sit, *l. qui pecuniam 30. de reb. credit. l. 2. §. circā de dolē*

mali, meusque exceptione. Quare si ex ea stipulatione perget petere creditor, domi exceptione remouetur, t. 3. c. 2. Videntur sunt Castrensis iud. hoc iure 19. num. 2. hacten. Gujac. in l. 1. §. verbis de uerbis obligat. Antonius Fab. de error. decad. 45. error 8. num. 6. Parlador. lib. 2. ver. quotidiana. cap. 3. ex num. 55. Mendoza de partis. lib. 1. cap. 4. ex num. 45. Pichard. in §. 1. de verb. obligat. ex num. 7. & quae dixi cum distinctione dyp. 3. Opusculorum. esp. 16. Per concursum, qui sciens, prudens que se nihil debere; neque ad prestatum aliqua actione vigeret posse, tradit; ille autem videtur, l. 1. de conditione indebet, l. Campanus. 47. de operis liberti pecunia. par. 2. 53. detegit. iur. Quia nemo, qui ratione praeditus est, frustra, & sine fine operatur; sed huius traditionis nullus est finis, nisi intendatur liberalitas. Igitur merito censemus voluisse liberalitatem exercere, re potius, quam verbis manifestata in: quod videtur mihi Africa nus denotare, in l. si qua dò 109. delegat. 1.

30. Status ergo questionis non potest considerari ex parte donatoris; quia ille, vel per errorem tradit, & non donat, vel tradit consalto, & sciens se nihil debere, & donat. Donator enim in actu practice exergento, non potest dubius considerari, sed errans, vel certus. Versatur ergo causa conjecturalis apud iudicem, vel consulter. Quando inspecto actu, cuiusque circumstantijs consideratis, decidere, vel respondere debent pro donatione, quando contra illam in quaero ergo nostra sic propo sita, variè Auctores procedunt, & sub multa distinctione. Nos ilias probabilius proprietas, quae ex iuris suis fluit, non ex iuris, hoc est, ex Interpretatione arbitrio illarum primis est pro donatione constructione, iuris. non ex presal causa alij dederit pecuniam, vel iug. 19. ut recipiens in suo adficeret, cu n. adi. recipiens obtinet uero liberalitatis alienam, si cogaretur accepta soluere. De quadmatione minime dubia. Videlicet in l. sed si p. 13. c. 9. ult. de donat. int.

vir. & b'or. cum tantum vasslerat, pertinere ad inter-
 dictionem iijius tituli. Idem dici potest, de similib.
 spontaneis dationibus ad effectus quos aggressus fuit
 accipiens frētus illia, quam putabat liberalitatem; &
 quos aliter non aggredieretur. Menoch lib. 3. pr̄sumpt.
 32. nūm. 12. Henricus Bocerus dedonat. cap. 11. in fine
 Fraterna etiam coniunctio, paterius amor, & filialis
 charitas pr̄tumptionem pr̄bēt pro donatione. Spe-
 cies extat in l. Procula 25. de probat. lib. vbi censetur à
 sorore fratris remissum fidei commissum magnæ quā-
 titatis, ex eo, quod in vita illud a fratre non exegisset,
 neque in rationibus computasset, quas s'pēcum fra-
 tre posuerat de acceptis datis, debitis redditis inter eos
 dem. Observanda est hypothesis nec facile ultra saun-
 ciam est extendenda. Quare solum silentium non suffi-
 cit, nisi pr̄beatur efficacius indicium voluntatis per
 rationum redditionem non facta fideicommissi com-
 putatione: quæ censetur remittendi fideicommissum
 sufficiens pr̄sumptio extracta a voluntate proueniens.
 Addeadi, & a deundi sunt Aleia it. regula 1. pr̄sumpt. 32.
 Menoch. de arbitrar. cifti 88. num. 10. & consil. 91. n.
 53. Mafcardus de probat. conclus. 554. num. 41. & 42.
 Henrichs Rosenthal de feudis cap. 9. conclus. 77. lit. K.
 Pyrrus Maurus Arctia. de solutionib. cap. 4. Muñoz de
 Escobar de ratiocinij 1. part. cap. 37. Adstrictissima ami-
 cicia pr̄bet pro donatione pr̄tumptionem, l. is qui
 amicicia 44. de negot. gest. Item egregia nec vulgaris da-
 toris nobilitas cap. 1. ext. hōctit. Quod fortè retinendū
 est in illis rebus, que non sunt maximi laboris, aut mo-
 menti; & in his conjecturalibus mature considerandæ
 sunt circumsstantie quas prudenter pensat Pontifex in
 cap. & si quastiones 18. de simonia ibi. In accipendis, vel
 dandis munibust si sunt maxime attendenda: persona scilicet
 e'c'itantis, & accipientis qualitas: quantitas munericus: & do-
 nationis rembus. Per quam orbitam incedens æquis ar-
 blator, minime a redi deuabit. Conjecturalia enim

Sunt hæc. De quibus præter citatos multa adducit Menoch. lib. 3. præsumpt. 10. & seqq. & præsumpt. 30. & seqq. Addendumque erit cum suo nouissimo Additio-
tore noster Gomezius 2. tom. variar. cap. 4. num. 5.
apud Laynez num. 6. versic. in dubio.

31 Quibus coniecturis, aut præsumptionibus
cessantibus, contrà donationem respondendum est.
Cum enim donare sit perdere, l. filius familias 7. hoc tit.
nisi de animo liberali nobis constet; ad donationem
præsumendam non debemus facile prosilire: nemo
quippè est, qui facile suas pecunias iactet, vanitatemq;
effundat. l. cum de indebito 25. versic. si vero de probat.
quam sententiam arripiuit ad suam decisionem Ponti-
fex Clemens III. in cap. super hoc 3. de renuntiat. ibi. Nul-
la ratio hoc verisimile reddit, ut quipiam beneficium multis
forte expensis, & laboribus adquisitum, quo sublentari debet,
facile sine magna causa, sua sponte resignet. Eadem præsump-
tio extat in cap. 2. de restit. spoliator. cap. quia verisimile 10.
de præsumpt. In quibus Alexander III. non vult, vt ad-
mittantur probationes de concessione, quæ diceba-
tur facta, personatus Ecclesiæ Vigorientis; cum non
sint de re verisimili: neque enim verisimile censem;
Henricum sponte sua renuntiasse suo personatu: nisi
increbuerit loci fama de renuntiatione prædicta, & ta-
les producantur testes, de quibus suspicio haberet non
possit, quod audeant deierare, notarii Barbosa ubique
& Innocentius Cironius ad tit. de præsumptionib. Quæ
præsumptio efficacissima est, vt ferè ab ea recedere
non possumus, in rebus maximi precij, aut momenti;
siue quando agitur de immoderata donatione. Mal-
card. d. conclus 554. num. 31. & 32. Menoch. de arbitrio d.
casu 88. num. 28. Bocerus d. cap. 1. num. 18. Nec indiget
aliquo adminiculo, vt intentionem fundet eius, qui
vult euertere donationem. Quarè superfluam iudico
doctrinam Tiraquelli in Iesi unquam verb. donatione largi-
tus num. 208. C. de revocand. donat. qui docet, leuem con-
ic-

iecturam sufficere ad rescindendam donationem: nisi illam acceperimus, ut contrà probationem factam à donatario prætenso, sufficiat pro donatorc leuis conjectura. Nolram verò præsumptionem in tantū extulit Natta *in additionib. ad Alexandr. vol. 5. consil. 164. litt. K. apud Bocerum d. num. 18. infine.* vt docuerit, potius esse interpretandum actum nullum; quam ut inducatur donatio. Quia operari nihil, est præter intentionem: donare verò reputatur contrà intentionem.

32. Ex quibus principijs sit etiam, ut restringamus liberalitatem, in quantum possit restringi, ut minus damosa sit donatori; ut minus perdat. Vélti si socius donauerit servum, quem cum aliò habet communem: non censetur donasse plus, quam suam partem. Item qui domino Quiritario, vel directo, ut magis communiter loquuntur nostri, rem donat, in qua superficiarum, vel vestigale ius habet, non amplius donasse censetur, quam ius suum, quod per illam donationem censetur remissum. *I. serui 5. §. 1. l. fidomu 71. §. si fundus 5. de legat. 1. Qui textus loquuntur de legatis, vel fideicommissis; sed non ideo minus applicari possunt ad donationes puras, simplicesque; immò multò facilius in his eandem doctrinam conuincunt. Quia homines in extremis agentes liberaliores sunt, quam in actibus, quos inter viuos exercent. I. in testamentis 12. de regulis. Iustinian. in titulo inst. de lege Fusia Cáninia. Atqui in testamentis restringitur liberalitas ad ius, quod de præsenti habet testator. Igitur restringenda erit in donationibus inter viuos. Ut in his terminis docent Antonius Gomez, 2. tomo variar. cap. 4. num. 5. Petrus Barbosa in l. diuortio 8. solue. matrim. 2. part. num. 81. Iacob. Cancerius 1. part. variar. cap. 8. ex n. 71. Alphonsus Guzman de euictionib. cap. 25. ex num. 58. Alio modo liberalitatem restringit Papinianus in l. cù pater 77. §. a filia 10. de legat. 2. ne mater videatur renuntiare liberæ electioni, quam habet commissam usque*

que ad ultimum vitæ, per illa verba: *eui velis ex liberis tuis prædia, cum moriaris, restituas.* Licet enim vni ex liberis prædia inter viuos donet, nihil aliud; quamvis sum fructumque videtur eoram donasce, propter incertum diem in fidei commissi, id est, quia habet ius mandandi voluntatem usque ad supremum vitæ spiritum, quod à se abdicasse mater non videtur. Videndus est Molina, ubi alios adducunt Addentes lib. 2. de primogen.

Cap. 4. num. 22.

CAPVT IX.

De donatione omnium bonorum.

Si repetierimus, quod manet notatum *suprà cap. 1. num. 6.* de moderatione regulato, quem petit donatio, & *num. 11.* contraria esse liberalitati prodigalitatem, & per excessum cum ea pugnare. Et quod diximus *num. 1. 2.* omnes actus ex se prodigos iure irritari, quāuis non fiant ab eo, cui bonis interdictum est, *l. si verò 12. 6. si adolescens, mandati, l. si quiscum sciret 8. proemptore, l. 23. tit. 82. Part. 5.* Consequemur, donationem prodigam ipso iure naturali, siue ex naturæ rei inuidiante. Consequemur quoque, donationem omnium bonorum nullius esse momenti ex eadem ratione, & ex eodem iure. Quia donare omnes res, omnes fortunas statu non mutato (ut mutatur ab eo qui ingreditur religionem, vel se in adrogationem dat) actus est non tantum in prodigio, sed stultus, ut perspiciunt Franciscus Ripa in *l. is cui bonis 6. num. 13. de V. o. Tiraquel.* in *l. si propter C. de reuoc. donat.* verbo *donatione largitus.* *num.*

209. Menoch. de arbitrar. casu 88. num. 4. Caldás Péreyra ^{in l.} si curatorem habens, verbo non absimilis. num. 7. igitur talis donatio ex natura rei substineri non debet. Probarur consequentia sic: Donatio est liberalis datio, petens ex suo genere modum, iudiciumque, quibus liberalitas indiget: Sed donatio omnium bonorum, statuta à donatore non mutato, deficit in ratione generis, & in ratioae iudicii. Igitur non potest dici ex liberalitate prouenire hec donatio. Vel sic, igitur donatio omnium bonorum in toto genere distat à liberalitate. In quendam abligarritorem patrimonij per in consultas, & prodigis largitates Iuisit Marcialis lib. 8. epigram. 5. cuius acumen expreſſit optimè Raderus, ideo abstineo, licet ex eo possit probari ad pub. statū pertinere, similes donationes ratas non facere.

Verum Iacobus Cujac. magnus iuris Rom. interpres; sed cui proposita fuit nihil iustum, aut de iure esse, nisi quodd ex libris iuris Roma deduci posset, in l. pen. C. h. tit. & Franciscus Hotman. in disput. de Donat. cap. 8. Censuerunt omnium bonorum donationē valere, ea tantum ratione adacti, quia nulla lex est, quæ illam irritatam faciat. In donatione omnium bonorum praesentium videtur loqui, quæ est omnium pragmati corum concors sententia, ut mox videbimas, in qua eos sequitur Giphanius in d. l. pen. ex rum. 32. Magisque in distincte, & maiori conatu, pro ut solet, candens opinionem tuctur Gaspar Schifor degherus quæst. forens. in Anton. Fab. lib. 1. tract. 13. pertot. Vnde Auctores prædicti hanc conclusionem de ducent; Donatio omnium bonorum praesentium de iure valet. Videndi sunt cum multis à se relatis Fachinus lib. 6. Controvers. cap. 87. & seqq. Hermosilla in l. 9. tit. 4. part. 3. glaf. 1. pertot. Ayllon Lainez in addit. ad Ant. Gomez 2. som. var. cap. 4. num. 16. Adiiciunt verò donationem omnium bonorum praesentium simul, & futurorum ipso iure, etiā ciuiili Romanorum, invalidam esse: ut uniusque textu

in l. stipulatio 61. de V. O. ubi illa stipulatio, si heredem
me non feceris, tantum dare spondens inutilis, & contra
bonos mores putatur: quia tollit testamenti li-
bertatem. Sed sic est, quod donationem omnia bonorum
praesentium, & futurorum, non relinquere locum dispo-
sitioni testamentariorum. Igitur ex eadem ratione contra
bonos mores reputanda est. Ita concludunt Antonius
Gomez, & Taurilkæ in l. 69. Tauri, Matienzus, & Aze-
uedus in l. 8. tit. 10. lib. 5. Compilat. Couat. in rubr. de
relam. 2. part. ex num. 4. inquam rationem se inuehit
acriter Schifordegherus ubi proximè, cuius argumenta
referre nolo, quia reuera nec textus, nec ex eo ratio-
deducta multum me uergerent, si aliunde non scirem, &
probare vñ, similem donationem nullius esse momen-
ti, tanquam stultam, & prodigam, iudicio modo que-
carentem.

3. vtuntur etiam Cujacius, Hotmanus, & Gi-
phanus duob. textib. tanquam expressis, ut probent
saltem iure Romano iuum bonorum donationem ra-
tam esse. Primus est Julianus in l. omnes 17. §. 1. que in
fraud. cred. in quo proponitur pater, qui in filios suos
naturales omnes facultates suas donatione contulit,
cum n. habet credores, consulebat, an ex solo fa-
cto largiendi omnibus bona sua filiis naturalibus, videre-
tur pater in fraudem creditorum donationem fecisse,
licet de eius consilio fraudulentio aliunde non consta-
ret? Respondet Julianus ex re ipsa contumum deprehen-
di: qui enim sciens se credores habere, omnia bona sua
dimittit liberaliter, & impatet se facit soluendo, frau-
dulentas est: quare locum facit editio Pauliana de re-
uocandis, que in fraud. cred. gesta sunt. Secundus
extat in l. a. C. qui num. liberor. vel patr. se excus. l. b. 10.
in quo pater, qui omnia bona sui donauit filio, excus-
atur a iuribus patrimonialibus propter pa-
raten, licet in eam voluntarie incidet. Ecce duos tex-
tus, in quibus supponitur omnium bonorum donatio-
nem

nem validam esse, nisi in primo casu rescinderetur per editum fraudorum ratione mali consilij, non in consultæ liberalitatis. Igitur omnium bonorum donatio ex terminis proprijs largitionis iure non improbatur. Posset etiam expediti Constantini textus in l. si vñquam 8. C. de reuoc. donat. in quo proponitur, patronum liberos non habentem libertis suis donasse omnia bona, vel partem aliquam facultatem: nouiterque sāxit, reuocari p̄c. donationem, si donator postea suscepere liberos. Ergo antequam liberos lascipiat, subfinebitur omnium bonorum donatio. Verū n, vt his, alijsque similibus testimonijs tatis faciamus, in primis agnoscimus; ius naturale non esse abscisē considerandum, sed pensatis omnibus circumstantijs, quæ faciant locum exequitati, qua ius naturale censetur, b. bonafides 31 ff. Depositi: vt in materia donationum, & promissionum liberalium notat p̄c. ceteris pater Molina de inst. & iur. tract. 2. disp. 27 2. quartè cum dicimus donationem omnium bonorum ex natura rei, siue secundum ius naturale in validam esse, non abscisē loqui mur; sed semper cum illa repetitione, si stulta est, si prodiga est, si consilio, iudicioque caret, quo indiget virtus liberalitatis: non enim ius naturale improbat donationem omnium bonorum præfisiē ex eo, quod talis sit; sed ex eo, quod stulta, & prodiga est. Igitur si aliqua donatio fiat omnium bonorum prudenter, & cum consilio; neq̄e iure naturali erit irrita, neque per ius Rom. elidebatur, quod maxime ius naturale lequitur, & interpretatur. Vnde si pater senex, qui curam patrimonij sui gerere iam non posset, omnes fortunass suas donasset filio grato, in obligo, & in patrem ex pietate ipsi debita benefico; vel patronus liberto suo, a quib⁹ certam spem habent recipiendi alimenta, & subidia vitæ, siue violentius, siue in iisis; hic, & nunc, vt solemus dicere, non est improbanda omnium bonorum donatio, cum sit consultiss-

ma potius, quam in consulta liberalitas, ut superiora cap. notaui. Quo modo accipio suppositiones prædictorum.

4. Videamus, utrum sit aliquis locus ex iure ciuili, quo sententia nostra iuxvari possit, & existimo posse expendi pro ea text. in l. Nulla 4. C. de iur. dot. licet enim eum alio sensu donauerim lib. 1. Opusc. cap. 5. num. 9. quæ fortè concinior sit Rom. disciplinae, nihil impedit, ut in alio eum ad præsens accipiamus, si verus sit. Verba text. sunt. Nulla lege prohibatum est universa bona in dotem dare. Species erit, si emina, quæ nubebat, totum patrimonium suum marito in dotem dedit, quæsumus fuit, utrum hæc datio vel ex L. Papia excessiva esset, ut ibidem dixi, & respondebam; vel ex iure naturali, siue ex lege naturæ, tanquam inconsulta esset reprobanda? Respondent Cœtares, hocnulla lege interdictum esse, neque ciuili, neque naturali, non ciuili, ut dixi in d. cap. 5. non naturali, ut nunc dicam, quia dos ita datur marito, ut proprium patrimonium maneat mulieris, l. quanuis 7. s. de iur. dot. l. 1. & 2. sol. mat. deinde manente matrimonio maritus subsilnet opera, alit vxorem, familiamque, l. pro oueribus 2.0. C. de iur. dot. Ergo, quanvis dotis constitutio donatio esset, non esset donatio inconsulta, nec prodiga, ex qua vxor consequitur inspecto presenti statu subsidia vita necessaria. Posset etiam non expendi text. in l. 1. C. de donat. quæ sub modo, de qua tamen latius infra agemus in suo tractatu.

5. Secundum quæ principia naturalia dicendum erit, quid in hac questione tenendum sit secundum forum interius. Illa quippe donatio, quæ stulta est, inconsulta, nalius momenti erit in utroque foro: quia deficit in ratione essentiali consilij, & iudicij, quod petit liberalitas: & quemadmodum reliqui actus prodigi, ex eodem defectu iure naturæ substinentur non debent, ita neque hæc donatio substinebitur.

Neque

Neque obstat ratio considerata à Molina. *d. tract. 23.
disp. 27. 1. vers. quid. i.* videlicet eū, qui promissit inconsulto, & prodigaliter, in ipsis promissione prodigum fuisse; sed in præstatione non esse prodigum, quia satisfacit obligationi, qua se volens ab initio obstrinxit: quia quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto sunt necessitatis, *l. sicut s. C. de O. & A.* Igitur quanvis prodigus sit in promittendo, non est prodigus in præstante. Verum valde miror virum maximo iudicio pollentem, tam leui, ne dicam falso, motum fuisse fundamento. Cui ut respondeamus, repetenda essent, quæ diximus *sup. cap. 5.* videlicet, ex promissione facta ex causa liberali, & traditione, quæ propter causam præcedentem sit, unam confari, componique donacionem: liberalitas enim inchoatur per promissionem, consumatur per traditionem: quarè si traditio ipsa inconsulta est, & facta etiam ex causa inconsulta, totus actus vitiabitur, in tantum, ut donatarius retinere non possit in conscientia, quod accepit; maxime in quantum acceptum modum ratione regulatam exceedit, in quo consideramus prodigalitatem donatoris. Cæterum, si non dum promissor impleuit, aut præstitit, multò facilius retinere poterit, quod ex inconsulta liberalitate promisit; immo & quod magis est per conditionem sine causa cōsequi poterit, ut ab emissione obligatio liberetur: cum ergo inconsulta, & prodiga promissio iusta causa obligandi non sit; consequens est, ut repeti possit obligatio, ex regula *text. in lisi a seruo 5. de Condit. ob turp. caus. l. qui sine 3. de Condit. fine caus.* & si solutum sit, ut non transferatur dominium: nulla enim traditio, id est quā in iusta causa non præcedit, dominium non transfert. Ita sentio de hac questione, quam sententiam probabilem dixit Diana 8. part. *resolut. moral. tract. 6. resol. 84.* nulla tamen ratione expensa, quanvis contraria cum Molina sequutus sit. Amicus apud eundem Dianam.

6. Supèrest, ut de iure nostri Regni dicamus; quod iure naturali valde conforme esse ex sequentibus apparebit. In primis extat lex 7. tit. 12. de las donaciones lib. 3. fori Castellani cuius hæc sunt iherba: *Donacion, que fuere fecha por miedo, o por fuerza non vala cum qua quoad hanc partem concordat l. 1. tit. 2. de las donaciones lib. 5. fori Iudicum.* Prosequitur lex: *Otro si mandamos, que si alguno sickerie donacion de todo lo que hobiere: maguer, que non haya hijos, non vala. E si hijos hobiere, o nietos o de ide ayuso, non pueda dar mas de su quinto. E si por aventure mas diere, la donacion non vala en aquello, que es demas; e vala en aquello, que puede dar.* Quæ verba de præsentibus bonis intelligit, ut patet, antiquus glossator Alphon-sus de Montalio glossa de todo lo que obiere vers. si autem de fraude; ubi refellit intellectum quorundam, qui iam suo tempore docebant pro explicatione eiusdem text. donationem, cuius in illa lege extat interdictum, intelligendam esse de largione omnium bonorum præsentium, & futurorum: quem intellectum merito dicit non esse conformem litteræ; diceret enim in lex que à, y obiere. Nihilominus, cum sub Ioanne 2: Castella rege scripterit Salmati-nus glossator Montalius, increduit procul dubio post eius taculum opinio veterum interpretationum iuris ciuilis, quæ docet præsentium tantum bonorum utilem esse donationem, ad quam a verruncandam tamenquam æquitati aduersam, nihilque iustitia conformata fuit à Ioanna Regina lex 69. Tauri, per quam differte sanctum fuit, *Que ninguno pueda facer donacion de todos sus bienes, aunque la faga solamente de los presentes.* Quæ repetita extat in l. 8. tit. 10. lib. 5. Compilat. Illam tamen differentiam considero inter legem Fori, & Taurinam; quo in lege fori in excessu tantum vitiabatur donatio, vel in officiolla contra filios esset, vel prodiga, omniumque bonorum, ut quido colligitur ex illis verbis: e vala en aquello que puede dar. quæ ad ytrumque casum relata, in utroque

que tantum infirmat excessum liberalitatis, ut in quantitate non excelsius sublineatur. Quæ verba, quæ nūis aequitati naturali maximè conueniant (ut supra vidi-mus) quæ prodigas effusiones coarctat in quantum prodigæ sunt; non repetuntur *in d. l. Tauri*, quin potius abolutè non valere donationem in ea sanctitur: ratio est: quia in totum donatio improbatur, nec inueniatur causa, aut quantitas à lege taxata, vt valeat in re, vel quantitate certa, & ulterius non valeat: rursus, quia operosum esset, & multis litibus occasionem præberet, si indagandum esset per iudicialei subtilitatem, arbitriūque ius dicentis, quid, & quatenus prædicta donatio posset continere, vt post Baldum notauit Antonius Gomez *ibidem num. 2.* quem cum alijs refert, & sequitur Noguerol *alleg. 26. ex num. 187.* Conducuntque Granatensis Senatus decisiones 10. & 66. latè illustratæ ab antecessore nostro doctissimo D. Ioannae Baptista de Larrea, in quibus similes donationes in totum rescisa fuerunt tanquam prodigæ, & inconsultæ, & contra formam donationibus datam in nostra *l. 69. Tauri.* Quod si is qui donauit usumfructum bonorum sibi reseruauit sufficientem ad alimenta, & cōgruentem quantitatem, ut pro anima sua in ultimo elogio disponat, donatio hec tanquam cum consilio, & iudicio facta substinetur, vt non male probari possit *ex l. 1. C. de donat. quæ sub modo, & docent tanquam receptum communiter in praxi post multos, & cum multis pro more D. Ioannes del Castillo tom. 4. controverſ. cap. 6. 1. Clarus, & Addentes lib. 4. sent. 9. Donatio quæst. 1. 6. D. Salgadus in *Labyrint. creditor. 2. part. cap. 4. num. 66.* & *cap. 18. ex num. 33.* Farinacius in *reptor. de contractib. nouissime edito per Pasqualigium quæst. 40.* Tandem, quod notandum duximus, nec naturalis ratio, nec leges Regni militant in donationibus causa mortis. Ratio est, quia magis accedunt ad causam testamenti, quam ad largitates inter viuos, & docent *et**

distinguunt Molina, & Addentes lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 14. & contra Antonium Gomez disputant Parladorius lib. 2. rer. quotidiana. ar. cap. 8. nouissime De Tapia 2. tomo Catene Moral. lib. 5. quest. 20. art. 9.

CAPUT X.

De donatione collata à patre in filium in potestate, vel à domino in seruum.

DIXI suprà cap. 1. præcipue num. 2. liberalitatem in eo cum iustitia conuenire, quod respicit alteram: nemo enim erga se ipsum liberalis est. Cum ergo donatio in genere sit liberalitas; quia est liberalis datus: consequens est; ut ipse filius met ipsi donare non possit. Hoc in vna, eademq; persona naturaliter non disputatur à I. Consultis: quia esse inepia disputationis: sed assumptionis constitutionibus ciuilibus, disputatur restissime inter patrem, & filium, quem sub sua potestate habet. Potest etiam disputari inter dominum, & seruum ex eadem ratione: q; Ius Ciuitile Romanorum in tantum retinuit vincula patriæ potestatis, vt nuper dixi in atuersarijs cap. 16. vt ex duplice patris filijque persona vnam fecerit: id est identitatem habuit inter patrem, & filium, quem sub potestate retinet, l. vlt. C. de impuher. & alijs subst. Supposita hac identitate, quæ efficiens est patriæ potestatis à iure Ciuiili inductus: deducitur secundum ius naturale hæc consequentia. Igitur Naturæ ei impedimento est,

est quominus in iudicio filius cum patre contendere possit : quia est eadem persona. Vel quominus filius patri furtum facere possit ; ex eadem ratione. Vel quominus pater filio possit obligari. Vel quominus pater filio possit donare, l. *Lis nulla 4. de iudic. l. ne cum filio 16. de furt. l. Imperator 50. ad S.C. Trebell.* & in nostra inspectione de donatione, l. 1. §. 1. pro herede, Paulus lib. 5. sentent. tit. 1. i. §. 3. Hoc est, quod noster Tryphoninus in l. *bona fides 31. depositi dixit, admisceri ius Ciui- le iuri Naturali :* posito enim antecedenti ex iure Ciui- li deducitur consequentia ex iure Naturali sic. Se- cundum ius Ciuale pater, & filius eadem persona est. Igitur ex natura rei pater filio donare non poterit. Videndi sunt magni duo Praesides, præstitesque in hac nostra Arte, Antonius Faber in *Iuris prudent. tit. 3. prin- cip. 2. illat. 14. & tit. 8. princip. 1. illat. 4.* D. Ramos am- plissimus Praceptor meus in *M.S. ad leg. frater à fratre 38. de condict. indebit. & num. 7. & 8. Admisetur etiam ius Gentium iuri Naturæ, sit.* Ex iure Gentium in- troductiona fuit dominiorum distinctio, l. *ex hoc iure 5. de iust. & iure.* Posita hac diuisione, iniquum resultat se- cundum ius naturale, si alter locupletetur cum iniuria alterius, l. *nam hoc natura 14. de condictione indebiti.* Igi- tur furtum prohibitum est iure Naturæ, l. 1. de furtis. De quo dixi lib. 7. *O puscular. cap. 2. in fine.* Itaque prop- ter identitatem personarum à iure Ciuali inductam filio in potestate constituto pater donare non potest. Vel, quod idem est, propter readquisitionem ; vt di- cunt alij tantum in verbis dissentientes : quia si yterq; eadem est persona : & pater in domo dominium ha- bet, consequens est, vt donata à patre filio, recurreret fursus ad patrem. Notant post Antiquiores Donell. lib. 9. *Comment. cap. 5.* & ibi Osuald. tit. D. Antonius Faber lib. 20. *conjectur. cap. 20.* cum multis Diana par- te 8. *resolut. moral. tract. 6. de donat. resolut. 21.* Cutellus de donationib. *contemplat. matrimonij factis 1. tomo, discursu*

2. *particula 1.* Henricus Bozarus in tract. de donation, cap. 3. ex num. 5. Primarius noster D. Valentia lib. 3. illustr. tract. 2. de adquir. heredit. ex num. 17. Aliam rationem excogitauit alter Primarias noster D. Pichardus in lecturis ad eundem titulum, cap. 15. num. 44. ne pra nimio amore, quo pater erga filium affectus est, effusis donationibus in eum exinaniret patrimonium suum. arg. ex l. 2. C. de in officios donation. Extendit itaque ius auctoritate, quæ apud Me sane magna solet esse, mores, aut ius Ciuale, quod vigitat inter virum, & vxorem donationibus Interdictis, ad donationes factas a patribus. Quæ ratio nuper placuit D. Hieronymo de Oroz lib. 1. de apicib: iuris Ciuilis cap. 5. num. 37. Sed quanvis singularis sit, & aures demulceat, re altius inspecta subitineri non potest. Quia si ratio affectionis, & charitatis paternæ impedimento esset donationi; eueniret, ut nec in filium emancipatum conferri posset; quia commentum illud iuris non tollity inculum, aut affectum naturalem, multoties enim filii compendij causa emancipatur, l. cum in suo 33. C. de in officios reslam. cum similib. Sed in filium emancipatum licet, licuitque semper patri omne suum patrimonium cōferre; quia haec non est profusio, sed consulta, & prouida donatione, l. 1. C. de his, quib: paupertate vel num. liber. se excusant lib. 10. vi dixi superiori cap. Igitur Ciuilis ratio est, que impedit donationem: id est identitas personarum iure Ciuali inducta. Non ratio affectus naturalis.

2. Hæc itaque ratio, seclusa iuris Ciuilis constitutione, in qua frudatur, decidit, & euaneicit; pone enim ante ius Ciuale, siue ante indicum effectum patriæ potestatis de identitate personarum (qui effectus iuris Ciuilis est, quanvis patria potestas sit a Natura) de hac questione disputationi: vtrum filio familiæ pater donare possit? Vel pone, disputari in illa provincia, in qua secundum ius municipale pater, & filius in potestate constitutus; non reputantur viua eadem

demique persona. In his terminis dicendum est, donationem valere; quia diuersa persona est donatoris, & donatarij. Igitur stando in terminis iuris Naturalis, secundum cuius aequitatem regulatur obligatio naturalis, l. Stichum 95. §. Naturalis desolut. valida est donatione inter patrem, & filium. Ita sentiunt, & recte post Bartol. & alios Veteres Fontanella de pactis nuptialib. clausula 4. glossa 7. part. 1. num. 3. Cutellus d. particula 1. num. 17. Diana d. resolut. 2. 1. Fachinæus lib. 3. controveriar. cap. 77. Ioannes Gutierrez de iuram. confirmator. 1. part. cap. 4. Osuald. ad Donell. d. cap. 9. litt. E. Ex quo recte deducunt, iuramento confirmatam debere substituiri quia nulla ratio turpitudinis, aut præcisè natura lis prohibet hanc donationem: sed merè ciuilis; cui iuramentum religio, & obligatio naturalis præstat. Quidquid nescientes distinguere rationem Ciuilem à Naturali aliter senserint, & cum alijs, Marcus Antonius Maceratensis lib. 2. variar. resolut. 49. num. 5. Henricus Bozerus d. cap. 3. num. 7. pertitum.

Ex quo fit, ut etiam iure Ciuli Romano-rum attento, valeat donatio inter patrem, & filium, quoties eadem ratio identitatis non consideratur; nec readquisitio potest timeti. Veluti si occasione militiae filio militi, vel in militiam prefecturo pater donauerit. Valer enim donario, quia imputatur peculio Castrensi, l. 3. §. secundum 4. de donat. inter. l. 1. l. 4. l. & forte 8. de Castrensi peculio, l. 1. C. de Castrensi pecul. milit. & prefectior. lib. 12. Dux lib. 5. Opusculor. cap. 2. num. 16. In peculio vero Castrensi filius familial pro patre habetur, siue perinde est, ac si in potestate patris non esset, l. 1. §. vli. l. 2. ad S. C. A. acciden. Ex quo fit etiam retentio codicilli calu, ut non fiat Castrensi peculij, & per consequens non valeat donatione, si pater filio in potestate Castrini donauerit, postquam a militia reuerteretur: quia tunc non potest ceneri datum occasione militiae, l. pater 15. in princip. de Castrensi pecul. Cum er-

gò hēc donatio imputari non possit Castrensi pecūlio; imputabitur peculio pagano, siue profectio; quia ex re patris profecta est, vt inquit Papinian. *in eod. text.* In dubio enim, vt aliquid fecisse pater videatur, quando donatio ad suum effectum operandum efficax esse non potest, valet saltē ex tacita patris voluntate, ad constituendum peculium profectitum in re alioquin inefficaciter donata, vt idem Papinianus coniecit *in l. donationes 31. §. pater 2. hoc est tit. notauit que ad vtrumque locum Cujacius; alioquin si non de constitutione peculij, sed de vera donatione perficienda pater cogitauit, nihil actum erit inspecto præsentis euentu, argum. ex l. per seruum 37. §. 1. de adquir. rer. domin. vt post Classicos Veteres docet D. Larreategui, lib. 4. selectar. cap. 8. num. 9. cumque sequutus D. Hieronymus de Oroz, d. lib. 1. cap. 6. num. 39.*

4. Fit quoque ex eodem principio, vt à patre donata filiæ nupturæ, imputentur doti profectitiae, & optimò iurè tibitineantur: quia dōs proprium patrimonium filiæ est: siue quia ius Ciuale huius, vt patria potestas, siue identitatis effectus consideraretur in dote filiæ constituenda: eamque capacem fecit dominij adquirendi ex hac causâ. *l. Pomponius Philadelphus 35. famil. excise.* Notant Paulus Castrensis *in l. 2. C. de inofficio donationib. ex num. 4.* Anton. Faber lib. 7. conjectur. cap. 12. *¶ de errorib. Pragmaticor. decad. 40. error. 9.* D. Larreategui d. lib. 4. cap. 8. cum duob. seqq. vbi de expositione huius legis late agit, D. Valentia lib. 3. illustr. tract. 2. de adquir. heredit. ex num. 25. Nec obstat textus *in l. cum pater 77. §. pater filie 17. de legat. 2.* vbi pater filiæ nubenti mancipia dedit, & tamē data mancipia eius non fecit; quapropter opus fuit fideicommissio, vt partus suscepitos posset retinere. Igitur data in dōtem non sūnt filiæ. Respondi enim post multos, quos retuli lib. 8. *Opusculor. cap. vlt. ¶ infra lib. singulari de do-* *sat. int. cap. 9. num. 4.* non fuisse mancipia data in dōtem,

ten, sed simpliciter, & nulliter donata, vel tradita in ministerium: quare non potuerunt effici filiae.

¶ Repetamus iuris Civilis in hac parte cautionem. In primis agnoscenda est differentia inter donationem in filium collatam, & inter collatam in uxorem. Illa non valet, quamvis sit rei alienæ, l. 1. §. 1. prodonato. Hæc rei alienæ valet, quia donas pauperior non fit. §. seq. ut alibi dico ex professo. Ex illa non resultat, non efficitur titulus prodonato, ut filius rem alienam a patre sibi donatam usucapere possit. Ex hac resultat titulus ad usucaptionem sufficiens. Ratio est, quia posita identitate personarum à iure Civili, non tam prohibita est donatio inter patrem & filium, quā nulla ex natura rei, ut præuidit Paulus in d. §. 1. ibi. Quoniam nulla donatio fuit. Donatio vero inter virum & uxorem annullatur ex moribus l. 3. §. sciendum. de donationib. inter vir. ex inera ratione ciuili, ne mutuo amore coniuges inuicem se spolient; quare ubi cessat ratio, cessat interdictio: cessanteque interdictione, manet donatio rei alienæ, tanquam inter extraneos celebrata, quæ habilis est ad producendum titulum ad usucaptionem habilem. Quapropter ex donatione rei alienæ à marito facta prouenit usucatio; sed ex donatione facta à patre non potest prouenire: quia supposita identitate negandum est suppositum donationis, ex qua possit nasci titulus. Hic discursus petebat multa principia nostri tractatus: sed satisfacimus, si Lectore remisserimus ad notata supra cap. 2. & lib. singular. de donat. inter cip. 5. Ex quo etiam contra Pichard. & Orazium supra relatos concludimus, saluis principijs iuris non posse accommodari nostræ inspectioni rationem prohibitionis donationum inter coniuges: & ut mihi videntur conuincitur, prohibitionem donationis factæ à coniuge mere ciuilem esse: rationem vero prohibitionis a patre factæ esse in suppositione identitatis Ciuii Iuri, in conclusione vero naturalem. Prosequamur

rem. Filius viuo patre rem alienam nulliter donatam possedit sine titulo, naturaliter. Ex naturali vero possessione, qualem etiam habet vxor in re sibi donata contra mores, l. 1. §. si vir. de agnir. pos. non procedit usucatio. Ergo media illa possessione, qua titulo caret, & naturalis tantum est, filius non usucapiet. Hinge, filium patri heredem extitisse; nunquid usucapiet pro herede? Negavit Seruius Sulpitius, & post eum Paulus in l. 2. §. filium. 2. pro herede. Quia in suis heredibus non datur successio, sed continuatio domini, adeo ut nulla videatur hereditas esse paternia, sed filius apparere dominum sublatro patre, cum quo ipse dominus existimatatur, l. in suis 11. de liberis & posthum. Ergo post mortem patris non nascitur nouus titulus, ex quo possit usucatio procedere. Sed non accedente novo titulo ab alia persona causato, nemo sibi ipso est mutare causam possessionis, l. non solum 33. §. quod vulgo de usucap. d. l. 2. §. quod vulgo 1. pro herede. Igitur filius, qui ab initio sine titulo caput possidere; & postea novum titulum nactus non fuit, ex neutro capite usucapere poterit. Nec quasi donatarius, nec quasi heres patris. Sed nunquid poterit continuare usucationem rei a defuncto exceptam, tanquam si in illa donatione intercessisset? Videlicet negandum; quia duo in solidum eandem rem possidere non possunt, & unius alter iniuste possideat, l. 3. §. ex contrario 5. de adquir. possess. Ergo ex quo filius caput possidet, pater amittit possessionem, & per consequens naturaliter intercepta usucatio fuit, l. naturaliter 5. de usucacione. Nihilominus dicendum est, per donationem a patre factam non fuisse interruptam eius usucationem: ratio, ut ex filio, est; quia possessio a filio accepta, vel usurpat, non subvertit patrem iure usucapiendi, ut de serio docuit Julianus in d. l. non s. l. 33. §. 11t. de usucap. Ergo quantumvis filius naturaliter possideret, pater usucapiebat tamen nulliter filio donatam, & a filio na-

turaliter possessam. Ergo filius tanquam successor patris, & ex paterno titulo poterit a patre cæptam possesse fissionem continuare. Inter utrumque vero casum logica differentia est: quippe si filius veller ex causa donationis usucapere, sibi tali usucaperet: at vero usucapiens tanquam sius heres, usucapi pro parte, quam ut heres posidet, & reliqui heredes pro suis partibus usucapiunt. Et hunc esse sensum Iuliani in d. l. 2. §. quod vulgo, patet: verba sunt. *Cui consequens est*, ut filius a patre heres institutus, res hereditarias a patre sibi donatas, pro parte coheredum usucapere non possit. Negat, usucapere posse pro parte coheredum. Ergo fitetur pro parte sibi contingente posse usucapere. Adiucatur haec nota his, quæ dixi in M. S. Academicis ad tit. de usucaptionibus. 2. p. sectione de titulo.

6. Proxima superiori quæstio est, utrum donatio a patre in filium collata morte patris tacito quodam iure confirmaretur, ut ex rescripto Antonini Caracalla confirmatur donatio inter coniuges: *I. cum hic statu s. 32. de donat. inter. Quid in re, si ipsa l. Consultorum verba intieamur*, nihil certi statuere poterimus. Paulus quippe lib. 5. sententiar. tit. 1. de donationib. §. pater 3. vindetur innuere tacita, & persecrantis usque ad finem voluntate confirmatam olim suisse, verba sunt. *Pater filio fam. aliquid donauerit, & in ea voluntate persecuerans decessit, morte patris donatio conualescit*. Per contrarium idem Paulus in d. l. 1. §. 1. pro donato. & in l. 2. §. filium 2. pro herede. Iulianus, indicant morte, & sola persecutaritia non confirmari, liquidem etiam post mortem docent, inutili esse donationem, nec titulum affecte ad usucacionem. Deinde Papinianus in l. donationes 3. l. §. pater. hoc tit. vi confirmata censeatur donatio mancipiorum, de qua in illo textu, requirit, ut sit mens patris imputandi in peculium filiae res donatas: rursus ut pater emancipet filiam, & peculium non admittat emancipata. Ex quo forsitan coniecere possumus, folia

sola voluntate confirmari hanc donationem, non se-
sistit Papinianum. Denique tacito quodam iure per so-
lam perseverantiam in voluntate confirmari, videtur
colligi ex rescripto Valeriani & Gallieni ad Antonium
Potitum, quod refertur in l. 2. C. Gregoriano, fam. excis-
cand. his verbis, si domum, cuius meministi, pater tuus, cum
in potestate eius ageres, nomine tuo dorandi animo comparauit,
iure quidem non subsistere donationem, scire deluisi. Verum si
in extremum fatidicem eadem animi destinatione durauit, iudi-
cium eius iuxta formam constitutam esse seruandum, indubita-
ti juris est. Pro utraque etiam parte solent expendit ex-
tus in l. pater 8. de collat. dotis. l. 2. C. de in officiis. donat.
l. ut liberis 17. C. de collat. honor. nolo tam in illis im-
morari, quia si penitus introspiciantur, ad rem non
pertinet. Ex quibus Interpretes, qui accusati usiuris pru-
dentiam versant, in contrarias sententias recesserunt.
Cujacius quippe ad Paul. d. tit. 11. & in l. 2. pro herede
& tract. 6. ad African. in l. si quando 109. delegat. r. cen-
suit iure antiquo solo silentio, sine speciai voluntate
non confirmari, quem sequitur Bozerus q. cap. 3. n. 8.
Contra Faber de errorib. decade 42. errore 3. Iolum silen-
tium suffecille illo iure existimat. quem etiam contra
Cujac. sequitur Cutellus d. 1. tomo tract. 1. discursu 2.
particula 1. ex num. 31. pag. 66. Unde cum Franciscus
Valduinus in Iulianino folio 64. competeruerit textum
in l. donationes quas parates 25. C. de donation. inter Latum
fuisse a Lustiniano anno secundo sui imperij predictas
que fuisse compositos anno septimo; miratur tot. C. Co-
sultorum responsa, quæ innuunt non confirmari dona-
tionem hanc sola patris perseverantia vel que ad mortem
relicta fuisse in libris iuris, quasi ineuitabilem antimo-
niam componat cum predicta noua lusiniabi consitu-
tione.

7 Ego sub eruditiorum censura ex illico, de
care olim fuisse variatum; quidquid aliter in tribus
solo silentio confirmari donationem paternam; qui-
bus.

busdam verò negantibus. Nec dubito quin posteriorum Principum rescriptis increbuisse, invaluisseque sententia pro confirmatione donationis, d.l.z.C. Gregor. famili. ericiscund. iuncta l.2.C. de in officiosis donation. In eo vero omnes Consulti, Scholæque conformes fuerunt, arbitrum hereditati dividendæ assumptionem, sequuturum fuisse destinationem voluntatis paternæ, & adiudicaturum tanquam præcipua filio, ea, quæ ex causa donationis quamvis nulliter factæ à patre acceptæ, nisi eam reuocauerit, vel tacite, vel expresse, secundum coniecturas, & præsumptiones, quas cum cura prosequitur Menochius lib.3. presump. 29. ex num. 66. quod probant dissentient textus in d.l.2.C. de in officios. donation. l.pater 8.de collat. dot. Itaque, qui docebant non confirmari solo silentio donationem paternam; non negabant, arbitrum debere tanquam præcipua adiudicare filio donata: quia actus nullus ad operandum effectum donationis, operatur designationem voluntatis paternæ, quam arbitrus sequatur: notaui alia de regens lib.3. unalecto de interdictis, & relegat. num. 78. Dicamus ergo donationem non confirmari, ut donation est; sed voluntateni paternam ad exitum effectumque produci per arbitrum. Vnde si res aliena à patre donata fuit, filius nec olim, nec nunc eam usurpare poterit, quamvis pater in eadem voluntate perseveret: cù enim donatio rei alienæ in solo titulo consistat, quia non potest statim transferre dominium, ut dixi supra d. cap. 2. Et hic non confirmetur, sed maneat nullus tanquam in suo initio; consequens est, ut usucapio procedere non possit, d.l.1. §.1. pro herede, l.2. §.2. ut pro donato, nec etiam possit arbitrus rem illam filio donatario adiudicare, cum in hereditate patris non sit. Nihil ergo amplius constituit Iustinianus in d.l. donationes quas parentes, & nihilominus in nonnullis partibus noua constitutio est, sive noui iuri inductiua, ut Interpretes loquantur; de quo tam en dixi infra lib. singulare de do-

nation.inter.cap. 9.num. 5. quare hic non repeto. Pro ex-
plicatione etiam eiusdem legis, agunt Auctores de re-
troactione huius donationis, tanquam ad fructus, quā
quoad alios effectus. Varièque distinguunt, imò digla-
diantur relati à Fachinæo lib. 3. controuers. cap. 73. Ioan-
nes Baptista Costa de retrotract. cap. 8. casu 25. Cutell.
d. particula 1. ex num. 22. Ego vero persisto in his, quæ
tradidi d. cap. 9, ne iterum inculcem.

Ex nuper dictis consequor, res à patre
filio familias nulliter donatas non deberi ab eo con-
ferri cæteris fratribus, cum quibus venit ad successio-
nem paternam. Dicamus clariùs, ut recidimus Inter-
pretum controuersias hac in re; quæ forsà solo vociis
sono differunt. *Filius fam. non tenetur conferre, si potest si-
bi reservare præcipuas, res à patre acceptas ex causa donatio-
nis: in quantum donatio illa non est in officiosa.* Itaque desti-
natio illa voluntatis paternæ, quæ refultat ex donatione
nulliter facta, efficit, ut per officium arbitri, qui di-
vidit hereditatem, retineat filius præcipua, quæ sibi
donata sunt. Ratio est, quia donatio hæc pro tunc nul-
lum habuit effectum; sed nemo videtur operari ab'q;
aliquo fine. l. si quando 109 delegat. 1. Ergo deseruit, vt
post mortem patris remaneat filio, nec in cumulum bo-
norum redeat. Sic expreſſius, quam cæteri, argumen-
tatur Antonius Faber decad. 40. error. 3. Probatur confe-
quentia ex l. si non mortis 25. de inofficiosa testam, in qua ne-
cessaria est voluntas patris, ad hoc vt filius imputet le-
gitimæ, quæ à patre accepit per donationem inter vi-
uos, de qua nunc loquor. Ergo sine hac voluntatis ex-
pressione non imputabit legitimæ, sed præcipua reti-
nebit sibi donata. Item ex l. filie 18. C. familie ercisc. vbi
qua pater comparauit filia nomine, vt ei donaret, sibi
præcipua reseruat, si pater non mutauit voluntatem.
Idem etiam probat text. in l. penult. C. de collation. bonor-
ia quadonatio siplex vni ex filiis facta non conser-
tur, niū pater expreſſe dixerit, iusseritque conferri.

Iungendi sunt, text. in l. 1. C. Hermogen. hoc tit. l. cum de bonis 11. C. hoc tit. l. 2. de in officiis donat. Nihilominus coniecturas de facienda collatione admittunt Rota apud Ludouisium decis. 568. Merlinus de legitima lib. 2. tit. 2. quæst. 29. ex num. 45. Mangilius de imputation. qd. est. 29. num. 2. & 6. Alijque apud Cutellum tomo. 1. discursu. 2. particula 11. num. 24. & 25. pag. mihi 299. Quod non displicet, si tales sint coniecturæ, ex quibus animus patris volentis collationem fieri dignosci sat is possit. Maneat ergo secundum ius Ciuale verissimum, simplicem, puramque donationem in unum ex filijs collatam, conferendam non esse, nisi pater voluerit, aut dixerit. Quam tentiam ultra relatōs, & cum multis à se relatis tenent Fachinæus lib. 5. controversiar. cap. 82. Fontanella de partis nuptialib. 1. tomo clausula 4. glossa 1. ex num. 40. Antonius Gomez in l. 29. Tauri ex num. 12. Facta vero ob causam in dubio confertur, veluti ob matrimonium celebrandum, ob sacros ordines suscipiendos: quia non centetur facta animo omnimo do liberali, sed potius, ut representata parte debita ex hereditate paterna facilius filius statim consequi valeat, l. vii liberis 17. l. pen. & auct. ex testamento, secundum vulgare intellectum. C. de collar. honor. Docent Auctores nupc. relati, & Regnicola in d. l. 29. Tauri, & ad tit. 6. lib. 5. Compilat. & pro multis noster Larreategui, qui communem hanc opinionem egregie adseuit aduersus Schifordeggerum lib. 2. ad Fabr. tract. 15. per totum, cum suo Antelignano contrariam persuadere cupientem. Locus extat lib. 4. selectar. cap. 10. per totum.

Sed ex diametro obicit proximè dictis tex. in l. si collatione 13. C. de collation. honor. in qua expresse sancitur, donationem factam vni ex filiabus in potestate constitutis, conferendam esse, si velit cum sorore sua succedere. Quæ decisio aperte contraria est nostræ sententiæ. Varias solutiones consingunt Fachinæus lib. 6. controversiar. cap. 64. Osualdus apud quem

alij, lib. 9. ad Donell. cap. 5. litt. F. D. Larreatigui d.
lib. 4. cap. 8. ex num. 7. Nicol. Genoa, & alij, eiusdem
instituti scriptores. Faber etiam decidit. 4. error. 1. einē-
dat locum, & pro patre reponit matre. Ego, absque
præjudicio meliora afferentis, aut censentis, existimo,
solutionem petendam esse ex illis verbis: cum sorore pa-
tri communi succedens. Quæ videntur mihi significare,
filiam donatariam succelsisse patricommuñi per me-
diam sororem: id est, sorore faciente locum succesio-
ni paternæ. Finge filiam donatariam institutam fuisse
ex debita, tantum, portione; nequæ sescuncia; siue un-
cia x dimidia; sororem fuisse ex heredatam secundum
ius Codicis; egisse quæ relâ inoficiosi testamenti, euer-
tisse paternum iudicium, rem devoluisse ab intestato:
filiam que instituta in quæ ex testamento latura erat ses-
cunciam, substulisse semissim cum sorore sua, & id
est propter sororem succedentem; in hoc casu locus est
collationi donationum, l. ut liberis 17. C. ead. tit. vide,
qua nuper dixi in aduersarijs. cap. 2. ex num. 5. In quo
citram divisionis vicium potest singi hypothesis d.
l. 13.

10. Succedit, ut de iure nostri Regni videa-
mus, & quidem iure Septempartito vix aliud dici po-
test, quam quod tenimus secundum ius Civile Ro-
manorum, ut collatex l. 3. tit. 4. Part. 5. l. 4. tit. 15. Part. 6.
Iure vero nouiore, quod extat in l. 29. Tamen, quæ est l. 3.
tit. 8. lib. 5. Compilat, tantisper immunitatum est, ut ex eius
lectione apparet. Filius enim donatus, qui vult cum
fratribus patri succedere, siue ex testamento, siue ab-
intestate, nihil sibi præcipsum retinet; sed donata co-
fert, siue ob causam donatio sit, siue simplex, & pura,
In quo a iure communii recepimus est; nam apud Nos,
si filius vult se in miscere paternæ hereditati; veleani
adire; donatio à patre facta nullam indecit meliora-
tionem. Quid si filius, filiave contenti rebus donatis
ablinquant a donis paternis, vel hereditatem repudiet,

nolintque cum fratribus succedere, siue ab in testato,
siue ex testamento; tunc non est locus collationis; præ-
cipua sibi continent donata. Nisi ex alio capite donatio
moderanda sit; nempe quia sit inofficiosa: quo in casu
filius donatarius tenetur excessum refundere fratribus
propter inofficiositatem, non iure collationis. Tunc
vero dicitur inofficiosa, quando excedit tertium, &
quintum bonorum, ut cap. 8. dixi. Quam praxim te-
neri stylus, eamque ex praedita l. colligunt recte Velaz-
quez de Auendaño, qui Regnicolas refert in d.l. 29. glo-
ss. 2. Valascus in praxi partition. cap. 13. ex num. 40. &
ex num. 86. usque ad 93. Pichard. noster in l. que pater
50. famil. ercise. sub §. quedam 20. inst. de
action. art. 3. ex num. 4. maximè num. 20.

Hermosilla in d. l. 3. fere per
totas Glossas.

CAPIT XI



Y 3 SE:

SECVND A

PARS.

In qua agitur de personis, quibus donare interdictum est ex natura rei, sicut in Civilibus constitutionibus. Ad explanationem secundæ partis nostræ distinctionis, quæ est DATIO.

CAPVT XI.

De his, quibus ob defectum iudicij interdictum est donare. Vel ob defectum plenæ, & libera administrationis.



I repetierimus, quæ diximus supra cap. 2. compertum erit; donationē non aliter fieri, quam per datio- nem; siue per translationem domini- nij rei donatæ in accipientem, l. in ædibus 9. §. vlt. hoc rū. Igitur quicū- que dare non potest, donare no- test. Quidam verò dare non possunt ex defectu animi, seu iudicij: quidam ex defectu liberæ adminiistratio- nis: quidam ex defectu dominij. De quibus sigillatim

videndum est; sed primò auream sententiam Pontificis præmittamus, qui sit nostræ doctrine cardo in cap. quod autem s; de iure patronat: nempè pro non dato habeti, quod ab eo donatur, qui non potest de iure donare.

2. Ex defectu animi, seu iudicij donare non posunt furiosi, amentes, mentecapti, l. Modestinus 23. § 1. hoc tit. Item infantes, imò pupilli, quod patet: qui à nullum actum facere iure posunt, per quem patrimonium suum diminuant; donare verò est diminuere patrimonium perdendo, l. filius 7. hoc tit. Idem de prodigijs dicendum est, quibus rerum suarum admittitatio interdicta est, l. is cui bonis 6. de verbis obligat. Quæ omnia communia sunt omnibus tractatibus, qui per contractus commutatiuos exerceantur; quare in presenti indicare, & attingere sufficiat.

3. De minoribus viginti & quinque annis maiori cum cura videndum est; vtrum ipsis permisum sit donare? Et quidem licuisse, licereque ipsis causa mortis donare, o maiis in comperto debet esse: cù eam liceat minori per testamentum, codicilos, & quinque ultimam voluntatem de rebus suis disponere, l. à qua etate s. qui testamēta facere poss. poterit etiam mortis causa domare: quia donatio causā mortis ultimæ voluntatis species est, l. vlt. C. de mort. caussa donat. iuncto §. cù m ergo 7. inst. quib; ex caussis manumittere non licet, vt interim pono cum Tiraquelle in l. si unquam verbo donatione largitus num. 204. iuncta doctrina nostri Arij de Mella lib. 2. variar. cap. 39. num. 15. contrà Cald. Pereiram in d. l. si curatorem verbo huc contractum num. 22. Sed int̄r viūos non tam indistincte donare potest; quia absolute, libera, & plena rerum suarum admittitatio, & omni noda de rebus suis dispositio ipsiis non creditur ob lubricum consilij, l. 1. de minorib. Distinguamus ergo minorem habentem curatorem ab eo, qui non habet: qui curatorem habet, comparatur pupillo, vel verius comparatur ei, cui bonis inter-

dictum est ex lege Lætoria, l. si curatore habens 3. C. de integrum restitut. Ergò non poterit donare. Quam sententiam sequor cum Paulo Castrensi, & Aretino, quos refert Caldas ubi proximè num. 19. versc. ex quibus. Licet in versiculo sequenti, Caldas ipse contrariam defendat. Qui verò non habet curatorem, donare poterit: quia nullus actus dispositionis interdictus est minori curatorem non habenti, licet parata eis sit restitutio, d. l. s curatorem 3. Igitur nec donatio ipso iure erit ei interdicta. Scio viros doctissimos in facti contingentia respondisse, donationes factas à minoribus sine curatorum auctoritate, & consensu, & sine probatione iuste causæ apud Iudicem, nullis esse, aut non valere: sed ad rem practicam intenti, de effectu potius agunt, quam de iuriis subtili ratione: quia statim plenissime ei subvenitur per restitucionem, sine probatione læsionis: quia ipsa donatio lexio est, d. l. filius 7. hoc cit. Sic accipio multorum doctrina in apud D. Valenzielam consil. 148. art. 3. Noguerol allegat. 34. num. 21. Et 22. D. Emanuelem Romanum Valeron nouissimè de transfectionib. sit. 4. q. s. 1. sex num. 32.

4. Pro qua doctrina in primis expendo text. in l. si in te 2. C. si aduers. donat. ubi distinguentes Cæsa res intè prediarustica, & cæteras res; donationem prædij rustici ipso iure nullam esse afferunt, quia rerum rusticarum, vel suburbanarum immobilia omnia da alienatio ipsius interdicta est sine decreto l. 1. de reb. eor. l. 2. Et ferè toto tit. C. de predijs, Et alijs rebus min. à donatione cæterarum rerum; quam validam quidē esse supponant, residiadique per restitucionem decidunt. Posset alius dicere d. l. 2. accipiendo esse de minore curatore habente, & cum eius consensu donante in verum in promptu erit negare propositionem, cuius mini nō teatus inveniuit. Expendies iam potest text. in l. filius 4. C. de inefic. donat. in qua immoderata donatio filii à patre, ciusque herede restiaditur auxilio in-

integrum restitutionis ex capite minoris aetatis. Ergo quia ipso iure tenet, arg. ex l. in causa 16. de minor. Nec oblitus textus in l. vls. versic. cum autem donatorem. Caso maior factus alienat. fact. sine decreto rati hab. ubi docemur donationes absolute a minori celebrari non posse: accipiens quippe est de donatione praedii rustici seu suburbani earumq; reru, quas sine decreto nullo modo alienare potest, ut ex rubrica subqua facit, aperte colligitur, & supponit ibi omnes clavis, iuncto tractatu *Fa*
rini in *nouissimo* repertorio de *Contract.* qu. s. 18. Non etiam oblitus textus in l. apud Celsum 4. §. si minor 9. de dol malo, metueque except. in quo proponitur minorem infinitam mihi dona esse, id est, seruum minorem septenio, postque vindicasse infantem mihi donatum; ait consultus repellendum esse doli exceptione, nisi paratas sit impenias mihi soluere, quas in exhibendo, & aliendo eo feci. Expenditur ita: si valeret donatio dominium translatus esset in donatarium d. l. in edib. 9. vls. hoc sit. translato dominio, non posset donans seruum a te ab alienatum vindicare; quia tantum illic competit vindicatio, qui dominus est. l. in rem actio 23. de rei vindicat. Ergo nulla donatio fuit, deficienteque titulo dominium translatum non censetur, quantis non sit de praedio rusticico, aut sub urbano, sed de seruo infante. Verum facile respondetur, intentum consulti solum faimie inuestigare, utrum vindicari posset seruus infans a donatore, qui impenias educationis non refudebat donatario, ut peruidierint, quantis in modo explicandi diligenter. Accursius ibi verbo alimenta, & Cu-
jac. lib. 9. obs. cap. 38. & tract. 8. ad Afr. in l. cum & for. 44. deact. empt. quare non multum curati explicate terminos, per quos locus fiat vindicationi. Raphael Cuman. in prad. textu alteruirt, restitutione petitare res cis sum fuisse donationem, & per hanc cœpisse seruum donatum vindicari. Galdas Pereyra in d. l. si curatorem habens, verbo hunc contractum num. 19. versic. ex quo in for-

ur, existimat, vel supponit minorem habentem curatorem donatio, & recedit beneficiem summa donationem. Ambò recte nam textus hic volumen exigit comodam positionem cuius, per quam fuerit causa ex post facto donatione, sive ab iacto nulliter facta, locus fac vindicationis, de cuius exitu tantum quærit Consultus.

Vnus casus est, in quo potest minor donare prædium rusticum, aut sub urbanum, ceteraque res, quas sine decreto alienare non potest, videlicet, si propter nuptias donauerit, accedente curatoris consentia, & decreto iudicis, l. i. C. si aduers. donat. d. l. vlt. C. si maior fact. l. non solum 4. l. Predia S. C. de predijs, & alijs reb. min. l. i. C. Gregor. si aduers. donat. spors. f. et. & nihilominus, si obreptum iudicis sit, & immoderata proprie[n]tate nuptias minor donauerit, gaudet in integrum restitutionis beneficio d. l. i. C. si aduersus donat. cum supra ci- sat. Quidam decretum iudicis, & auctoritas tutoris non tollunt beneficium restitutionis, quanvis difficultus soleat impetrari predictis requisitis accedentibus, ut notaui lib. i. opusc. cap. 9.

Illiud tamen commune est donationibus, siue validis, siue nulliter factis à minoribus; ut post completam legitimam viginti, & quinque annos, runci etatem per decennium siluerint inter presentes, & per viceannum later absentes, longo silentio con- ualebit donatio, aut ratificatur tacita voluntate, ut probatur ex d. l. vlt. In fine C. si maior factus. Notantque Cujac. lib. 7. obs. cap. 5. Menoch. recuperanda remed. 51. ex num. 149. Ioannes Garcia de donat remuneratorianum. 34. & seq. Caldas d. verbis hunc contraculum num. 19. Thomas Sanchez lib. 6. disp. 38. Diana part. 8. resol. mir. tract. 6. resol. 4. & 7. qui cum Moralibus disputat, utrum donatarius statim teneatur accepta restituere minori do- nanri; quando donatio non subsinetur. Et ius quæ- quis decisio ex propensis principijs de promenda est.

est. Donatarius quippe, qui expectare potest confirmationem donationis tempore faciendam, si per decenium in eadem voluntate minor maior factus perseveret; non tenebitur se ipsam prodere, & statim a se abdicare res acceptas, ab eo, qui consilij naturaliter expers non est; donec reclamet donator ipse, & in iudicio petat rescissionem donationis. Nisi ex alio capite iniusta, vel illicita donatio sit; veluti ob metum, vel deceptionem, &c.

7. Prosequamur de defectu dominij, ob quem donatio prohibetur. In primis tutores, vel curatores donare non possunt res pupillares: quia domini loco habentur, cum administrat, non cum dilapidant, pupilli mye spoliaut. *l. quifandum 7. §. tutor. 3. pro emptore.* Igitur cum donare sit perdere, *a. l. filius fam. 7. hoc tit.* consequens est, ut ipsis non sit concessum donare. Quae ratio probat, tui ore n per se, & independenter a pupillo, vel ab adulto curatore, donare non posse. Verum, quia facile foret curatori, tutori ve pupillum, vel minorem mouere ad donationes faciendas; non sicut ipsis concredita tam libera administratio, aut tam estraneis: quia esset minoribus ipsis res plena captionis, & periculi: itaque ad utilitatem possint administrare; sed non donare bona pupillorum, *l. tutor ad utilitatem 22. l. Lucius 46. §. xl de administrat. tutor. l. 1. §. 1. de tutela, & rationib. distractab.* in qua Vlpianus ex Iuliano docet, pupillum donare non posse tutori etiam auctore mortis causa: nam sicut testamenti factio pupillis concessa non est; ita nec mortis quidem causa donationes permittenda sunt. Hic locus a fortiori probat, nec permitti pupillis donare inter viuos: quia magis per has donationes, quam per donationes causa mortis pupillus spoliatur, *l. Senatus 35. §. 1. de mort. causa donationib.* Probat etiam, ut existimo, dissentere, quod posci supra num. 3. adultum donare posse mortis causa; aut erit incepta Iuliani ratio: quia adultus testamentum facere

potest. Non probat distincte, an necessarius sit consensus curatoris, ad hoc ut pubes causa mortis donet? Ego huius textus deciliohem respiciens dicere ne-cessarium esse alienum curatoris, si minor curatorem habet, propter extrinsecam formam donationis causa mortis, in qua magis comparatur acibus viuentium, quam testamentis. Et sic acciperent doctrinam ampliter fundatam a Caldas Pereira d. num. 3. relato. Sed prosequamur. Probatur eadem assertio ex l. non omnib. 16. C. de administr. tutor. l. vlt. ff. de curatorib. furioso. Facit text. in l. less que tutores 22. C. de administrat. tutor. Docet Oluald. ad Donell. lib. 3. cap. 2. litt. E. & alij statim refe-rendi.

Non tantum abscise haec diceenda sunt: donare quippe potest tutor pupilli, vel curator fatus cum cognitione iudicis, si hoc faciat ex magna pupilli utilitate, d. l. vlt. de curator. furib. Qui textus praclarus est, ad probandum ex iusta causa remunerationis licitam esse hanc donationem! sicut tamen, ut praetextus remunerationis qualitas non sit, id est, non sit remunerationis causa obrepta in fraudem purae donationis, sed benemerita, & qualis remunerandi necessitas vera sit, & cetera iudice propositur. Notant in hoc sensu accipiendi, ex concordantes Caldas Pereyra in d. l. si curatorem habens verbo sine epatorie constitutus, num. 119. Ioannes Garcia de donatione remuneratoria num. 22. Pater Molina de iusti. & iure tract. 2. disput. 292. Me-noch. de recuperanda remedio s. num. 163. & alij apud Diaz nam d. 8. part. tract. 6. resolut. 17. Sollennia etiam munera, a quibus cessare pupillus non posset sine reprehensione, iuxta Romanorum conluctudinem, mittere tutor potuit. De quibus in l. cum filiis 12. §, cum tutor l. tutor 13. §, vlt. de administrat. tutor. l. 1. §, sed si tutor s. de tutel. & rat. distrahit. Quis illius cui supra 2. cap. & lib. fin. gul. de donat. inter.

Tutoribus, & curatoribus similes sunt Syn-

dis-

dici vniuersitatum, decuriones, & hi, qui publicam rem administrant; quibus donare de re vniuersitatis regulariter non licet. l. 2. §. ius Reip. 8. l. decurionis s. de administrat. rer. ad Ciuit. pertinent. Idcirco ambitiosa de creta, quæ vanæ ostentationis causa, & gratiæ auræ popularis captandæ emitunt, reficendi iubentur, tanquam Reip. pernicioса text. optimus in l. Preses 12. C. detrac- fall. l. ambitiosa 4. de decretis ab ordine faciend. Notant ad rem Tiraquell. in l. si unquam. 3. C. de renocand. donat. verbo donatione largitus num. 31. Bobadilla lib. 3. po- lit. cap. 8. num. 8. & 91. Quod si aliqua obsequia impē- sa sint Reipublicæ, remuneratione digna, non interdi- citur ipsi facere iustam retributionem, cū causæ cog- nitione, & superioris decreto: quemadmodum nec interdicitur pro operis impēdendis salario constitueret. l. ambitiosa 4. §. vlt. l. unica C. de probendo salario. Vi- dendis sunt Lollæus de iure vniuersitatis 3. part. cap. 11. & cum alijs Diana d. 8. part. tract. 5. resolut. 16. & in com- muni ad rationem defestus domini in his administra- toribus reip. Valeron, qui hanc partem fundat, illus- tratque de transactionib. tit. 4. quest. 3. ex num. 3. Statu- ta vero sunt municipalia Supremi Senatus auctoritate confirmata, per quæ certi decurionum permittitur in pios vius aliquam erogare quantitatibus veluti in Alma nostra, & Nobilissima Ciuitate Salmantina, usq; que ad tria millia marapetinorum: in mea Vniversitate usque ad decem millia. Sed de his, quæ politiam spe- cialem respiciunt, non est mihi propositum agere.

10 De filiofam. iam videndum est. In quo supposita aliud plena ad donandum capacitate, distin- guenda sunt res, siue peculia. Quippe de populo ca- strensi, aut quasi castrensi donare recte potest. l. filius fun. 7. §. vlt. hoc tit. quæ de redixi lib. 5. Opusculor. cap. 3. & quidem plane, ut nuper censuit, qui haec laude magis dignus est a sedulitate, & copia, quæ ius nostrum tractat D. Emanuel Rontrani Valeron sepe in partes vo-

catus, & vocandus in predicto lib. de transaction. tit. 4.
quest. 4. Num. 6. De peculio vero profectio, quod pa-
tris est §. actiones 11. inst. de actionib. ob defectum do-
minis donare, perdonare; aut gratujo remittere no
potest, probant textus, qui promiscuo in seruo, ac filio
familias loquuntur, In quibus hac in re, siue in hoc pe-
culio militat eadem ratio, in licet contra 28. §. si filius 2. de
pactis l. ratio 3. §. si seruus 8. dedonation. inter l. 1. §. 1.
quaores pignoris l. filius 7. hoc tit. l. si quis uxori 52. §. 6
seruus 26. defact. Ad quod peculium referendum est VI-
piani responsum in l. apud Celsum 4. §. vlt. de doli except.
vt post Accuris. & Fibrum retuli d. cap. 3. num. 1. in si-
ne, & mecum nouissime consentiens Valerond. quaest.
4. num. 9. Verum in filiis hoc non est perpetuum; ec-
cè enim si filius vir magnæ, & axillanarde auctorita-
tis sit, veluti Senator, aut in simili culmine dignitatis
constitutus, tacitam videtur habere voluntatem, aut
permissionem patris, vt ex causa necessaria, & solli-
ta donet, d. l. filius fam. 7. verific. videamus, haec sit quo in
casu, nisi adempta expresse fuerit, visetur ei concessa
donandi facultas de peculio profectio. ne alioquin
reprehensioni obiectus viaat, vt indicat id in
textus Igitur, cum solus defectus bonorum impedi-
met sit filio, vt donare non possit; cōsequens est, per
mittēte patre posse de rebus profectiis, vel alijs qui
buscumque paternis, facere donationes, etiam causa
mortis, l. tam. is 25. §. 1. de mortis causa donation. De quia
dixi, nec repeto, lib. 1. Opusculor. cap. 22. num. 8. Adden-
dus est Scipio Gentilis in tract. de bonis matern. cap. 27.
Ex hac tacita permissione, sū ut vocat interpretatio,
multa inferunt Moralista circa donationes factas a fi-
liis familias, vel teruis, de substantia, quam genio suo
defraudantes, naturaliter sibi querunt, nec referunt,
aut inferunt in patrimonium domini, patrisve; sed sibi
retinent ad ministracionis potius, quam domini i. re.
Quæ Nos prosequi, esset a proposito nostro alienum.

Videndus est: cum multis Diana d. tract. 6. resolut. 5. & 9. Rebus de peculio aduentilio disputare, cuius proprietas filij est, vlus fructus vero ad patrem spectat. Nihilominus donare non possunt proprietatem rerum huius peculij, non quia aliena sunt, sed quia ipsi omnimoda administratio, & de rebus praedictis dispositio per constitutiones adempta fuit. l. vlt. 9. filij autem C. de bonis quae liber. De illis vero, quarum vlus fructus patri non adquiritur, ut in nouella 117. unde sumitur authenticus excipitur C. eod. tit. donationes facere possunt, ut docet Scipio Gentilis in predicto tract. de bonis matern. cap. 27. Petrus Gudelinus de iure novissimo lib. 1. cap. 13. Multo ergo minus licebit patri donare, cum proprietas filij sit, l. si quis prioris 3. cum auth. ibi posita C. de secund. nuptijs notat Gentilis ubi proxime cap. 13. & Clasici ad predictos textus.

CAPUT XII.

De Donationibus Pralatorum.

INITIVM disputationis erit distinctio bonorum, de quibus facienda sit donatio. Alia quippe bona sunt Fabricæ, Ecclesiæ, vel propria, perpetuaque ipsius Episcopatus, aut Beneficij. Alia sunt quæ proueniunt ex redditibus ecclesiasticis, qui cedant singulis annis Episcopo, aut Beneficiato sine detrimento, aut dispensio sortis, dotisque principalis. Igitur ut a facilitioribus incipiamus, supponimus, ponimusque pro regula constanti. Pralatum donare non posse res proprias suæ ecclesiarum, l. iubemus 14. l. priuilegia 17. quæcunque Græca, &c. nouiter ex Basci Codici restituta per Antonium Augustinum, Cu-

Jacium & Contium, C. de sacrosanct. Eccles. probatū etiam ex nouella 7. in qua extat mentio prædictæ nouæ constitutionis, & ex nouella 120. cap. 1. Non tantum vero interdicti fuit Prælati simplex puraque donatio, sed etiam remuneratoria in d. l. labemus 14. verſe. Scientes, quæ sit ratio hec alicuius collati beneficij in ecclesiā, prout hodie legitur in emendationibus Codd. Nihilominus veteres Interpretes, & ab his Badus alter ex prædicto textu collegerint; censentes interdi-ctum fuisse prætextum remunerationi quæsumum; non vero remunerationem iustum: in quorum libris forsä mendosa lectio fuit; quia loco illorum verborum calati beneficij proculdubio legibatur colorati, iuxta quam lectionem repetitum ad prædictam legem; concluden-tes posse prælatos remuneraciones iustas facere de bo-nis ecclie: quia haec non tam donationes sunt, quam ex solutiones debiti naturalis.

2 Ex hoc fonte sanctiones Canonice maiori ex parte fluxerunt, secundum quas firmiter tenendum est, Prælatos non posse simpliciter donare res Ecclesiæ; sed modo, & forma à iure præcripta seruatis, posse de illis facere retributions, & remunera-tions beneficiorum. Ratio est, quia non sunt earum domini, sed øconomi cap. fraternitatem. 2. de donat. hec noscio tis. Reniuneratio vero non est purè donatio; sed quodammodo debiti præstatio, l. Aquilus 27. l. si pa-ter 34. §. 1. hoc tis. ut suo loco dixi. Quare non sicut in-terdicenda prælatis, ne alioquin vel in gratitudinis no-tam subirent; vel non esset, qui beneficia, operas, sub-fidiaque in eccliam conferret; si sciret tibi remune-randum non fore. Ad modum remunerandi spectat, vt fiat iuxta feruimus meritum cap. exterum 3. hoc tis. cap. relatum 12. de testamentis, ne alioquin exuberantis remu-neratio ambiti se prodigalitati Prælati attribuatur, docent Molina de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 17. Bur-gos de Paz consilio 23. num. 16. Valenzuela cons. 14 8.v. 60.

30. Ad formam vero pertinet, ut fiat consensu, & approbatione Pontificis, ut in specie textus in cap. pertuas s. hoc tit. vel Metropolitani, & Coepiscoporum iudicio iuxta Canonis Concilij Quarti Toletani Decretum, quod refertur in cap. quicunque 66. 12. quest. 1. Velsuccessu temporis cum alieno, & deliberatione Capituli, quæ solemnitas loco prioris successit, cum difficile visum fuisset Metropolitani, aut Primatis, & Coepiscoporum sperare alienum ad alienationem rerum ecclesiasticarum: siue Ius hoc inductum esset a Concilio 4. Carthag. can. 32. siue a Leone I. vt indicat Gregorij Noni Compilatio in cap. 1. de his, quæ sunt a Prelatis. & Gratianus in cap. sine exceptione 52. 12. quest. 2. de quo magis exactè querunt vir clavisimius Antonius Augustia. de emendat. Gratiani lib. 1. dialego 14. Seuerinus Vinclius in notis ad Concilium Valentiniū sub Damaso congregatiū anno Christi 374. in tomo suo editionis pag. 509. Itaque textus, in quibus retributionis mentio fit, siue remunerationis ab Episcopo factæ accipiendi sunt sub predictis terminis, videlicet iustæ, & equæ causæ; & simili seruatae solennitatis, ut in cap. quin circa 22. de privileg. cum alijs Alioquin enim nendum donatio, sed quilibet rerum ecclesiasticarum alienatio ipso iure irrita esset cap. si quis presbiterorum 6. de reb. ecclesi. cap. quisquis 19. cap. quid quid 36. cap. alienationes 37. cap. sine exceptione 52. versio ierit. 12. quest. 2. d. cap. 1. de his quæ sunt a Prelatis. Docent ad rem, cum plurimis antiquiorum Tiraquell. in d. l. si unquam verbo donatione largitus, num. 27. & 28. Palacios Rubios in rab. de donat. inter §. 50. Ioannes Garcia de donat. remun. num. 14. & seqq. relatiæ à Barbosa in d. cap. 3. hoc tit. & in d. cap. relatim detestam. Quæ de donatione bonorum ecclesiasticorum tetigisse leui digito sufficiat, nec mihi fraudi sit, diligentius in tempora non inquirere, à quibus prohibitio, & solennitas inducere fuerunt: quia ad ornatum nostræ Sparthæ non spectat; & quia propria tractatio est Vespertinoorum

Iuris Pontificij sub titulo de rebus ecclesiasticis, quam Antecessores summam diligentia, & speculatione examinarunt, ex quibus rem ex aste illustrat noster Arias de Mesa lib. 3. cap. 23. cum seqq. Addendi sunt Michael Rouselius de histor. Pontificie iurisdict. lib. 5. cap. 1. Renatus Coppius de sacra politia lib. 3. toto tit. 6. pater Thomas Hurtado 1. tomo de congrua substantiatione lib. 1. resolut. 2. per totam Antonius de Quintana Dueñas toto lib. 2. sui Ecclesiastici siue ad Concilium Pictaviense de prohibita rer. Ecclesiasticar. alienat.

3. Maioris tamèn operæ est, & maioris precij, disquirere, de donationibus, quas faciunt Praeplati, & Beneficiarij de bonis acquisitis ex redditibus Episcopatum; aut Beneficiorum; quorum emolumen-
tum ad eos spectat. Quæ inuestigatio nostrà ætate tam exactè à Sapientissimis Theologis, iurisque professo-
ribus, ad examen revocata est; tam acri, seueraque tru-
tina librata, atque discussa; ut labor meus, quem pro-
tenui meo censu Lector exiguum sperare debet, meri-
to superfluus videri possit. Sed quia prælegenti mihi
in nostra Florentissima Academia hunc tractatum, in-
iunxit, vt hac de re paucis, & more meo præcisè age-
rem, quidam ex Proceribus Hispaniae Sapientum, iam
tunc dignis infilis pro meritis condecoratus: non gra-
uabor, vel ad integratatem tractatus, de ea sententiam
meam ferre: sed vt clariori methodo procedam, quæ-
dam prius duxi prælibanda. Et sit primum.

4. Primis Ecclesiæ temporibus omnia bo-
na fidelium: paulatim vero defeciente fraternâ
charitate, omnia bona saltèm ecclesiastica, sub dispo-
sitione, & dispesatione fuisse Apostolorum; in quorum
locum, etiam ad hoc munus, Episcopi Succeperunt.
Nec tunc ambitio, rapacitas, aut auaritia metueban-
tur; primiciae enim Spiritus Sancti, quæ viuebant, vi-
gebantque in posterioribus Ecclesiæ ministris primo illo
anno, meruerunt: vt Sanctissimi Episcopis concerde-
retur

retur omnimoda de rebus Ecclesiasticis dispositio, ero gatio, largitio. Quæ pars illustrari poset, si mores illos describeremus calamo maximi Doctoris D. Hieronymi Latinorum Patrū latinissimi, & facundissimi Epistola 2. ad Neapolitanum. Instituta tamèn hæc, labantibus iam moribus, & in sequiori sæculo, laudabat tanquam admiranda potius, quam imitanda, aut ad usum reducenda Paschalis II. qui vixit ad annum millesimum nonagesimum nonum, ita in suis decretis referens. Canone Apostolorum statutum est, ut omnium rerum ecclesiasticarū curam habet Episcopus, & eas velut Deo contemplante dispenset. Eccè pœnas, interminationes, censurasque latas contrà malos administratores rerum Ecclesiasticarū, disp̄sent, & taliter distribuant, vt sciant, se earum rationem Deo esse reddituros, cui nihil occultum est, qui omnia contemplatur. Cum fiduciam Apostolorū contemplor natam ex candore morum illius sanctissimi, & fœlicissimi sæculi, non possum temperare, quin huic veritati orthodoxæ comparem, & conferam vanam illam opinionem Pœtarum de aureo, quod finxerunt, sæculo. Sic Ouidius lib. 1. Metamorphoseon.

Spontè suā sine lege fidem, rectumque colebat.

Pœna, metusque aberant; nec verba minantia

Fixo ære ligabantur.

Nec multò aliter Tibullus lib. 1. elegia 3. Iuuenialis 5. etyra 6. & alij, quos facilius, quam utilius esset recensere. Sed ad Apostolorum institutum redeamus. Habetur in canone 39. & 41. Apost. apud Gratianum in cap. præcipimus 12. quest. 1. quod confirmavit sanctus Clemens I. lib. 2. constitution apostolicar. cap. 25. Urbanus I. relatus à Gratiano in cap. videntes 26. versc. ipsa vero 12. quest. 1. viderique possunt multa Pontificum, & Conciliorum decreta apud Antonium Augustin. lib. 4. epitomes veteris iuris Pontificij tit. 80. Urbanus tamèn prædictus iā incæpit interdicere, prædiorum ecclesiasticorum redditus in alios usus conuersti, quam pauperum in predicta epistola

sola decretali, ut in Agathensi Concilio Canone 16. Brascharenſi Cap. 2. augeri priuatas opes ex redditibus ecclesiasticis, ac suis cognatis, parentibusque relinquere, quæ Dei sunt. Qua de re multa etiam adducit Michael Rousell. d.lib. 5. de historia Pontificie iurisdict. cap. 1. num. 12. Quibus arctari. & coangustari cœpit potestas ab initio credita Episcopis. Agamus ergo de initio; quo tempore, si forte, aut raro contingere, ut Episcopus male res Ecclesiasticas distribueret; unus ex septem Diaconis ab Apostolis institutis, se illi opponebat, nec à pietate, & necessitate, res diuertere sinebat: videndi sunt Innocentius Cironius ad titul. de officio Archidiaco-ni. Baronius, & alij apud nostrum Arias de Mesia d.lib. 3. cap. 23. ex num. 3.

Ita obviā ibatur largitionibus, & donationibus prophanis, aut profanis: iuxta quod sacerdolum, & ecclesiasticos mores, qui iam non vigent, accipienda sunt multa veterum Patrum, & Conciliorum testimonia, quæ congregavit in conditè, & parum conspecte Gratianus 12. quest. 1. Sed cum Episcoporum curæ aliae debeant esse, quam gerere rerum ecclesiastica-rum aconomiam, merito ad alios translatâ fuit in Cō-cilio IV. Carthagin, ut vacarent lectioni, sacra prædi-cationi, & correctioni morum. Cäperuntque bono-rum ecclesiasticorum quatuor partes heri, ut ex eorum redditibus Ecclesia commodè subsisteret onera sua. Una pars Episcopo eiusque familia alendæ adiudicabatur: alia Clero adscripta fuit: tertia data fuit in opibus subuentandis: quarta fabricę, sine ædibus sacrī, contruendis, reparandisque & sacrī comparandis orna-mentis. Cuius divisionis elegans, & locuples extat testimoniū D. Gregorij Magni in regle epistolar. lib. 12. in lectione 7. cap. 1. vnde extrahitur text. in cap. mōest, & alij 12. q. 2. Addendi sunt pro illorum expositione Renatus Choppinus d.lib. 3. de sacra poliiatit. 3. Michael Rousell. d.lib. 5. cap. 1. ex num. 17. qui post Bartholo-méum.

mæum Carranzam quem laudat, diuisionem hanc imputat Sancto Silvestro I. eiusque suboscurum canonem disertè explicat; Baronius autem ad annum 471. Papæ Simplicio acceptam fert, per textum *in cap. de redditibus 12. 14. qst. 2.* cuius decretum dicit confirmatione Gelasium ad annum 490. perfidum, cuius pars extat *in cap. quatuor ead. causs. & quas.* pater Thomas Hurtado de congrua ratione lib. 1. resolut. 1. q. 1. Ecclesia verò Hispana aliquantum declinavit ab hac diuisione, & reddituum ecclesiasticorum tres solas partes fecit: quæ diuisio indicatur in Concilio Toletano IV. *Canone 33.* quem refert Gratianus *in cap. constitutum 16. que st. 1.* illis verbis: *iuxta priorum auctoritatem Conciliorum tam de oblationibus, quam de decimis tributis, ac frugibus tertiam consequantur.* Ex qua littera constat, tertiam partem cessisse Episcopalis dominus substantiationi. Rursus ex Concilio Emeritense *Can. 16.* quod refertur *in cap. priscis 2. 10. quest. 3.* id expresse colligitur. Verba sunt. *Priscis quippe canonicis erat decretum, ut Episcopus de parochianis Ecclesijs tertiam sequeretur, cui sua plenissime sufficere possunt. Deinde aliam tertiam datam fuisse fabricæ, reparacioni, luminaribus, & Ecclesiæ paramentis ex sequentibus verbis eiusdem Canonis colligitur, quæ sic habent. Placuit huic sancto Concilio, ut nullus Lusitanie provinciae Episcopus sententie huius terminum excedat, nec à qualibet Parochiana Ecclesia tertiam auferre presumat.* Sequitur in eodem canonone vñus, cui ecclesiarum tertia applicandus est, ibi. *Sed quidquid exinde consequi potuerit, totum in reparationem ipsarum Basiliarum proficiat.* Fuerunt etiam per patres Emetenses ministri destinati, designatique qui Ecclesiæ repararent sub placito, & de licentia Episcopi, cui reddere rationem de tertia parte illa reddituum tenebantur; alioquin, ut id facerent ab Episcopo cogebantur. Tales presbyteri erant, quibus conceditæ fuerat ecclesiæ, id est parochi. *Quod si nulla tertia pars, nullus redditus, nullæve substantia mundialis estet Ecclesijs,*

pro ipsarum fabrica, ad curam, onusque Episcoporum
pertinebat, ut sartæ testæ, & supellecili abundantes
essent Ecclesiæ, ut in eodem canone dissertè docemur.
Quæ pars à Canonistis tractatur in cap. 1. & toto tit. de
ecclesiædific. & reparand.

6 Videtur nihilominus hæc pars ecclesiærum
attributa Episcopo, ut per parochos eam dispensaret
reparandis ecclesijs, ut colligitur ex Canone 5. editionis
Loaysæ Cœcilij 16. Toletani, cuius pars refertur in Cap.
vni 10. q. 3. Sëlus vero perfectus sumitur ex originali cō
cilio. In quo nō decernitur cui usui pars hæc applicada
sit, quādo ecclesia reparatione, aut supellecili nō indi
get; sed meritò placet viris doctis, manus le penes
Episcopum, quasi dispensatorem fidele: n partis illius,
quæ ad suam canonicanam portionem non specta
bat. Ex quo concludunt, debuisse illam partem in elec
mosynas, & alia pia opera erogare, nec in propriis
usus convertere. Quod distinctius, expresiusque patres
concilij Bracarensis 2. Canon 6. ex concilio Antioche
no canone 25. habenturque in cap. Episcopus habeat 10. q.
2. & in cap. Episcopus ecclesiæfictarum 12. quæst. 1. videndus
etiam præclarus canon 2. eiusdem concilij Bracarensis
2. in corpore Concilij, à Gratiano relatus in cap. Pla
cuit 1. 10. q. 3. Reliqua tertia pars procul dubio applica
batur presbyteris, diaconibus, & reliquis ecclesiæ
ministris pro eorum congrua substantiatione iuxta Di
ui Pauli regulam, qui altario seruit, de altari invenire debet,
qua ad institutum vtitur Pontifex in cap. cum secundum
16. de preb. & dignitat. ut video placuisse cordatioribus
iuris Canonici interpretibus, quos infra laudabimus.
Hispanam œconomiam vel sequi fuerunt, vel imitati
patres ecclesiæ Gallicane. Nam in concilio Aurelia
nensi 1. canone 17. expressa mentio extat tertie partis,
que Episcopo applicatur de redditibus decimalibus, &
oblationibus factis altari: duæ vero tertiaræ partes ap
plicabantur clericis cum onere prospiciendi ecclesia
rum

rum necessitatibus, & pauperum subuentioni, de qua
adeundi sunt Renatus Choppinus, & Michael Rousel.
locis superius adductis, ne in describenda antiqua rerū
ecclesiasticarum cōconomia, quæ per singulas terè pro
uincias variauit, multum temporis insummamus præ-
ter institutum nostrum.

7. Ex proximè relata cōstat, quædā bona, siue quā-
dam corū partē fuisse Episcopo attributā ad sui, siueque
familie substētationē: quam iure proprio habebat. Ni-
hil minus moriens omnes res, quas Ecclesiae intuitu ad
quisuerat, Ecclesiae reddere tenebatur; nisi iustos & ex
legitimo matrimonio procreatos filios haberet; qui
ecclesiae p̄ferebantur; ita tamē ut probonorū com-
pendio Ecclesiae necessities subirēt, & indigentiae fa-
bricæ tenerentur pro viribus hereditarijs subuenire.
Ita ex Cōcilio Agathensi refertur in cap. Episcop. 12. q. 2.
in cuius eleganti nota Grégoriana extat emendatio, re-
stitutio, & explicatio Canonis authographi: vi-
delicēt contrā hanc sanctionem non licuisse Epis-
copis quidquam michinari; siue per contractus,
siue per donationes: irritati enim fuerunt, ibi:
si quid de ecclesia, non in ecclesiæ causa, aut necessitate,
presumpserit: quod distraxit; aut donauit, irritum habeatur.
&c. Quæ verba de donatione qualibet accipienda sunt,
nisi velimus diuinare. In Concilio tamē Toletano II.
canone 4. congregato anno 5. Regis Amalarici Ariani
circa tempora Ioannis II. P.M. era 565. siue anno Dñi
527. vt comperit Loaysa, cum idem iuxta antiquos
canones p̄cipere tur, tantum inhibita fuit testamenta-
ria largitio, siue ius successorium: non verò donatio
int̄r viuos; quæ arbitrio Episcopi permisla fuit; non
tamē libera; sed remuneratoria, aut quæ in ecclesiæ
utilitatem posset redundare, verba sunt: *Nisi forsitan cui*
(alicui, vel cūdīm) *Episcopus proseruit ijs, ac prestatione*
Ecclesie, largiri valuerit. Quid sēcure committi potuit
Sanctissimis Episcopis, sub Arianorum perfidia, & per-
fe.

sequitione degentibus, Euāgelicæ paupertatis amatorib⁹,
 qui nihil minus curabant, quam sacerduli diuitias
 suosve ditare de prouentibus ecclesiasticis. Quæ con-
 stitutio approbata fuit multis alijs Ecclesiæ canōnibus,
 pro quibus videri potest nota Theodori Balsamonis in
 canone sibi 35. Concilij III. Cartaginensis. & D. Gregorius
 Magnus, cuius epistola refertur in cap. 1. de testam. cap.
 etiam 1. 12. quæst. 5. iussit, vt de rebus ecclesiæ intui-
 tu adquisitis Episcopi, sacerdotes ve testari non possent
 neque abintestate successiones habere consanguined-
 rum suorū, sed vt ad ecclesiā bona illa spectarent: quod
 repetitū, & expressius cautū fuit in Cœcilio Lateranen-
 si, cuius pars refertur in cap. cū in officijs eod. tit. vbi hac
 de relatè disputat Canonista. In Cœcilio IX. Toleta-
 ni IPP. cōgregati anno septimo Regis Reccesuinthi era
 693. siue anno 655. licet Chronographi variēt, ca-
 none 4. qui apud Gratianum extat in cap. sacerdotes, & in
 cap. quicunque desacerdotibus 12. quæst. 4. Iuxerunt, vt
 de rebus aliundē adquisitiis Episcopi sacerdotesque
 testamentum, & donationes liberè posseñt facere; ec-
 clesia verò abintestate ipsis succederet, si decedēt
 sine dispositione. Quid fortè vniuersali ecclesiæ consue-
 tudine non obtinuit; sed secularia sacerularibus consan-
 guineis delata fuerunt; ecclesiastica verò ecclesijs. Vi-
 dendus est Photius Patriarcha in nono canone, & ibi Bala-
 samo, tit. 10. textu 5. cum nota Rotulij d. tib. 5. cap. 1.
 num. 13. Et quæ communiter docemur ad titulum de suc-
 cessionib. abintestate. Quam diuisionem respicere potuit
 prouidentia Concilij Tarragonensis antiquissimi, con-
 congregati videlicet anno 516. era 554. sib Theodorico
 Ostrogothorū Rege Italix pro Amalarico eius ex filia
 nepote Hispaniam pīe, & fideliter gubernante, in cuius
 canone 12. qui habetur apud Gratianum in cap. scib⁹
 defunctus. 12. quæst. 5. iubetur, vt defuncto sacerdote,
 hoc est, Episcopo, Presbyteri, & Diacones de rebus eius
 breue, siue inuentarium cōficiant, à minimo, vñque
 ad

ad maximum; id est, de utensilibus, & omni suppellectili; non alià forte ratione, quan*ti* ut singulis rebus perspectis, & recognitis; singulis, quæ sibi adiudicandæ erant, attribuerentur. Consultius tamè fecerit, si ipse in ingressu Episcopatus, & postmodùm in proges su*a*, si aliundè rem adquirat, inuentariū consecerit de rebus aliundè adquisitis: quo de illis siue iater viuos, siue in v*l*. i. na volantate disponere valeat, iuxta canonem 40. Ap*o*stolorum relatum in cap. sint manifest. 21. 12. quæst. 1. videndi sunt pro exacta explicatione ambo Græci Scholastiæ Ioannes Zonaras, & Theodorus Balsamo, &c de utilitate inuentarij ab Episcopo faciendi in ingressu Episcopatus D. Solorzanus cū multis 2. tom. de Indiarum iure, & gubernat lib. 3. cap. 10. ex num. 3. Ex quib. tam longè petitis id debet constare, Episcopos de rebus suis mundialibus, sæcularibus, siue non adquisitis intuitu Ecclesiæ libere, & absque pericolo interni, vel externi fori potuisse quomodolibet disponere: de rebus vero adquisitis Ecclesiæ intuitu nec testamentum facere posse, nec ab intestato successiones habere: quid vero in vita donare possent de ecclesiasticis rebus non satis liquet, siue internum ius, siue forum exterius intueamur: Concilium quippè Toletanum benemeritis largiri permisit. Agathense omnem donationem inhibuit, vt omnem distractiōnem. Nec quidquam expressius hac in re secundum veterem disciplinam præstare possum.

8 Illud autem semper verum existimatum fuit; modicas donationes, moderatasque largitates ipsis non fuisse interdictas, neque per iudices ecclesiasticos fuisse irritatas; ita enim Prælati amputari debuit potestas de rebus ecclesiasticis disponendi, vt nō interdiceretur omnimodo, etiam in modicis, aut in his, quæ ex consuetudine regionis solent donari text. in cap. ceterum 3. hoc tit. Faciunt quæ de tute, & curatore superiori cap. diximus. Ex quo in Concilio

Toletano IX. canone 5. relato à Gratiano in cap. bona rei 74. 12. q. 2. Episcopis permisum fuit donare pro monasterijs constructione quinquagesimam partem reddituum suæ ecclesiæ; & pro amplificatione iam constructi, centesimam partem: modò non sàpè iteraret huiusmodi largitatem; sed semel tantum illam faceret, cum competenti subsidio ecclesiæ construetur, & non graui damno illius, cui partem prædictam tollitur. Alter factum tanquam detestabile reputatur, & monasterium constructum ipsi tradebatur ecclesiæ, vel in subiectionem, vel ad ius patronatus, ut ex octaua Synodo generali Gratianus retulit eadem causa, & quæst. cap. Apostolicos 13. Videtur etiam requitus consensus Concilij ad hanc donationem faciendam in cap. si Episcopus 73. eadem causa, & quæst. Quæ in authographo verba non inueniuntur; quapropter nō immerito Innocentius Cironnius in paratilis iuri: Canonici ad nostrum titulum de donationib. existimauit Gratianum illa verba de sua penu addidisse propter decreta posterius Concilij generalis Lateranensis, quod sub Alexandro III. congregatum fuit, quo prohibetur ecclesijs nouam pensionem imponi, vel augeri veterem, sine consensu Capituli, & insimul Summi Pontificis auctoritate. Ut in eiusdem Concilij actis inuenitur cap. 7. veris. proibimus, referturque ab Innocentio III. in cap. pastoralis 9. de his quæ sunt a prelat. sine consensu cap. & in cap. apostolice 9. hoc tit. Vnde apparet Sanctionem Concilij Toletani suprà relatam non pertinuisse ad donationem quinquagesimæ, vel centesimæ, quæ in anno, vel ad annum sit; immò nec ad eam concessionem, quæ ad vitam Episcopi donantis erat tantum duratura; sed ad alienationem perpetuum quinquagesimæ, vel centesimæ partis reddituum, facta per titulum donationis ad usum pium, nempe constructionem, vel ampliationem monasterij, ut expressius locis colligitur. Alioquin minis Prælatis restringi.

stringeretur usus rerum, & prouentuum sui Episcopatus, si non liceret ipsis largiri ex causâ utilissimâ pietatis, quæ in constructione monasteriorum consistit, tam modicam fructuum partem.

9 Ex his vel colligitur, vel secundò præmittendum est, aliter censendum esse de illa parte frumentorum, obventionumque ecclesiasticarum, quæ congruae Episcopi, aut Beneficiarij assignata fuit; aliter de illa, quæ ipsi commendata fuit in tutelam subsidiūq; pauperum. In hac enim postrema parte oeconomicus, & ad nisi infiltrator tantum est (ut nunc de ista tantum agam disputaturus mox de priori) quarè quidquid in sumperferit præter, vel extra vium, cui hæc pars destinata fuit, male impendit; & quia omne, quod proprium nō est, scire debet, esse alienum, l. vlt. C. unde vi. tenebitur ex iustitia legali satisfacere, & restituere parti, quam laesit, quid quid donationibus in alios factis de parte illa denizinuit. Hæc doctrina est. D. Thomæ 2. 2. quæst. 43. art. 8. in corpore, & quæst. 86. art. 2. & quæst. 87. art. 1. ad 4. & quæst. 119. art. 3. ad 1. & quæst. 185. art. 1. in corpore, & Quodlibeto 6. art. 12. in corpore. Quibus in locis agens de parte pauperum, vel ecclesiarum, quæ concredita est administrationi, & dispensationi Episcopi, docet Angelicus Præceptor teneri ex iustitia, & ex debito fidelis administrationis partem illam distribuere in usus, cui destinata est, alioquin peccare, & ad restitutionem teneri; quia de rebus alienis male disponit, ab utiturque inuidis Dominis. Quæ sententia ab omnibus, ut par est, recipitur. Quapropter idem nunc, & attenta præsenti ecclesiæ politia dicendum erit, si sint Episcopatus, in quibus una cum parte congrua Episcopi, ei assignata sit pauperum, vel ecclesiarum portio.

10 Sed quia plerumque redditus Episcopales, & beneficiales ex decimis populi Christiani proueniunt, quarum ea natura est, ut ex vi institutio-
nis Decimarum, pro sustentatione pauperum cedant

in simulo eu[m] sustentatione ministrorum ecclesiae, teste
 D. Thoma 2. 2. disp. qu. q[ui] est. 87. art. 1. ad 4.. Quod etiam
 de Oblationibus dicendum est, ut docet fundat Emi-
 nentissimus Cardinalis de Lugo de Ius. & iur. disp. 4.
 q[ui] est. 2. num. 16., quem laudat sequiturque P. Thomas
 Hurtadus 1. tom. de congrua lib. 1. resol. 1. q[ui] est. 10. videndū
 erit, vtrum eadem distinctio obseruanda sit circa red-
 ditus constitutos in Decimis, & oblationibus; ac pos-
 set dici, si constituerentur redditus Episcopales in bo-
 nis anteā merē secularibus, veluti in terris, pascuis,
 aut Oppidis, dignitatē cocesis per Principes, vel prin-
 cipales viros dōtēm assignantes Episcopatui: & vide-
 tur dicendum, indecimis diuersum ius militare, quia
 separari non potest ab. earum præstatione, & percep-
 tionē onus akendi pauperes, & subveniendi ecclesijs ut
 considerat D. Thomas ubi in p[ro]p[ter]a in 4. arg. in quo memi-
 nit triplicis decimae, quæ ex lege olim toluebatur. Pri-
 ma Leuitis Num. cap. 18. Secunda quolibet etiam anno
 prælita, quæ comedebatur in atrio tēpli, de qua Deu-
 ther. cap. 14. Tertia quæ tertio quoquo anno persolu-
 batur pro substantiatione peregrinorū, pupillorum, &
 viduarum, qui intra portas sunt, ut ibidem dicitur. Ad
 quas legendus est D. Hieronymus super Ezechielem cap.
 45. à Raymundo relatus in cap. 1. de Decimis, & cum
 onus reale decimarum sit ecclesijs subvenire, & pau-
 res alere, nec in Legē Gratię facta inveniatur ius ito
 pro substantiatione Episcopi; & pro ceteris necessita-
 tibus, consequens videtur, ut Episcopi de lege iustitię
 debitique legalis, & cum onere restituendi teneantur
 prædictis propicere necessitatibus; quas si negligant;
 consumentes Decimales prouentus superfluis, vanis-
 que sumptibus, sint rei male, & infidelis administrati-
 onis: quia eadem prodigalitate consumunt sua, &
 aliena; neque viibus proprijs destinata, & sibi concre-
 dita ad prædictas necessitates sublevandas. Hoc argu-
 mentum, quod fortissimum est, Diuino, quo polluit;

ingenio, dissolait D. Thomas in responsee ad 4. per hæc verba: *Ad 4. dieendum, quod secunda decima, quæ reservabantur ad sacrificia offerenda locum in noua legi non habent, et sacerdotibus legalibus victimis. Tertiæ vero dicimæ, quæ cum pauperibus comedere debeant, in noua lege augmentur per hoc, quod dominus non solum deciman partem, sed etiam omnia superflua pauperibus iubet exhiberi: secundum illud Luce 11. quod superest, date elemosinam. Ipsæ etiam dicimæ, quæ missis ecclesiæ dantur, per eos debent in usus pauperum dispensari.* Ecce D. Thomas agnoscit lege Gratiae nullam partem decimatum separatam esse pauperibus, perconse quens ex eius doctrina debet cogilli nihil de decimis determinatè ad pauperes pertinere. Igitur ex mente D. Thomæ, quam sequor, dici non potest contra iustitiam peccare Episcopum, ad restitutio[n]emque teneri, qui de decimis non prospicit necessitatibus pauperum. Firmius sententia hæc stabilitur ex loco Euangeli, quem adducit, videlicet de elemosina danda ex superfluo, quem applicat præsenti questioni de subveniendo pauperibus ex redditibus decimalibus. Sed nemo dicet præceptum hoc pertinere ad iustitiam, cùm euidenter pertineat ad charitatem. Ergo obligatio Episcopi dandi elemosinam de fructibus decimalibus non est debiti legalis, sed debiti ex charitate provenientis, ut ex hoc testimonio palam colligitur.

11. Sed cum inciderit sermo de decimaru[m] divisione in lege scripta facta, & à Hieronymo indicata in libro cap. 1. de decimi, non inutiliter me fautorum existimo, si de illa paulo pressius differuero in gratianu[m] iuris Canonici professorum, illustrationemque prædicti loci D. Hieronymi. Sciendum ergo est ex lege De decimam deberi de omni esculentio hominis, poculæ toque, siue tan de area, quam de torquulati, item de bobus, ouibus, capreis, ceterisque animalibus, que sub pastoris virga transiunt; item de inimicis quibusque, quæ terra procreat, veluti menta, cynlito, pulegio,

anetho, & id genus alijs, modo esculentum aut poculum hominis esset, deterraque sumeretur, & repuneretur in horreis, cellis, vel apothecis. *Lenit. cap. 23.*
O. 27. Math. cap. 23. v. 23. Lucæ cap. 11. v. 2. Notant Illustriss. Abulens, Episcopus, iubat fulgentissimum cho^mla nostræ, in qua Sacra Scripturæ primariam cathedrā rexit, munereque Châcellarij, sanctissimè, & integerimè funditus fuit; postquam vetustissimum & Nobiliss. D. Bartholomæi Collegium præsentia, sodalitio que suo honestauerat, D.D. *Alphonsus Fernandez de Madrigal*, vulgò *el Toslado*, cuius genere, & sanguine censeti, si quam fidem in præcis fama meretur, maiori gloriæ do, quām si à Magnatibus facili sanginem ducerem, *in Math. cap. 23. quest. 145. & seq.* Carolus Siginius de Rep. Hebreorum lib. 4. cap. 15. Petrus Cunæus, Stephanus Menochius, & alij eiusdem instituti scriptores, Iosephus Schaliger *in Opusculo de Decimis ex lege Dei*, qui curiosius, & accuratius, quām cæteri hanc partem perscrutatus fuit. Ex his decimis tam exactè persolutis, primò delibabantur *Primitiæ*. secundo *Theruma*. tertio *Decima*. Primitiæ de spicis, vuis, & oleis dū taxat offerebantur in corbe, id est, de fructibus nondū elaboratis, trituratis in area, aut pretsis in torquulari, & dicebatur solui de *Tabal*. Theruma soluebatur de aaceruo, aut fructibus elaboratis, tradebaturq; sacerdotibus, *Deuter. cap. 18. vers. 4* cuius pars lege determinata non erat, moribus tamen certam finitionem accepit: secundum quos quando quadragessima pars frumentum dabatur, dicebatur Theruma magna, aut boni oculi. Si vero dabatur quinquagesima, dicebatur mediocris; quando vero offerebatur sexagesima, quā minor esse non poterat, dicebatur Theruma minor vel maligni oculi. Ita Schaliger. Therumam coloni tenebantur Hierosolymas de ferre in ipsis specibus, condebaturque in apothecis templi lib. 2. *Paralipomen. cap. 31.* in cuius *vers. 13.* traditur custodia Therumæ.

rum.

rum præpositos faciat Leuitas spectatæ fidei. Quas si
 non detulissent coloni, mittebantur, qui eorum no-
 mine eas deferrent in templum: missi græco vocabu-
 lo Apostoli dicebantur, cautumque fuit, ne exgenti-
 bus, sed ex populo mitterentur. Post primicias, & Thé-
 rumas, colonus de residuo decimam partem omnium
 fructuum dabat, quæ soluebatur Leuitis, & dicebatur
 hæc Decate prote, id est, decimatio prima. De hac deci-
 matione prima rursus Leuitæ decimas dabant sacer-
 dotibus, quæ dicebatur Decate Deutere, siue decima-
 tio secunda, dicebatur etiam Theruma decimæ, siue
 decima Leviticarum, ut est apud Tobiam cap. 1. vers. 7.
Num. cap. 18. Quæ pars erat sacrata; neque poterat ab-
 sumi nisi in atrio templi. Erat etiam præscisè Hiero-
 solymas deferenda; aut si longior via esset diuende-
 bantur species, pecuniaque inde redacta deseruiebat
 ad coemendum Hierosolymis victimas, oleum, fru-
 mentum, &c. inde epulum parabatur dictum *Charisterio*
 siue mutua benevolentia, & charitatis, quo excipie-
 bantur coloni, decinatores, & Leuitæ. *Dñ ter. cap. 14*
 v. 24. *O se. 1q.* Nouem ergo reliquæ partes tanquam
 prophanae, quæ leuitis cedebat pro eorum substenta-
 tione, vbi libet ab ipsis poterant absumi, vendi, & di-
 strahi etiam extra Hierosolymas *Num. dict. cap. 18*
 vers. 31. De quibus decimationibus prima, & secunda,
 fidides est Petro Galatiano de *Arcanis Cathol. veritatis lib.*
 1. *cap. 5.* magna cum cura egerunt Talmuthistæ. Sep-
 tima enim eius pars, & comunitaria ipsius per nouem
 capita de prima decimatione disputabat, quæ pars
Massecheth Maafer Risson. Octaua vero pars, quæ di-
 cebatur *Massecheth Maafer sceni* per tria capita egit de
 secundi decimatione, quæ Leuitis remanebat. Aliam
 divisionem fecit *Tostatus*, ubi proxime quæst. 140. *O*
 149 alias alii nouiores, in quibus recensendis non in-
 moror; quia si prr propria concinnior, & congrue-
 tor mihi videtur explicacioni textus in d. *cap. 1. de-*
decim

decimis.

13 Non vidimus adhuc in præfata decimorum diuisione partem illam, quæ attribuebatur pauperibus. De hac copiosè egit Tostatus d. q. 149. vbi docet à coloniis tertio quoquo anno fuisse periculum post primam decimam, de residuo acerui. itaque de eo, quod post primicias, Therunias, & decimam solutas super esset, hæc decima pauperum, & peregrinorum soluebatur, d. cap. 1. de decimis sic intelligendo, D. Thomas superiori numero laudatus. Vidimus præcisam applicacionem decimarum ex iure diuino vetere, siue pro templo, siue pro ministris, siue pro pauperibus. Quam Lex Gratiae nō imperauit. Merito & pro utriusque legis spiritu. Lex enim vetus, quæ umbra futurorum fuit, de omnibus etiam ministris exacte disponuit, nihil confidens de populi arbitrio, aut eius permittens charitati: id circò Hæbrei sub dilatata lege viventes, dicebantur sub Pædagogo inclusi, vt tradidit Paulus in epistola ad Galatas tot. cap. 3. maxime vers. 23. & seqq. Christiani vero ex fide viventes libertatem Evangelij nauci fuimus, tota enim lex ad paucissima precepta reducta, charitatis est, in qua abundantius fundatur, vt latè illustrat, & docet Angelicus Præcept. 1. 2. quest. 106. art. 3. & q. 107. art. 1. & 4. post quem adeūti sunt D. Tapia i. tom. o cæthene moral lib. 4. quest. 28. art. 2. & alij Commentatores. Hac ergo de causa, in lego nouæ charitati Episcoporum, & Clericorum permisla fuit iusta, & qua, & prudens distributio reddituum ecclesiasticorum, etiam ex decimis proueniens iuri, quæ sub præcepto legali, & certa determinatione in lege vetere continetur; vt sic sententiam D. Thomæ explicemus relatam supra num. 10. in fine.

13 Pedentim peruenimus ad decisionem totius questionis: si enim pars Episcopo assignata ad sui, suæque familiae subsistencem, tota quoad emolumenta sua est, ex ea percipit fructus, & obuentiones tan-

tanquam ex re sua: consequens est, ut nemini faciat iniuriam, si eam dissipet, rebusque ex suo paratis abutatur. Igitur de male consumptis, donatis, vel auaræ thesaurizatis nemini tenebitur rationem reddere, nisi Deo. Vnde (vt id dicamus cum venia magnorum virorum, qui contrarium asseruerunt) de obligacione restituendi in hoc casu queri non potest. Restitutio enim sit ex iustitia ei, cui suum ablatum est, vel sibi debitum ex rigorosa obligatione iustitiae, siue ex debito legali. Docent communiter Canonistæ in regula precatum de regul. iuris in Sexto. Sumistæ verbo restitutio: Copiosè D. Thomas opusculo 74. in editione, qua vtor, Moralistæ in quintum præceptum, & Petrus Nauarra in integrum volum. de restitutione. Sed nulla pars portionis assignata Episcopo, vt talis est, propria est pauperum, aut fabricæ; neque ipsis debita ex assignatione legali; igitur neque ius habent, vt ipsis fiat restitutio: Quisquis dicas decretis Conciliaribus antiquis imperatum fuisse, vt Episcopi sobrio, & frugali viatu contenti, dent pauperibus, & in usus pios impendant, quod superest; reuocatasque fuisse donationes olim iudicialeiter, quæ in consanguineos, & prophanas personas conferebantur; præsertim ex prouidentia Canonis Apostolorum, & Concilij Agathensis, aliorumque quæ supra retulimus: quicquid, inquam, sic dixeris, confundis tempora, & oeconomiam ecclesiasticam: quia decreta illa recipient bona, non tam Episcopi, quam ecclesie; & emolumenta, quæ Episcopus tanquam fidelis dispensator administrabat non minus pro uestibus pauperum, & ecclesie, quam pro sua substantiatione. Quarè inde non licet argumentum sumere ad præsentem rerum statum; nisi eueneriat, vt Episcopus donet de rebus, quæ suæ portioni attributæ non sunt; sed ipsi concreditæ ad fabricæ, aut pauperum substantiationem: quo in casu obseruanda proculdubio erit prouidentia veterum patrum.

14

Sed quia qui contrariam sententiam amplectuntur, etiam pro sua parte aduocant, & ex pendunt auctoritatem Angelici Praeceptoris, ut illi auctoritatem concilient, eoque clypeo testi hostium tela retundant, vel in eos contorqueant: curabimus textus in praesenti recensere, & expendere, ut palam constet omnibus, D. Thomam pro nostra militare opinione; siue Nos, ut milites tanti signiferi vexillum eius sequi. Scio non neminem in nostrum D. Franciscum Sarmiento insultasse, notaque doctissimum, & ingeniosissimum virum inuississe; quasi Angelicum Magistrum non intellexerit, quia iuris, non Theologiae Professor fuit: qua comminatione non deterreor: quia citra ambitionem, aut fastum, possum assuerare, sensum Angelici Praeceptoris in hac questione facilius patere. I. Consultis, ex vi artis, quam Theologis: quia omnia fermè principia, quibus elucidandus est, ex iure desumuntur. Nectamè ideo hinc abigo doctissimos Theologorum, quibus cum in campum descendimus; suè quippe scientiæ suffulti, & à nostris notiones legum, & canonum mutuantes acrius, & subtilius percallere, & penetrare solent nostra dogmata, quam plerique nostrum. Sed ad rem. Primus locus, qui expendi solet, extat, 2. 2. quest. 43. srt. 8. in corpore. In parte materiæ de charitate, vbi agitudo scandalorum, in questione, vtrum propter scandalum sint temporalia dimittenda. Inibi tantum docet, alia bona nostra esse, alia nobis commissa ad conservandum. *Sicut bona ecclesiæ committuntur Prelatis, & bona communia quibuscumque Reip. Rectorib.* Hic, dicunt, opponit S. Doctor bona ecclesiæ bonis proprijs Praelati. Ergo quia non sunt propria Praelati, quæ ecclesiastica sunt. Respondeo tamen loquon de fructibus Episcopatus, qui ad ipsum spectant sed de bonis, quæ ipsius ecclesiæ sunt, ut pater ex resolutione articuli, ad quam affert exemplum Santi Thomæ Archiepisco

pi Cantuariensis, qui ob defendendos ecclesię thesau-
ros martyrum oppetiit; quarē hic textus parum ad rē
facit. Secundus, eadem 2. 2. quest. 86. art. 2. etiam in cor-
pore sub quæstione de oblationibus & primitijs: in ar-
ticulo utrum solum Sacerdotibus debeantur oblatio-
nes? Quem affirmatiū refoluit ex decreto Damasi Pa-
pae, quod resertur in cap. hanc consuetudinem. 10. quest. 1.
& poitea in corpore docet, oblationes ad sacerdotes
pertinere, non solum ut eas in suos viues conuertant,
verum etiam ut fideliter eas dispensent. Partim qui-
dem expendendo eas in his, quæ pertinent ad cultum
diuinum. Partim in his, quæ pertinent ad proprium
victum: quia qui altari dederunt, cum alta-
ri participant, ut dicitur Epibolai ad Corinthios cap. 9.
Partim etiam in viuis pauperum, qui sunt, quantum
sieri possit, de rebus ecclesiæ substantandi: quia & Do-
minus in viuis pauperum loculos habebat, ut dicit D.
Hieronymus super Matthaeum cap. 17. in fine. & quid si
nisi referatur in cap. habebat. 12. quest. 1. Sed qui hunc
locum expendunt, in primis animaduertere debent,
Angelicum Magistrum loqui de diuisione oblationum
ut loquutus fuerat de diuisione decimarum, quarum
tres partes fecerat; pri. nam pro fabrica, secundam
pro ministris, tertiam pro pauperibus. Et ut verum
est, hac supposita diuisione decimarum tertiam par-
te non esse pauperum ex ali signatione legali, quæ ab ipsis
auterri non potest nisi iniuite; sic supposita hac diui-
sione sentiendum est de parte oblationum pauperum
subsidio destinata. Deinde neque potest colligi ex præ-
dicta resolutione, an D. Thomas fuerit loquutus de de-
bito ex obligatione iustitiæ; an de debito ex charitate,
nisi demus accipiendo esse eiūs textum secundum
præfatarum legalem diuisionem. Tertius extat eadem 2.
2. quest. 87. art. 1. ad 4. ubi de decimis, quem cum
expoluerim supra, non expendo. Quartus & eiusdem
rationis est in eadem quest. art. 4. ad quartum, ideo etiam

abstineo, ne dicta repetam.

15. *Quintus, eadem 2: 2. quæst. 119. art. 3. ad primum, vbi agit de vitiis oppositis liberalitati, in articulo, vtrum prodigalitas sit grauius peccatum, quam auaritia? Docetque magis in prodigalitate peccare Ecclesiasticos, quam seculares; quia sunt dispensatores bonorum ecclesiæ, quæ sunt pauperum; quos defraudant; prodigè expendendo. Ponderant verbum defraudandi; per quod videtur Sanctus Doctor denotare, res ecclesiæ, fructus ex beneficijs prouenientes, obuentiones intuitu ecclesiæ adquisitas non esse ministrorum, nisi in quantum indigent; sed pauperum: alioquin non fieret fraus pauperibus, per earum rerū abusum, si propriæ essent Clericorum: quia nemini fraudem facit qui suo iure vtitur, quanvis bona dilapidet; l. sed & si lege 25. §. consultit de perit. hered. l. in re mandato 2:1. C. mandari. Sed certè hoc est minutias captare; quia aliquem defraudare decimus, eo solo, quod illum priuemus spe alicuius rei consequenda propter factum nostrum, licet ad illam ius non haberet. Voluti testator dicitur fraudare heredem lucro hereditatis, cuius nomen induxit; deleuit ve; in l. 2. aehis que intestam. delentur. licet ad hereditatem viuentis nullum ius haberet, cum de ambulatoria sit voluntas hominis usque ad supremum vitæ exitum l. cum hic status 3:2. §. paenitentiam 3. de donation. inter l. 3. §. ult. cura l. seqq. de admend. legat. Et heres, qui adiijt, & restituit debitam ex fideicommissione hereditatem fideicōmissarij, fraudare illo lucro licite creditores dicitur in l. si populante 6:7; ad S. C. T. rebell. Quo in sensu magis propriæ, & multo melius potuit Angelicus Magister assertere, ecclesiasticis prodigè res consumentes fraudare pauperes subsistio, quod inde sperabant ex voto Ecclesiæ, & quasi ex prima intentione, quam habet in dotandis beneficijs, præbendisque; sed per hoc non concluditur, teneri ex iustitia superfluum.. date pau-*

pauperibus. Quisquis enim cupidè non expendenda recon-
dit; Que nulli tribuit, pauperibus rapuit: ut de contrario
vitio, scilicet auaritia, cecinit Poeta Christianus cō-
tra auaros, siue faculares sunt, siue ecclesiastici, qui
inmites sunt pauperibus, apud patrem Riadeneyra
in vita S. Francisci à Borgia lib. I. cap. 11. Rursus, quod
cādēm analogia seruata, Sanctus Doctor vocauerit ec-
clesiasticos rerum ecclesiasticarum dispensatores; non
est nouum in Auctōribus commendantibꝫ charitatis,
liberalitatisque virtutem: quam ēa præcipua ratione
ingerunt; quod domini non sicut, sed quasi theſauro
rum custodes, quos Deus nobis commendauit, vt il-
los inter egentes diuideremus prouidē, largiter, & li-
bentē: qia de rē multa adduxit D. Cyprianus *in lib. de*
disciplina Virginum. D. Ambros. *in sermone de misericor-*
dia. Ad rem verō aptissimē D. Hieronymus *in Epि-*
stola ad Nepotianum de Virtute Charitatis disserens, ea-
que persuadens: Optimus dispensator es, qui nihil fibri re-
seruauit. Et vt vltimam, vt dicunt, manū his texti-
bus ponam; aduerto de alia, & valde dissimili quæſio-
ne, ac nos in præsenti dilputamus, egisse in illis D.
Thomam; quare ex uno, altero e eius verbo, mens-
cili non debet tanti Præceptoris.

16 Sed accedamus ad testimonia; in quibus
ex professio decidit præsentem dubitationem, qua pro-
nostra seutētia facere, disertē forsitan oſtrabimus.
Primum legitur *eadem 2.2. quæſt. 183. art. 7.* Titulus ar-
ticuli est. *Vtrum Episcopi mortaliter peccent, si bona ecclē-*
siastica, que procurant, pauperibꝫ non largiantur? Tota
quæſtio est, de pertinentibꝫ ad statum Episcoporum. Pre-
mamus iterum verbatim, de bonis nemp̄ ecclesiasti-
cis, que Episcopi procurant. Procurandi verbum secū-
dum propriam notionem, & vim præpositionis,
qua simplex componitur, non minus significat pro-
prijs, suisq; rebus superintendere, ac alienis. De alienis
iure extant tituli; de proprijs, suadent præ-

dictam acceptationem loci sequentes. Cicero lib. 33.
*Epistolar. ad O. Fratrem epistola vlt. vbi De motu temporis
 venientis et unius nihil te intelligere volueram domus licet imeris;
 Sed de communi Reip. statu: in quo, etiam si nihil procura, et
 tamen nihil curare vix possum. Marcus item Coelius ad Cice-
 ron. sub lib. 8 familiarem huius epistola in fine. Praterea
 etiam nuntiatum nobis, & proctero iam habetur, Regem Ale-
 xandrinum mortuum. Quid nini suadeas, quomodo regnum
 illud sese habeat, quis procuret. diligenter mihi prescribas.
 Cæsar de bello civili. Qui eò procuranda hereditatis causa
 venerat. Cum quo mirifice conuenit epistola vlt. Cice-
 ronis ex lib. 6. ad Atticum. Virgilius quoque lib. 9. Aenea-
 des ybis sic Turnus ad milites.*

*Nunc adeo melior quoniam pars acti diei,
 Quod superest, leti benè gestis corpora rebus
 Procurate viri, & pugnam sperate parati.*

*Itaque, ut id obiter aduersariis fatigamur, Diuus Tho-
 mas in hoc articulo non tantum agit de rebus proprijs
 ecclæsiæ, quæ tanquam aliena episcopus procurat; sed
 etiam de rebus ad congruam substantiationem sibi pe-
 culariter assignatis, à quarum dispositione nō abhor-
 ret prædictum verbum.*

*XVII His oppositis, more solito procedit
 per argumenta S. Doctor: expendens docum D. Ambro-
 fij sermone 81. ibi. Proprium nemo dicat, quod è com-
 munione plus, quam sufficiat, sumptum. & violenter obtentum
 est. Et ibi Nec minus est criminibus habenti tollere, quam cum
 possis. & abundas, indigentibus denegare. Quorum prius
 testimonium ad bona communia ecclæsie potest refer-
 ri; secundum vero referri debet etiam ad bona Episco-
 po specialiter attributa. Deinde in secundo ita arguit: ut
 constat ex D. Hieronymo ad cap. 3. Isaie: bona ecclæ-
 siastica pauperum sunt. Sed quicunque id, quod elta-
 terius reseruat sibi, aut alijs dat, peccat mortaliter, &c
 tenetur ad restitutionem: Ergo si Episcopibona ecclæ-
 siastica, quæ eis superfluunt, sibi retineant, vel consa-*

gui-

guineis, vel amicis largiantur; videtur, quod teneantur ad restitutionem. Quod argumentum de redditibus Episcopali bus accipiendum esse, negari non potest. Tandem in tertio argumentatur ita: D. Hieronymus in epistola ad Damasum, cuius pars refertur in cap. Clericos. 1. q. 22. Et in cap. quoniam. 16. q. 1. præcipit, ut illi clerici ab ecclesia substententur, quibus parentum, propinquorum vero nulla bona suffragantur: quoniam illi, qui sine indigentia, patrimonium, quod est pauperum accipiunt, sacrilegium commitunt. Et Apostolus epistola I. ad Timoth. cap. 5. idem præceptum de viduis dat. Ergo multò magis peccant Episcopi, si ea, quæ eis superfluent de bonis ecclesiasticis, pauperibus non largiantur. Quibus non obstantibus, contrarium resoluit: quia multi Episcopi non elargiuntur pauperibus superflua, & nihilominus omnibus videntur laudabiliter expendere, ampliando ecclesiæ redditus. Vide in casu contingente elegantem Annæum Robertrum lib. 2. rer. iudicatar. cap. 2. pro illustratione resolutionis.

18. Nam, ut explicet Angelicus Magister in corpore articuli subtilem facit honorum diuisionem. Primo separat bona propria Episcopi, paterna maternavè, vel sua industria & labore parta, a bonis Ecclesiasticis. Illorum ut par est, concedit ei liberum dominium, dispositionemque adeò ut licet ea dissipet, vel pro libitu largiatur, nemini facit in iustitiam: vnde concludit, nemini ad restitutionem teneri. Fatetur vero, posse peccare contra charitatem propter inordinationem affectus, si dilapidans, in rebusque inutilibus bona defundens, proximi necessitatibus non subveniant. Ecce peccatum contra charitatem in malo usu bonorum. Deinde ecclesiastica bona inter se diuidit, fuxa textum, quem citat in cap. de redditibus 14. quest. 2. agnoscens ad Episcopum pertinere de redditibus ecclesiæ, vel oblatione fidelium unam portionem, ceteras vero cedere substentationi ministrorum ecclesiæ, farrat.

bries & pauperum. Ex quo concludit si omnes portiones fidei, & administrationi Episcopi committantur, ipsum mortaliter contra iustitiam peccare, & ad restitutionem teneri, si aliquid sibi retinuerit, vel contra applicationem bonorum alijs largiatur, quae sunt pauperibus eroganda, vel in ministros Ecclesiae, aut in cultum diuinum expendenda. Præbetrationem: quia respectu horum bonorum, quae ad pauperes, fabricam, aut ministros expectant, Episcopus administrator est, sine dispensator, & in quo primo requirimus bonam fidem iuxta præceptum Pauli 1. ad Chorinth. cap. 4. cui abusus, & usurpatio repugnat. Qua supposita divisione bonorum, de qua nos in superioribus egimus, iterum querit circa unam illam partem, quae Episcopo attributa est, an si illa abutatur, illam prodigaliter dissipet, peccat contra iustitiam, & teneatur ad restitutionem? quam inuestigationem sequentibus verbis resoluit. De his autem, quae sunt specialiter suo usui deputata, videtur esse eadem ratio, quae est de proprijs bonis: ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet quidem, si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. Ecce in primis comparat ecclesiastica bona specialiter designata usui Episcopi proprijs bonis, de quibus egerat in primo distinctionis membro, deinde abusum horum bonorum tantum dicit illicitum esse propter inordinatum affectum, & propter non seruatas regulas, quas exigit debitum charitatis. Igitur de mente D. Thomæ non magis peccat contra iustitiam Episcopus abutens rebus ecclesiasticis specialiter sibi deputatis, quam dissipatis bona, quae ex hereditatibus paternis natus fuit, vel labore industria que acquisivit. Tandem, ut nihil reliqueret intactum, alium casum versat, videlicet quando omnia bona ecclesiastica Episcopo conceduntur sine divisione portionum, sed cum onere, quod de natura sua ferunt subveniendi, necessitatibus ministrorum, pauperum, &

fabricæ, & in hoc casu sic docet, & si quidem in modico deficiunt, vel superabundet, scilicet retinendo auarè, vel largiendo prodigaliter, posset hoc fieri absque bona fide etamento. Enī ubi iterum administratorem facit Episcopum, quia nullam partem peculiariter suam dicere potest ex toto illo aceruo bonorum ecclesiasticorum, & iterum in eo requirit bonam fidem administratoris, quæ per parum defectum, vel excessum non habeditur: quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud, quod fieri oportet. In magno vero excessu fatetur bona fidei repugnare: quia nemini potest latere prauus usus Episcopi interibus sibi tantum commendatis. Ad quod fundandum egregie expendit locum Euangeli⁹ D. Matthæi cap. 24. post glossam ordinariam, & interlineas ibidem. Pertinetque ad hunc casum locus D. Augustini, quem paulo superius attulit Sanctus Doctor, epist. 50. ad Bonifacium ibi: si priuatum possidemus bonum, quod nobis sufficiat, non illa bona nostra sunt, sed illorum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnablem vindicemus. Quæ de bonis in communi Episcopo concessis secundum eorum propriam significationem forte accipienda sunt.

19. Quibus praictis solita perspicuitate, & doctrina satisfacit argumentis supra propositis, & primum ad locum D. Ambrosij responderet, eius verba nō solum esse referenda ad dispensationem rerum ecclesiasticarum, sed aliorum quorumcūque bonorum, ex quibus tenetur aliquis debito charitatis prouidere patientibus necessitatem, per quod fatetur. Sanctus Doctor, locum illum non tantum expectare ad bona ecclesiastica Episcopi, sed etiam ad illa bona prophana, quæ vel Episcopus, vel priuatus in patrimonio proprio habet. Sed nemo dicet Sanctum Doctorem sensisse ex debito iustitiae bona prophana distribuenda esse pauperibus, cum hoc pertineat ad debitum charitatis. Igitur ex p̄d. loco Ambrosij minime concluditur, Episcopum

copiam feneri ex rigore iustitiae superflua dare pauperibus. Deinde ad secundum respondet, bona ecclesiastica non tantum esse expendenda in usus pauperum sed etiam in alios usus laudabiles. Unde subsumit non peccare Episcopum, vel Clericum, qui de redditibus ecclesiasticis sibi specialiter a signatis aliquid subtrahit, ut consanguineis, vel alijs detur, dummodo id moderatè faciat, non prodigaliter, aut ambiose, id est ut non indigeant, sed non ut inde ditiones, & opulentiores euadant. Ad quod probandum adducit locum D. Ambrosij lib. 2. offic. cap. 28. Cuius pars refertur in cap. aurum 12. q. 1. verba sunt *Hec est approbanda liberalitas, ut proximi semini tui non despicias, si egere cognoscas: non tamen ut illos ditiones fieri velis, ex eo quod tu potes conferre in cibis pro cuius sententia illustratione addi- adi rique debet D. Valenzuela conf. 98. per totum ma- scitare ex num. 12. vbi adducit praeclarum text. in l. 7 tit. 23. part. 1. & alij multi, quos remissione adducit D. Solorzantis 2. tom. de India. iure lib. 3. cap. 10. num. 89.* Itaque Episcopus, qui de redditibus ecclesiasticis direcione intendit consanguineos vel amicos, peccat mortali- liter ex sententia D. Thomæ, quæ sequenda est: sed an peccet contra Charitatem, vel contra iustitiam, neq; ex loco D. Ambrosij, neque ex responsione ad hoc ar- gumentum colligi potest. Habetus tamen S. Doctoris claram mentem propositam, expositamque in cor- pore articuli. Denique procedit ad 3. & 4. in quorum responsione incipit fateri non omnia bona ecclesiastica distribuenda esse pauperibus, nisi in articulo necessi- tatis: in quo etiam usus ecclesie conlata & distrahen- das sunt pro subventione pauperum, & redemptio- captiuorum, dictor ab. aurum. Unde deducit, non vr- gente pauperum necessitate, bona ecclesiastica & redditus in leprosacientias posse conuerti in euangelionem pre- digtorum, quæ augiane patrimonium ecclesiæ: quod si necessitates pluerent ut virgines, abnivendianum cu-
m 100
113

prædiorū emptionib⁹, ut pauperib⁹ subueniatūr. Quo
in sensu accipit verba Christi Domini apud D. Matheū
cap. 6. Nolite solliciti esse in crastinum. Quod argumentū
minimè tendit ad redditus partis specialiter Episcopo
deputat⁹, sed ad bona propria ecclesiæ, vasaque & sup
pellectilia diuino cultui consecrata, ut ex eius contex
tu constat, & ex testimonio allato D. Ambrosij. Nam
de omnibus pariter tractare propositum fuit D. Tho
mæ in corpore articuli, ut dixi.

Superest postremus locus, quem de eadē
tractatione esse vel ex eo constat, quod auctor concor
dantiam marginalium illum retulit ad prædictum
articulum, quem nuper expendimus: extat in quindili
beto 6. questione 8. quæ est de elemosyna, & habet duos
tahtum articulos, quorum prius est articulus duode
cimus de elemosyna clericorum. In quo sic procedit.
In primo argumēto intendit probare, clericos pecca
re mortaliter, si superflua non largiantur pauperibus.
Expendit auctoritatē Glossæ ad cap. 3. D. Luce; tu
per illa verba: qui habet duas tunicas dat unam non haben
ti. Quæ docet, præceptum de elargienda tunica super
duabus cadere: quia cum dimidia tunica alter non ve
stitur, & largitor nudus remanet: quare per largitio
nem vnius tunice intelligitur largiri eorum, quæ su
perfluit. Igitur dare superflua est in præcepto. Sed
qui transgreditur præceptum, peccat in mortaliter. Er
go qui superflua non dat pauperibus peccat mortali
ter. Hoc argumentum commune est ad totam mate
riam de elemosyna danda: nec magis pertinet ad Cle
ricos, Episcoposve, quam ad seculares, & in quibus
eunque bonis locum habet: quare breviter notabi
mus, quod sentit Angelicus Magister. Docet ergo eū
D. Augusti, in lib. de sermone Domini in monte. Intelligen
dum esse quoad animi præparationem, ut videlicet
homo sit paratus facere, quando necessitas hoc requi
rit, quando necessitas imminet: nec enim semper te
net;

net, aut premit præceptum de superfluo erogando.
 Quando autem sit talis necessitas inquit S. D. quod obliget
 ad peccatum mortale, non potest ratione determinari, sed com-
 mititus prudentiae, & fideli dispensantisi: unde si bona fide datur,
 quando si bsi viderur expedire, immunita est a peccato: alioquin
 mortaliter peccat. Notemus, loquutum fuisse de duabus
 tunicis, que sunt propria bona possessionis eas habentis
 & nihilominus appellasse eum dispensatorem, & requi-
 sis sic ab eo bonam fidem in dispensatione, regulâdam
 scilicet per normam prudentiae. Ergo quia respectu
 præcepti de largienda elemosyna, non censetur quis
 apud Deum dominus rerum suarum, sed fidelis servus,
 & dispensator ut de proprijs bonis subveniat extremæ
 aliorum indigentia, prout recta rationis ordinatio di-
 stauerit. Procedit deinde Angelicus Doctor ad secundum,
 quod eiusdem tractatus est, pertinens nempe ad mate-
 riam de elemosyna in communione, & sic argumentatur.
 Præceptum plus obligat, quam consilium. Sed dare omnia,
 quæ quis possidet, est consilium; & tamè ad hoc homo obli-
 gatur in casu extreme necessitatis. Ergo addanda superflua
 tenebitur quis extracitum extremæ necessitatis; ita ut si
 non dederit, peccet contra præceptum, & per consequens
 mortaliter. Cui argumento sanis facit præmittendo,
 omnia, quæ à Christo Domino iniuncta fuerint sub
 consilio, cadere sub præcepto secundum prædictam
 animi præparationem. Quale est illud maiorem chari-
 tetem nemo habet, qui in animam suam ponat quis profra-
 tribus suis. Quod etiam cadit sub præcepto, quoad præ-
 parationem animi, secundum D. Ioannem epij. 1. capi-
 ta. Et nos debemus pro fratribus animam porere. Eadem
 ergo modo consilium cadit omnia cadit sub præcep-
 to, ad hoc, ut homo paratus sit in animo omnia bona
 sua clargiri, si talis necessitas immineat, quæ tantam
 petat largitionem, & per hoc eiusdem ordinis est, &
 iatram eandem lineam charitatis omnia sua dñe indi-
 genibus, ac dare de duabus tunicis unam. Sed pice
 virum.

vtrunque se sistat in eadem linea; tamēn minor nécessitas exigitur ad hoc, ut nos obliget præceptum de danda vna ex duabus tunicis, siue de dando superfluo; quam præceptum de dando toto patrimonio. Cum vero applicatio præcepti ad casum hic & nunc, pendeat ex facti circūstantijs; tam in uno, quam in alio concludit sapienter S. D. *Hoc totum ratione universaliter determinari non potest, sed committitur prudentiæ, ut dictum est.* Itaque qui prius non transgreditur prudentiæ norma, non est transgressor præcepti de charitate.

21 Postrema duo argumenta propriè pertinent ad questionem in articulo propositam, & propriè sume attingunt difficultatem, quæ nos vexat. Tertio quippe sic argumentatur: *Quicunque consumit, quod est alterius, teneat ad restitutionem.* Sed bona Clericorum sunt pauperum, iuxta glossam Hieronymi ^{sup:} 2. cap. *Isaiæ. Rapina pauperum in domo vestra.* Ergo si clerici inutiliter bona ecclesiastica consumant, tenentur restituere, si aliunde acquisuerint, ex quo facere possint restitutionem. sic arguit. *Quicunque se facit impotenter ad id, quod tenerat facere peccat mortaliter.* Sed Clerici faciendo expensas superfluas faciunt se impotentes ad subventionandum pauperibus de bonis ecclesiasticis, ad quod tenentur. Ergo videtur quod Peccent mortaliter superfluo, & inutiliter impendendo. Pro quorum argumentorum difinitione præmitit, diuisione in bonorum, quam attigimus, ino ex planius in explicatione loci precedentis. In primis enim distinguit bona patrimonialia à bonis ecclesiasticis in tuitu acquisitis. Bonorum patrimonialium dicit clericum verè dominium esse, illisque posse utriusque abuti ad libitum ablique eo quod peccet contra iustitiam, in hoc quod est profundere diffitias tuas. Peccare tamen docet contra Charitatem ex inordinato modo vivendi, ut in præcedentibus diximus. Postea vero ages de secundo genere bonorum, scilicet de acquisitiis.

clericō intuitū ecclesiæ, docet eorum clericos non es-
 se verè dominos, sed dispensatores, iuxta illud D. Pati-
 li epist. 1. ad Chorinth. cap. 7. dispensatio autem mihi credita
 est. Ex quo concludit à clericō exigi rationem iustæ ad
 ministratio[n]is, quæ à quocunque alio disp[ens]atore exi-
 gitur. Hucvsque non videtur Sanctus Doctor fecisse
 distinctionem de bonis ecclesiasticis inter illam par-
 tem, quæ clericō in congruam eius assignata est, &
 ceteras, quæ distribui debent inter pauperes,
 fabricam, vel alios usus ecclesiæ. Illam tamen
 odoror in sequentibus verbis. *Hic iam queritur in-*
ter dispensatores, quis fidelis inueiatur? In his ergo pos-
 test duplieiter peccatum consingere uno modo ex con-
 ditione ipsius rei; dum scilicet usurpat sibi quasi rem pro-
 priam, & in usus suos conuerit id, quod esset alijs erogandum;
 slio modo ex inordinato usu eorū, quæ in partem suam cedunt,
 sicut etiam de alijs dictum est. Notemus dissimiliter loqu-
 tum fuisse Angelicum Magistrum de illa parte, quæ
 alijs esset eroganda ex conditione ipsius; ac de illa par-
 te, quæ cedit in usus proprios ipsius clericis abusum
 quippe primæ illius partis, palam & expreſſe appela-
 nit usurpationem; quæ quidem vox in iure proprie
 significat rem alienam sibi intercipere cum in-
 suria illius; ad quem pertinet, pl. iniuriarum 13.
 9. vlt. versie, usurpatū, de iniurijs, l. si is, contra quem 3. C.
 de edific. priuatis illius vero partis, quæ sibi assignata fuit
 abusum, non appellavit usurpationem, sed peccatum
 ex inordinato modo viendi. Ergo satis indicauit, in
 1. casu esse peccatum contra iustitiam abuti rebus ec-
 clesiasticis; in secundo vero casu tantum nullo peccatum
 contra prudentiam, quam charitas requirit in distri-
 buendis bonis præsertim ecclesiasticis. Secundum quā
 distinctionem de bona fide dispensatoris honorum ec-
 clesiasticorū postea agit. Sed quia nihil adiicit in hoc
 artu quod potea non dixerit exp[ress]ius, distinctib[us]que
 in partibus, loco q[ua]em supra exposui, ex illico suffice
 re

re quæ dicta sunt ad expositionem huius questionis quodlibeticae. Sed quia auctores contrariae opinionis admittunt per suadere hunc locum pro se extare, videlicet breuitate, quid respondeant ad supra proposta argumenta. Ad tertium ergo, quod desumpsit ex verbis D. Hieronymi, bona clericorum sunt pauperi: Reipudent distinguendo secundum applicationem ab ecclesia facta predicatorum bonorum: alia enim bona applicata sunt pauperibus, hospitalibus, ministris: alia vero sunt applicata ipsis clericis, veluti beneficia, & praebenda: qua premissa distinctione sic distinxerit loquitur in primis bonis peccatum committitur non solum ex abuso, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit, quod est alterius: & ideo tenetur ad restorationem, tanquam defraudator rei alienæ. In secundis vero bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, unde non tenetur quis ad restorationem, sed solum ad penitentiam peragendam. Hæc verba noluit referre pater Thomas Hurtado dictorom. I. de congrualib. I. resol. I. §. 2. ut confidenter diceret, cæcutille nostrum D. Franciscum Sarmientum: qui nihil aliud docet hac in re, quam quod didicit a D. Thoma, cuius locum properanter legit Hurtadus, ne quid amplius dicam, ut inmerita nota inureret sapientissimum nostrum iuris consultum. Ad quartum respondet Angelicus Magister, denotando peccata ecclesiasticorum, qui vanis, & superfluis sumptibus bona ecclesiastica dilipant, de quo lèpius egimus occasione explicatus D. Thomæ. Quam exactam & ex fide Angelici Magistri præstare cuperem pro fulchro, & fideliori decisione nostræ questionis.

22 Videndum denique est, utrum sacrosanctum, & œcumenicum concilium Tridentinum determinerit, descinerit ve ab Angelici Praeceptoris doctrina, quod difficulter persuadebitur his, qui scierint, quantas partes egerint, partes D. Thomæ apud Patres Concilij in decreto, quæ edidit. Extat ea de re

gratissimum decretum sess. 25. de reformat. cap. 1. cuius verba si enodaremus sigillatim, dignitatem, munera, & perfectiones status episcopalis ad amissim reteremus. Verum quia non licet in tantum disputacionem nostram dilatare, pro explicatione priorum verborum textus, quae proprie per tinent ad perfectionem status, ultra D. Thomam 2. 2. quaf. 185. pertinet. & eius commentatores ibidem, videlicet multa, & multis adducentes Isidorus Mosconius de maiestate militantis ecclesie 1. p. lib. 1. cap. 8. §. 2. Alphonius Guerreo in Specul. iuris Pontif. lib. 1. cap. 4. Sebastianus Caesar de ecclesia 1. Hierarchia 1. p. disput. 6. §. 1. Bellarminus 1. controv. de clericis lib. 1. cap. 14. & seqq. Anasias Germonius de facror. immunitatibus lib. 3. cap. 8. à princ. Aug. Barbosa de offic. & potestat. Episcop. p. 1. tit. 1. cap. 2. & de Iure ecclesiast. uniuers. lib. 1. cap. 8. & de commendatione sanctitatis, quam apex Episcopalis requirit, adiri possunt Reuerendiss. D. & sapientissimus Mag. patr. Ioannes Martinez Magni Regis nostri confessorius in tractatibus, quos nuper edidit Hispanæ ecclesie bono tract. 2. & 3. de inspicienda qualitate ad pralatus eligendos D. Ferdinandus de Mendoza lib. 1. pro confirmando concilio Illiberitano cap. 6. Cui cap. elegantem notam attexuit, qui reliqua eiusdem scriptoris capita luculentis notis nouissime locupletauit, sectator olim noster, & disciplinae nostre studiosus (de quo non parum gloriamur) eruditissimus vir, & de Canonica, & ecclesiastica politia optime meritus D. D. D. Manuel Gonzalez Tellez ex perpetuo iuris Pontificij apud nostros Professore, Inquisitor Pincianus.

23. Misericordia ergo hac parte, quæ ad nos non expectat, agamus de verbis, in quibus agunt patres de obligatione, quæ incumbit Episcopis circa prouidam administrationem rerum ecclesiasticarum. Ante quā quidquam decidat, Concilium in iungit illis frugalitatem, modestiam, continentiam, humilitatem. Vitiata

ta enim contraria pestes sunt, quæ euertunt perfectio-
nem Episcopalis dignitatis. Ex quibus profusio na-
scitur, prodigalitasque in rebus vanè expendendis, qui-
bus sibi comparant in Magnatibus æmulationem, &
odium: quoad pauperes, quibus minimè consulunt,
aut consulere possunt, opprobria, & maledicta: quoad
populam Scommota, fulurros, murmurationem, &
contemptum. In hos totis eloquentiaæ viribus se in-
ueluit D. Bernard. epist. 2. cap. 42. deducens ex antecedenti-
i perfectionis status, quæ petit affectuum nuditatem,
sumptuum parsimoniam, administrationis fidelitatē,
quām magnam gehennam eos manere, qui tam de al-
tarie, quām de suoluxuriantur, & superbiunt; ex hisq;
sibi comparant fræna aurea, sellas depictas, ne quid pe-
ius datur: ac profudētes vtraq; aure obsurdeſcunt cla-
moribus pauperum dicentium, in fræno quid facit au-
rum? Nostrū est, quod effunditis, nobis crudeliter sub-
trahitur, quod inaniter expenditis. Considera hæc, &
altrias ecclias commoda frugalitatis, quæ depinxit Pli-
nius Secundus lib. 2. epistola 4. his verbis: *Quod cessat ex
reditu, frugalitate suppletur: ex quo velut ex fonte, liberalitas
nostra decurrit; quæ tamè ita temperanda est, ne nimia profu-
sione inarescat.* Bene equidem, quia liberalitatem, bene-
ficiantiam, subventionem pauperum destruit inconsul-
ta, & vana profusio, quæ nonnulli Prælatorum vtūtur,
falso prætextu conciliandi sibi, & statui auctoritatem
per hanc prophanam pompani, quæ Curias, Ciniates
que discurrent; D. Clemens lib. 2. consit. Apostolicar. cap.
24. & D. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 48. ad Paladium
Diaconum, Episcopos, Clericosque vanè profundentes
ecclesiasticos reditus, valdè increpat, quasi malos, &
infideles administratores, & øconomos. Quod inten-
tum clausit solidè D. Thomas in quarto argu-
mento supra num. 21. expenso, videlicet contrariillos, qui se fa-
ciunt in utilibus sumptibus impotentes ad subvenien-
dum necessitatibus, quibus ocurrere, succurrereque
tenentur.

24 His præmissis Patres Concilij Tridentini referunt ferè ad litterarii verba Concilij Cartaginensis 4. Can. 51. quæ iubent ut Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti, caueant, ne quid appareat in toda domo alienum à perfectione sui status, quod non præferat contemptum vanitatis, si implicitatem, & Dei-zelum. Idem habetur in Concilio Toleçano 3. canone 7. & ambo Canones à Gratiano referuntur in cap. Episcopos 41. *Distinct. cap. pro reverentia*
 44. *Distinct. Blandiuntur tamè sibi aliqui Prælati, quia si hæc verba consilium tantum præbeant conueniens perfectioni, non verò contineant præceptum. Cū verò ipiis imperetur, quod ratione dignitatis, & status, ad quem allumpti sunt, tenentur facere; probabilius est, imò, vt censeo, necessarium: præceptum contineare prædictam sanctionem; quod post Ioannem Valenum docuit Barbosa in remission. num. 3. Est tamè præceptum circà res prudentiales; ad virtutem quippe Prudentiæ spectat, rectâ normâ regulare, quid vnicuique statui decens, & congruum sit: quartè Conciliani aliam formam præscriperant, quam evitare vanitates, luxus, prophanas superfluitates: quarum rerum excessus nemini potest latere, nisi admodum cæcus sit, vt D. Thomas sapienter monuit iam explicatus.*

25 Sed cum auaritia, & sanguinis amor blaudiūs eos pellicere poscent, vt erga pauperes duri essent; post generalius illud præceptū, quod pertinet ad evitandam prodigalitatem, arctius illos distingit, ne prolabantur in deterius, & perniciosius vitium. Inquit Concilium: *Omnino verò eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiares ve suos augere studeant. Multi sunt, qui haec verba referunt ad redditus honorum Ecclesiæ, quæ Episcopis a signata non sunt; multi ad fructus prouenientes ex portione attributa Episcopo. Videndum erit Virtutissimus, & Universitatis Complutensis dignissimus Priorius.* M.F. Ioannes Marti-

nez de Prado Ordinis Prædicatorum in prouincia His-
pania religiosissimus Provincialis in questionib. moralib.
ad tract. de charitate, I. tomo cap. 13. num. 13. Eg. tamen
referendo singula siugatis, præceptum Concilij intel. I
ligo ram de bonorum Ecclesie, quam de Episcopatus
reditibus. Ut in primis contineat præceptum obligans
in iustitia cum onere, & obligatione restituendi; in bo-
nis vero secundi generis contineat præceptum de cha-
ritate ad mortale etiam obligas, sed sine onere resti-
tuendi, iuxta sententiam D. Th. Loqui vero Concil-
lium de utroque bonorum genere sequens clausula
suaderet; cum eis Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclæ-
siasticas, que Dei sunt, consanguineis denent. Quæ verba
oblationes fidelium significant, quas tanquam oecono-
nomus regebat Episcopus, ut manet dictum; nec secundum
Apostolorum sæculum, aut sæculum Clementis,
ad portionem Episcopo assignatam possint referri.
Quibus in bonis districtius, arcuusque præceptum ha-
beat Prælati, cum aliena sint. De reeditibus vero Epis-
copatus, præceptum sequens accipio, in quo eorum
charitatem Patres acuere cupiunt, ideo enixè rogant:
ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosq;
carnis affectum, unde multorum malorum in ecclesia semina-
rium extat, penitus depouant.

26. Quam cautionem, Sanctionemque ad
Apicem Apostolatus dirigunt, deinde ad Cardinales,
tandem ad Clericos. Notemus cum doctissimo Patre
Gabriele Vazquez in opusculo de elemosyna cap. 4. num. 3.
cui accedit Martinez de Prado d. cap. 13. quæst 7. num.
11. & 12. itemque Diana 8. parte resolut. moral tract. 6.
resolut. 14. obligationem clargiendi pauperibus, aut in
vitis pios superflua, ex perfectione itatus prouenire, au-
geri que ex qualitate rerum; non vero pure esse iuris
positiui. Verum est, ius positivam à principio Ecclesiæ
nascentis maxima cura suasi, & ingens Ecclesiasti-
cis hanc curam: sed esto, non ingereret; non minori

obligatione naturali tenerentur; qui huic militi & no-
 men dabant. Ex quo Eminentissimus Cardinalis de
 Lugo apud eundem Martinez d. num. 12. tria deducit,
 Primum est, non posse monstrari ius positivum, ex quo
 posset ortum habere talis præceptū tale; omnia enim
 quæ supra relata sunt, sic effantur, ut ex ipsis colliga-
 tur, potius moneri Sacerdotes, Episcopos, & cæteros,
 de obligatione, qua tenentur; quam ipsis aliquid de-
 nuò imperari, ad quod non tenerentur ex vi status. Se-
 cundum, & tertium est, subiacere dispensationi Ponti-
 ficiis Summi, vel derogationi per consuetudinem in-
 ductæ, si iuri positivi esset: in tantum, ut licet Episco-
 pi consanguineis suis possent thesaurizare, vel super-
 fluo redditus ecclesiasticos iungendere, sacerdotalium in-
 star, stante tali consuetudine, vel dispensatione. Quod
 alienum prorsus esset à sobrietate Ecclesie Dei, inde-
 censque à Prudentibus reputaretur, & interminium
 pararet Episcopali, & Clericali statui (ut vidimus, &
 semper ploramus in septentrionali plaga, in qua abu-
 sis diuinarum, & luxus Episcoporum præcipue extre-
 lem fecit Catholicam Religionem) pareretque con-
 fessionem, & scandalum. Adiicio ergo quartum, præcep-
 tum hoc merito à Patrio Conciliaribus emulsi me-
 se, & quasi intimatum Sanctissimæ Apostolice Sedis, &
 Petri Successoribus, pauperisque Crucifixi Vicariis.
 Quos naturalia præcepta, & ex ratione perfectionis
 status non minus tenent, quam cæteros: inquit artius
 adstringit, ex sententiæ, que in Principes omnes dicta
 est: maxima fortuna, minima licentia est. Per contrarium
 pater Antoninus Diana parte 5. tract. 3. refol. 28. & parts
 10. tract. 11. miscellan resolut 35. aggesit nonnullis Au-
 toribus (quorum dicta ad præfens librare, trutinariq;
 maioris operæ esset, quæ n. preci;) existimat contrarium
 probabile esse, nempe distributionem reddituum eccle-
 siasticorum, obligationemque eos pie, & fideliter in
 pauperes distribuendi, esse mere iuris positivi; si qui-
 dem

dem graues viri ita docent. Mihi modus hic probandi non placet, ut alibi protestatus sum: nec facile facio hierere dubiis contrarijs opinionibus, quod video hodie inter Pragmaticos, & Moralitas receptissimum.

27. Prenumeramus aenoplius hoc ius, & radicem eius, aut causa nostra Christo Domino, cuiusque præcepto deducimus, extat quippe diu Nomotethæ Lex apud D. Lucam cap. 11. his verbis prolatum: *quod superest, date pauperibus.* Quod quidem præceptum non tantum continet Episcopos, ceterosq; ecclesiasticos, sed quoscumque fideles etiam sacerdotes; quia est de elemosyna danda, quod quidem reducitur ad 4. præceptum decalogi honorandi parentes, & proximos, iuxta illud D. Iohannis Epist. 1. cap. 3. Ver. 18. ibi: *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate. In hac enim cognoscimus, quoniam ex veritate sumus.* Non enim charitas contenta est urbanis, aut blandis verbis, sed refusionei subfidi petiit, quando opus est. Itaque elemosynam dare desuperfluo, non est consilij, sed præcepti à Christo Domino iniuncti, ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 5. & in 4. sent. dist. 15. quest. 2. art. 4. Alij reducant hoc præceptum ad 7: decalogi secundum D. Hieronymum in reg. monachor. cap. de paupertate, ibi: *Alienam reipare coniunctur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur.* Quem refert noster Gratianus in print. dist. 42. Alij referunt ad 5. de non occidendo, quasi qui substrahit necessariis indigeni ipsum occidere velit. Ut cumque sit, illud certum maneat, omnibus indistincte præceptum hoc imperatum esse à Domino; eleganter D. Ambrosius relatus à Gratiano in cap. in singulis 19. 86. Dixit. dixit: *Non publicanus, non miles excipitur, non ager calvus, vel urbanus; diues, & pauperes in commune admontentur, ut coferant non habenti.* Misericordia enim plenitudo virtutis est, & ideo omnibus est proposita forma virtutis, ne vestimentis, aliis etijs suis parcant. Misericordia tamen ipsius impossibilitate conditionis humanae mensura seruetur, ut non sit in

vius quisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur. Hactenus in textu. Cuius laetissima, & prudenter regula manuducet nos ad ferendam de tota hac quæstione sententiam. Ad strictius enim obligatio tenet Episcopos, quam cæteros ecclesiasticos; & ecclesiasticos homines, quam sacerulares. Episcopi enim ex virtutis status in perfectione constitentes ardenter exequi debent opera charitatis; nam hæc virtus est, quæ illos ad perfectionem rapuit; sicque debent operari, ut perfectores videantur potius, quam perfecti ex censura S. Dionylii de Ecclesiast. Hierarchia cap. 6. quam sequitur D. Thomas 2. 2. quest. 184. art. 7. Episcopis proxime accedunt Ecclesiastici: quare seruata proportione ad idem tenebuntur, quod Episcopi, & per consequens multo amplius, quam sacerulares, quorum statui ex virtutis tanta perfectio non iniungitur. Deinde superfluum aliter consideratur in Episcopis, & ecclesiasticis, aliter in sacerularibus. Illis enim imperata est frugalitas in vita, & in tota domo; precipitur etiam, ne consulant generis suo, neque illi diuinitas thesaurizent, videndus pro multis Solorzanus 2. tomo lib. 3. de Indiar. iurecap. 10. num. 70. & 71. Sacerularibus vero, quanvis interclusus sit luxus, & in omnibus prohibetur rerum vana profusio; non tamen parci, frugalesque iubentur esse; deinde familie, filiis, & nepotibus ceterisque dependentibus consulere debent, Scobar de ratione ijs 1. part. cap. 22. num. 57. D. Valenzuela conf. 98. num. 6 & 7. Itaque quod respectu Episcopi, & ecclesiasticorum luxus perfluum est; respectu sacerularium erit forte necessarium, qua in re certa regula ex sent. D. Thomæ praecribi non potest, veluti tertia, aut quartæ partiis distribuenda de redditibus ecclesiasticis, minoris vero veluti decimæ, aut duodecimæ de prophaniis, aut sacerularibus: totum quippe permittitur prudenter, quæ est virtus regulatrix misericordie, ut moderatur cæteras virtutes. Illud tamen præ oculis habere debent prælati,

ecclesiastici, seculares, si exceedant in prophaniis sumptibus, vel illicitis largitionibus, quo se inpotentes redemptor ad laborem suum pauperibus mortaliter peccare, quia transgrederetur prædictum diuinum præceptum; neque sibi blandiantur auctore consanguineorum, vel studio pompe, & fastus, quasi necessaria sint auctorati comparanda: quidquid christianam normam prudenter excellerit, & ordinem charitatis violauerit, peccaminosum, & iuxta proportionem status vniuersitatemque, nec fallere poterunt iudicem cognitionis, qui est Deus, ut cum iudicio, & pietate dixit Iulius Clarius lib. 5 sent. 9. Testamentum quæst. 27. num. 6. Addendi sunt, qui prædicta doctrinam sublincent Sotus lib. 10. de Iust. & iur. quæst. 4. art. 4. P. Molina in eod. tract. disp. 145. Dominicus Bañez 2. 2. quæst. 32. art. 6. Menoch. de arbitr. cent. 6. cas. 120. Illustrissimus Tapia, qui luculentè, & summa cum perspicuitate de hacre loquitur, 2. tomo Catholice moralis lib. 3. decharitate quæst. 5. art. 8. §. 3. nouissime Martinez de Prado. d. 1. tom. in l. 2. cap. 13. de elemosyna quæst. 5. §. 2. ubi multos pro more referet. Quæ doctrina accipienda est respectu Episcopi, ecclesiastici aut secularis, qui de superfluo tenentur subvenire pauperibus, quatenus pauperes sunt, & communiones patientur necessitates. Aliud vero dicendum est, quando ex parte patientium ingruit extrema necessitas, aut prope extremam; tunc enim alijs principijs opus est ad etiandum obligationem, qua incumbit diuitibus circa subventionem talis necessitatis. Sed quia hæc quæstio propriè pertinet ad tractatum de elemosyna, & longè à nostro recedit, in ea inimorari non licet. Videndi erunt D. Thomas, & commentatores 2. 2. quæst. 12. ab art. 6. usque ad 10. P. Vazquez, & Valdesius peculiariter tract de elemosyna. Summis eod. verbo Barbosa in pastorali allegat. 119. Martinez de Prado d. cap. 13. per totum. Spino in speculo testamentorum glossa 14. ubi innumera aggerat testimonia, Diana 4. part. tract.

tract 4. resolut. 215. & 5. parte tract. 8. per totum.
 28 i Manet ergo Prelatos, Ecclesiasticos,
 que peccare mortaliter, qui vanè, prodigaliterque ef-
 fundunt bona ecclesiastica; id est intuitu ecclæsiæ, vel
 qui auare ea retinent, vt ditent consanguineos suos;
 sed non teneri ad restitutionem. Ethanc esse doctrinæ
 Angelici Preceptoris, Canone Concilij Tridentini
 Sanctitatem ita docent ex Luris Professoribus, Turreceris
 tractata in summa dist. 44. Siluettor verbo clericus 4. & verbo
 restitutio 6. Gregorius, qui huic proclivior est cum D.
 Thomi. in l. 40. tit. 3. Part. 1. igitur 6. Couarrub.
 in cap. cum in officijs de testam. num. 6. & num. 10. cum seqq.
 Molina de primog. lib. 2. cap. 10. ex num. 26. maximè num.
 32. & 52. versio. sed quanvis. Sarmiento exactè, & co-
 critissimè hanc sententiam inter Juristas fundans de redi-
 ditibus ecclesiasticis 2. part. cap. 1. & seqq. & 4. part. cap. &
 sepe. Antonius de Quintana Daenias Ecclesiasticæ lib. 1.
 cap. 3. ex num. 4. ubi iatis distinctè, & lib. 2. ex num. 6. 8.
 latè Ioannes Gutierrez lib. 2. prædictar. quest. 1. 14. per to-
 tum Stephanus Gratianus disceptat. 854. qui ferè ad ver-
 bum transcribit verba nostri Molinæ. Nicolaus Garcia
 de beneficijs 2. part. cap. 1. à princ. usque ad num. 7. Ioannes
 Garcia obvitèr, & quasi in transcursu sequens Couar-
 rubiam, in tract. de expensis cap. 22. num. 51. versic. in Epis-
 copo, prelato. & rectore, nec aliud Petrus Barbosa, sed ma-
 gis confitè in l. diuinitio 8. 2. part. num. 55. & seqq. usque
 ad num. 69. Mieres de maioratibus ab euentu, & coniue-
 tudine loquens, non vero à ratione, aut fundamento
 2. part. quest. 1. num. 50. & seqq. in nouis editionibus. Et
 quanvis dubius, in hanc sententiam inclinat, si rectè
 perpendatur, Azeuedus in l. 13. tit. 8. lib. 5. Compil. num.
 1. 2. & 3. Magis tamen ad rem, & ex professio senten-
 tiam nostram tinentur. Augustinus Barbosa in pastorali
 allegat. 114. ferè per totam, maximè num. 32. & 35. & seqq.
 D. Solorzaeus 2. tom de Indian. iure, & gubern. lib. 3. cap.
 10. erismi per totum presertim num. 22. Apud quos sunt
 alii,

Alij, quos adire non potui. Ex sacra Théologia Professoribus, quibus communior semper fuit hæc sententia cum suo Antesignano D. Thoma illam defendunt Sotus acriter, & cum iudicio lib. 10. de iust. & iure quæst. 14. art. 2. 3. & 4. Dominicus Bañez 2. 2. quæst. 3. 2d art. 6. dub. vlt. & in eodem articulo Aragon, Petrus de Le-desima in summa 2. part. tract. 4. cap. 3. concluſ. 20. vsque ad 27. Serra 2. 2. quæſt. 66. art. 1. dubio 2. concluſ. 7. Illastris simus Tapias d. 2. tomo lib. 3. quæſt. 5. art. 8. ex num. 9. qui cum magna distinctione, & magisterio de hac quæſtione dilleruit, nec minori quidem Martinez de Prado d. 1. tomo cap. 13. de eleemosyna quæſt. 7. num. 6. qui illam in fine numeri procul dubio approbat, & sequitur. Quam etiam amplectuntur præter Theologos Dominicanæ præclaræ familiæ, alij viri egregij, & quois eloçio maiores, Eximius pater Franciscus Suarez 10-
mo 4. de Religione lib. 3. cap. 16. num. 29. & alij, pater Vazquez in opusculo de eleemosyna sapè, & in tractatu de redditib. ecclesiasticis cap. 1. §. 2. dub. 1. ex num. 16. pater Molina de iustitia, & iure tract. 2. disput. 142. & seqq. vſq; 148. pater Læsius sub eod. tract. lib. 2. cap. 4. dubit. 6. per totam, eminentissimi non minus doctrinæ, quam galero Toletus in summa lib. vlt. cap. 38. Lugo tomo 1. de iustitia, & iure disput. 4. sect. 1. & 2. Sanchez lib. 2. consilior. moral. cap. 2. dub. 27. Dicastillus de iust. & iure lib. 2. tract. 5. disput. 1. dub. 11. ex num. 16. Alijque penes istos ex eadem venerabili Societate. Corduba in questionario casuum conscientie lib. 1. quæſt. 18. Villalobos in summa tom. 2. tract. 10. difficultate 8. maxime num. 6. Bonacina tom. 1. tract. 10. de fructibus beneficior. disputat. 4. punto 1. num. 5. Trullen K lib. 7. in precepta decalogic cap. 6. dub. 6. num. 7. Egidius Conin K de actibus supernat. disputat. 27. dubio 11. Diana part. 8. tract. 6. resolut. 13. & duab. seqq. & parte 10. tract. 11. resolut. 36. Apud quem, & præcita-
tos videri possunt multi alijs, à quorum nomenclatura abstineo, ne videar prolixè agere.

Unde mirum est, patrem Gasparem
 Hurtadum his nouissimis temporibus, in suis de cōgrā
 dissertationib[us] 1. tomo lib. 1. reolut. 1. per totam, non tan
 tum voluisse orbi Christiano persuadere sententiam
 hanc oeconomiam ecclesiasticam, rectamque admini
 strationem sedditum Ecclesiasticorum destruere;
 tanquam vimis laxam; sed etiani voluisse demonstra
 re, Angelicum Preceptorem contrarium docuisse:
 quod fuit in causa, vt Nos sigillatim eius testimonia
 in medium adduceremus, & expenderemus, vt legen
 tibus innotesceret. Hurtadum, si lieatum est de verbo
 ludere in re non ludrica, furtiuè illius verba occultas
 se, pro libitu reticuisse, & decurtasse; maximè textum
 Quodlibeti: cuius supposuit totam illam partem, in
 quā Sanctus Doctor ex professo determinat, quid sen
 tiendum sit, & ipse senserit. Non damno, quod præ
 tulerit contrariam sententiam, docueritque teneri
 Prælatos, & Ecclesiasticos cæteros ex iustitia super
 fluam dare pauperibus, aliterque profoundentes, dili
 pantes, vel in alios usus convertentes peccare cum o
 bligatione restituendi; video enim hanc sententiam
 tenuisse, Sanctum Raymundum, Sanctum Antonium,
 Gratianum, piissimum, & sapientissimum Nauarrū,
 multosque ab utraque Schola, quos referunt D. Tapi
 nam s. qui de illa ita loquitur: *Hec sententia est satis pro
 babilis; & esse tutiorem, est perse notum: quanvis sit nimis ri
 gida, & scrupulosa. Amplectunturque eo nomine, vt ma
 gis arctam, & ecclesiæ voto magis consonam, Azor*
 2. tomo iustit. moralium lib. 12. cap. 12. quanvis agnoscat
 probabilitatem, & soliditatem fundamentorum no
 stræ, & Paulis Layman lib. 4. trax. 2. cap. 3. num. 3. pro
 pendetque Obiedo de charitate controuers. 10. puncto 15.
 num. 116. Martinez de Prado ubi proxime num. 4. 3. & 6.
 qui de nostra sic loquitur: & quia hac opinio hodie c[on]sidera
 munis, & benignior; illam supponendo procedit quaestio, & alijs
 innumeris. Illud tamen valeat inprobo pro le adduce
te.

re, & retorquere voluisse Angelicum Preceptorem, quem huius sententiae auctorem omnes venerantur, & colunt; & qui celebrem, & fulchro veritatis innixam potuit solus eam facere, & persuadere. Displetet etiam, quod per totam illam resolutionem scismaticis impetrerit tam Sarmientum, quam reliquos, qui ipsi adhuc feruerunt sequentes D. Thomam. Quasi Sanctissimi Doctoris mens non alij pateat, quam ipsi. Verum quia mei moris, aut institutio non est, de alienis scriptis sententiam ferre, officiumque Censoris sumere; quid de toto illo scripto censem, sentiamque nolo in mediu proferre. Magna ex parte ab hac cura Nos liberat, qui magis ex professio cuius ipso nuper congregatur, modeste tamen, & religiosè, talis procul dubio est, qualem ipsum pagina prodit, eruditissimus, & omni ecclesiistica eruditione refertissimus R.P. M. Gabriel de Henas Soc. IESV, in parergis, quæ attexuit, syntagma de Scientia Media Historice propagnata, quod iam publica luce fruitur, parergo i. & seqq. in quibus huius scriptoris multas opiniones emolit, & ad incudem reuocat.

30. Queritur etiam in hoc articulo, utrum diuersi dicendum sit de Episcopis assumptis ex clero, siue Religione, ac diximus de Episcopis, qui affluntur ex Clero? Quia in re duæ doctrinæ videntur in uicem sibi obstat. Prima est, Episcopos consistere in statu perfectionis, non tantum ut perfectos, sed ut perfectores: Religiosos vero, ex vi status tendere ad perfectionem, ut diximus ex D. Dionysio de ecclesiastica hierarch. cap. 6. D. Thoma 2.2. quest. 184. art. 7. Sed Religiosi per tria vota castitatis, obedientiae, & paupertatis, per quæ perfectio Christiana completur, ad eam tendunt. Igitur Episcopis relaxari non debent: nisi absurdè velimus introducere in sanctissimos ministrorum Ecclesiæ relaxationem. Ex hac doctrina concludit Angelicus Magister 2.2.q.84.art. 11.ad quartum. Episcopū

ex clauistro assumpsum non absoluī à voto obediētiæ, quod emisit, professuras: sed per accidens non teneri obēdire; nempe quia ex ijt̄ à religione; vt Genera-
lis Ordinis nulli ex toto Ordine obedientiam debet, &
nihilominus non dicitur absolutus à voto: quod salua-
tur, ex quo tanquam Religiosus, & ratione voti debet.
Papæ obedientiam. Idem ergo in Episcopo dici oportet. Idem Angel. Doctor 2. 2. 19. 18. s. art. 8. ad 3. i. repetit
doctrinam de voto paupertatis, quām in textu præce-
denti tradiderat, docet quo ab eo multò minus absoluī:
quia etiam de reditibus Episcopatus nihil habere po-
test, tanquam proprium, sed tanquam dispensator bōno-
rum Ecclesiæ. De voto castitatis superfluum esset dis-
putare. Totam hanc D. Thomæ doctrinam mirificè,
& latissimè, explicat, & illustrat vnas adeundus pro-
cunctis doctissimus pater Thomas Sanchez 2. tomo in
præcepta decalogi lib. 6. cap. 6. per totum, concludens cum
11. proprietate nō honorum, quę procedunt ex redditu-
tibus Episcopatus non posse residere penes Episcopum
ex Clauistro assumpsum; sed penes Christum D. vel pe-
nes eius pauperes; vel ecclesiam, quam regit, qua &
fuit searentia Michaelly à Medina de Sacror. homin. con-
tinens. lib. 15. cap. 1. 60. & videtur probabilitas Diana de
8. part. 1. 31. 1. 6. resp. 1. 6. 2. & mibi est certa. Ex qua pos-
test hęc deduci consequentia. Bona progenientia ex
reditione Episcopatus non sunt propria Episcopi Reli-
giosi, sed Christi Domini, vel pauperū. At sic eit, quod
qui rebus noui proprijs abutitur, ad restitutionem tene-
tur, si illa non expenderit in usus, quibus præcisè desti-
natis sunt. Ergo & Episcopus ex clauistro assumpsus ad
restitutionem tenebitur. Si dixeris, dari implicationē
interminis; videlicet, vt possit restituere, qui nūquam
propriū habere potest, de quo restitutat: deducemus
sicut in hanc consequentiam, Igitur donata: i), in quos
Episcopus Religiosus contulit largitates, non poterūt
res donatas sibi retinere; sed tenebuntur eas pauperi-
bus,

bus, vel ecclesia reddere; & ad id per iustitiam compellendi erunt.

Contra etiam doctrinam in fota Ecclesia obseruatur, & ut par est in cunctis supremis Tribunibus recepit est: apud quae videntur, non rescindi amplias, profanasque donationes ab Episcopis regularibus in consanguineos collatas; maioratus, comitatus, marchionatusque ab ipsis institutos causa augendae, & nobilitate familie suo secularis. Nec est credibile contra Iuris Canonici Sanctiones, & contra tam strictam obligationem inde prouenientem, Christianos iudices sepe, immo semper pronuntiasse, ut testantur multi apud D. Solorzum d. lib. 3. cap. 10. ex num. 46. ubi adducit Sacrae Rotae decisionem apud Alexandrum Ludouitium d. lib. num. 11. & 12. in qua Auditores ita decidunt. Nec obstat quod sumus in Episcopo regulari; quia regularis factus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quam secularis, & alias, & apud Barbosam vocodecessio 100. à principiis usque ad num. 14. Quibus addendi sunt Diana 5. p. tract. 8. de eleemosyna resultus 27. in fine D. Tupia d. 2. tomo cathene moralis lib. 3. quest. 5. art. 3. num. 1. In fine ad 101. q. 15. habetur. Quid doctrine, ut verum fatear, iacipiteme aliquando tenuerunt. Donec in verbâ D. Thomæ inquitens, & illis ex nostra iure accommodans expositionem a falsbris, & impedimentis viae evasi. An certo iudicio viderint lures pertini nostri, quibus præcipue hec scribimus. Inquit D. Thomas: proprium autem nullo modo habere possunt, & infra. Testamentum autem nullo modo facere potest: quia sola ei dispensatio committitur rerum ecclesiasticorum, que morte finitur; ex qua si iacipit testamentum valere, ut Paulus dicit ad Hebreos 9. Itaque ex mente D. Thome Episcops regulari dispensatio commissa fuit, sine dispositio de redditibus sui Episcopatus: proprietatis tamen incapax est, ex voto paupertatis, quod emisit. Videamus an liberam, absolutamque potestatem.

disponendi de rebus tanquam suis in iure habeat, qui ex statu incapax est dominij, & proprietatis; sed ex lege sibi commissam habet dispositionem, siue dispensationem, quod idem est? Quod Veteres Iuris Consulti disputarunt in filio fam. cui concessa fuit peculij Castrensis dispositio: dominium vero rerum Castresium non potuit non residere penes patrem; qui in domo dominium habet, l. proruntatio 191. §. familiæ de verb. significat. quare minimè penes filium residebat, qui propter statum incapax eo iure erat proprietatis. Nihi minus ex sola dispositione sibi concessa, poterat quoscumque contractus celebrare, poterat donare, & qualitercumque disponere; quanvis dominus non esset, vt cum cura fundavi post multos, quos retulish: 5. Opusculor. cap. 6. Tantundem ergo dicit D. Thomas de Episcopo regulari circa dispensationem rerum, quam facit in vita: ex quo sequitur, substineri ero iure, nec rescisioni subiacere: quia dispositio de re non pugnat, non est contraria statui; non opponitur voto paupertatis; sed adquisitio proprietatis, per quam Religiosus proprietarius fit, cap. cum ad monasterium de statu regulari, late, & eleganter noster Basilius lib. 7. de matrimon. cap. 13. cum seqq. Vnde magno cum iudicio Azor 1. tomo institut. moral. lib. 12. cap. 7. q. 2. Sanchez in precepta Decalogi 2. tomo lib. 6. cap. 6. num. 13. D. Solorzanus d. cap. 10. num. 49. concludant differentiam inter Episcopos saeculares, & regulares, quoad dispositionem, dispensationemque de fructibus Episcopatus verbalein esse, non realem: quia inspecto dispositionis exitu, alter ab altero non distat.

33 Nec quidquam obstat textus in cap. statutum 1. 18. q. 1. in quo Episcopus factus ex monacho, vindicat hereditatem paternam, nec illam monasterio adquirit, à cuius vinculo, & immediata obedientia liberatus fuit; sed Ecclesia restituit, ad quam intitulatur, & sanctificatur. Fatumur enim cum D. Thomas d. 2. 2. quest.

quæst. 135. art. 8. ad tertium, ubi signanter hanc testimoniū exponit, non adquirere proprietate tenus paternam hereditatem: quia ei subiectum incapax proprietatis bonorum; quemadmodum neque adquirit proprietatem redditum Episcopatus, idcirco, quod superest de bonis post Episcopatum adquisitis, restitendum, rediendū que esse Ecclesia, ut hodiè apud Nos redditur, restituitur Cameræ Apostolicæ apud Nos, cui reseruatum est ius succedendi in bonis Prælatorum: sed non inde sequitur non posse in vita disponere de illa hereditate, ut potest disponere de fructibus Episcopatus. Ita enim successio reseruatur Ecclesia, vel Camera, si in vita de rebus non disponat, ut post Nauarr. & alios docet Solorzanus ubi proxime num. 53. In quo strictior est obligatio Episcopi regularis, ac secularis. Hic enim hereditates ex genere, vel ex benevolentia amicorum sibi pronenientes, siue ab intestato, siue ex testamento imputant peculio prophano, modo carent confiscare inventarium, quod generi suo relinquuntur: illi vero tanquam incapaces proprietatis nihil habent proprium, quod generi suo reseruent, nec de quo in ultima voluntate possint disponere: ut dissentit notauit D. Thomas. Eiusdem prorsus lenitus est arbitrorum sententia ab Innocentio III. confirmata in cap. cum olim 14. versic. præterea, de priuileg. cuius inter alia, illud caput fuit rescripti: iura Ecclesiæ Episcopalis, & Cænobij, ex quo Canonicus, aut Monachus in Episcopum electus fuit. Præterea quia idem M. prædecessor tuus fuerat Canonicus regularis: ex duo millia Marabatinorum, que adquisierat in Episcopum iam promotus Monasterio dederat memorato: ipsum monasterium ad restitutionem eorum Iudices condemnarunt. Non est enim incredibile, resculam fuisse donationem ex eo quod Episcopus in vita donare non possit proprio monasterio, in quo religiose militia nomen det, & prima virtutis fecit tyrocinia: sed cum lis veretur, ad quos perirent bona post Episcopatum ad-

aduentitio iure quæsita: an ad Ecclesiam, an ad Monasterium; delegati pro Ecclesia tulerunt sententiam, quam Pontifex confirmauit. Vnde habiles termini disputationis sunt supponendi; nempe vel Martinum Episcopum restituuisse Monasterio suo acquisita, tanquam ipsi debita, cum ex illiaret eorum honorū successionem ad monasterium spectare: vel causa mortis donasie, vel intestamento reliquissie. Hoc enim potest pro certo assuerari, in hoc textu nullam fieri mentionem simplicis, liberalisque donationis inter viuos factæ: ne hic intellectus aliquibus diuinatorius videatur, Quem post multos indicant Solorzanus d. cap. 10. ex num. 5. 6. Barboſa d. votode ciso 100. ex num. 10.

34. Substinetimus ergo communiores, usque receptissimam sententiam: nullam scilicet posse differentiam considerari inter donationes factas ab Episcopis regularibus, & eas, quas faciunt Episcopi, qui ex Clero electi sunt: neque alio obligationis generere teneri illos, quam hos: sed omnes ex charitate obstrictos esse superfluum dare pauperibus; neutros vero ex iustitia legili, neque cum obligatione restituendi. In ipsa tamen charitatis linea agnoscunt Auctores ipsi, & Nos fatemur, strictiore esse ex decentia, anteacta vita, & educationis genere obligationem regularium Episcoporum: cum enim omnes Episcopi teneantur ad patrimoniam, frugalitatem, hospitalitatem, opera que misericordiae exercenda ex vi perfectionis status, ad quem assumpti sunt: hæc instituenda vitæ obligatio maiori vi adigit illos Episcopos, qui ad Episcopatum ex clauistro transferunt. Cum, quia tendentes ad perfectionem, & in ipso monasterio degentes, seque exerceentes ea opnia tenerentur præstare, per quæ humilitas comparatur, & absurdum esset, si adepti statim perfectionis in contrarium vitæ normam mutarent. Tamen iam, quia vanum in iudicium plebis (si hili iudicium pro rhe estimari oportet) minorem fastum, pomamq;

pamque permittit illis, quos ex clauistro præstolatur: unde, & maius superfluum, residuumve sperat ex eorum charitate: cuius spes minimè in hoc defraudanda est. Iterum tamè mōco, hæc omnia ad Prudentiam expectare per charitatis normam regulatam: neque mensuram, finitionem, ve certam habent. Quæ sententia est D. Thomæ, quam præfero: sicut sapientissimi viri modum hanc charitati facere voluerint; assignata quartà, tertiave parte, cuius distributione Episcopus obligationi elargiendi elemosynam satisficeret. Sic tenent, alijs relatis Hurtadus de Mendoza in 2.2. disput. 160. sect. 7. subsect. 3. 4. & 5. Diana 5. part. tract. 7. resolut. 27. sed nostram de non assignabili certa, & determinate portione defendunt Sotus lib. 10. de iustit. & iure quest. 4. art. 4. conclus. 3. pater Molina tract. 2. disput. 146. Cardinalis de Lugo tomo 1. de iust. & iure disput. 4. sect. 2. Securioremque reputat Diana 4. part. tract. 4. resol. 214. & 7. part. tract. 11. miscellaneo resolut. 3. 5. & omnino tenendam Martinez de Prado d. 1. part. cap. 1. 3. de elemosyna quest. 7 §. 2. & 3. Quomodo subst. in eo etiam in causa Episcopi regularis, ut substitui in causa Episcopi secularis, obligationem hanc intrâlineam præcepti charitatis contineri; nec irritari donationes ab eo factas, quamuis in prophanos usus redditus Episcopales conuerterit, vel in augmentum prophætæ familiæ: peccabit quippè immaniter, & in humanitè coram Deo, cui prudentis administrationis sibi commissæ rationem reddere tenetur: sed in exteriori foro nec irritabuntur donata; nec Cameræ, vel Ecclesiæ iubebuntur restituui: nec in foro interno obligatus ad restitutionem manebit. Quidquid cum multis cōtrarium persuadere conatus fuerit Noguerol allegat. 26. art. 3. inseruiens causæ Ecclesiæ Guadalaxaren sis in prouincia nouæ Hispaniæ contra regale, religiosissimumque cœnobium Sancti Benedicti Vallis Oletanæ yrbis in causa amplissimæ donati-

nis in ipsum cœnobium collatae per D. F. Ioannem de
el Valle præ dicta Ecclesiæ Antillitem, & dicti cœnō-
bij filium. In qua, licet cōtra donationem prouuntia-
tum fuerit, ut testatus fuit D. Solörzanus, qui eidem
causa adstitit tanquam Filii. Indiarum in supremo
consilio aduocatus; non tamē ideo rescilie fuit, quod
ab Episcopo regulari facta fuerit; sed quia facta fuit
propè extreūm in vita articulū, non sine aliqua sus-
picione fraudis, causa mortis icilicet, magis quam in-
ter viuos. Quare decretum Consilij Indiarum contrā
nostram sententiam adduci non potest. Eamē etiam
sententiam sequuntur Addentes ad Molinam de His-
pan. primog. lib. 2. cap. 10. ex num. 26. usque ad 30. & pro-
sua opinione volunt sententiam Auctoris expendere:
sed de regulari Episcopo, ut regularis Episcopus est,
nihil profecto loquutus fuit Molina. Sequitur etiam
Gaspar Hurtadus de congrua lib. 1. resol. 1. subresolut. 2.
pag. mihi 31. insistens eidem doctrinæ, quam tradidit
loquens in communī de quocunque Episcopo. Sed
eius argumentis iam satisfecimus. Noguerol vero tā-
tum auctoritatibus vsus fuit ad suam opinionem fun-
dandam, ex recepto Pragmaticorum more, quare ni-
hil est, quod ei debeamus respondere, qui agnoscamus
pluri nos antea contrā nostram sententiam tenuisse;
sed fateri debet, hoc purioris litteraturę sēculo, com-
muniorem esse, quam defendimus.

35. Illud tamē certissimum est, ut de
Episcopo in communī iterū loquamur; donare caus-
sa mortis non posse, multoque minus. testamentum
facere de rebus intuitu ecclesiæ adquisitis, ut probatur
ex cap. ad h̄c 8. cap. relatū 12. de testam. l. 8. tit. 21. Par-
tita, 1. quia omnis mortis causa dipositio iure ipsis fu-
blata est, quorum ius, seu dispensatio vita finitur, ut
docuit D. Thomas supra relatus. Latiusque & cū mul-
titis prosequuntur Barbosa in pastorali allegat. 107. num.
32. Molina de primog. & Addentes d. lib. 2. cap. 10. num.
21.

40. G. seqq., Noguerol d. allegat. 26. ex nun. 232. Atias de Messa lib. 2. partur. cap. 39. num. 3. Sed quia sa pè accidit, ut infirmi, & in extremis vitæ agentes, siue de salute desperates, siue male certi proficias faciunt morientes potius quam causa mortis donationes; de his multæ lites solent oboriri, quæ plerumque utili transactione sopianuntur, potius quam sententiâ, ut expertus loquutus fuit Molina iibi proximè num. 44. Ad valorem quippe non tam attendimus modum donationis, quam motivum donandi. De modo enim certò ascertere debemus donationem irredibilem, & absolutam in illo statu factam, inter vivos esse, non cat sua mortis, quanvis à moriente celebretur, l. iiii. ad donatur 29. hoc rit. l. viii. 9. si quid in favore patroni. Igitur talis donatio Prælatis interdicta non est. Sed cum iuris regulâ sit, plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipiatur; & veritatem esse spectandam, non quod quis finxit, l. si. forrè 8. de Castrensi peculio, merito in iuris distinctionalem indagationem venit, quando fraus qualita fuit, & prætextus lumperus donandi in extremis irreuocabilitè; quando testamentum alioquin faciendum esset, & qm in terra ei sunt bona, quæ secum quordam dominus deferre non posset. Perispicitur etiam ad fraudem facilius compê iendam, an Prælatus traditione rerum realiè non factâ, carum sibi dum viueret, retinuisse ysum fructum: quo in casu proni erunt iudicces, vt interpretentur, animum faisci supplantandi, & euertendi prohibitionem iuris de testamenti factio- ne. Rursus inspicitur, vtrum totam suam substantiam, vel maximam partem donent in illo statu constituti; an aliquam eius partem? In primo casu censem prudētes iudices, non multum dilatare a factione testamenti omnem substantiam, vel maximam partem transferre, quanvis in forma modis transferendi donationis sit. His & alijs coniecturis vtrumque: quia in Hispania ysu recepta non est Bulla Pij IV, quæ duo exigit, vt confir-

tur donatio inter viuos, & per hoc valida; videlicet realis traditio, & quod Episcopus donans per quadraginta dies superviuat, quem finem litibus imponeret, si reciperetur. Videndi itaque erunt nuper relati, & D. Franciscus Sarmientus de redditib. Eccles. 4. part. cap. 4. num. 6.

36. Poterit ergo donare causa mortis ex bonis patrimonialibus, aut aliunde, quam intuitu Ecclesia adquisitis, ut vulgo noratur in cap. 1. de testam. nisi sit Episcopus assumptus ex claustrō, qui quidem ob incapacitatem personae non potest proprietatem adquirere etiam bonorum aduentitiorum, sed sola fruitione, & dispositione contentus est: quare & haec bona aduentitia ad Ecclesiam, vel cameram spectant, ut reliqua quae post eius mortem supersunt, ut ex D. Thoma supra probauimus, docetque signanter Martha de iurisdict. 4. p. casu 24. num. 5. & 6. Quae est notanda differentia inter Episcopum seculari, & regulari, & cum eadem distinctio bonorum testamentique facienda, vel non facienda obseruaretur in clericis, ac obseruari diximus in Episcopis; nempe, ut possint de iure communione clericis feitari de botis industria sua, vel aduentitio iure acquisitis; non vero de his, quae acquirunt intuitu Ecclesie: ex consuetudine universalis nostri Regni receptum est, ut de quibuscumque bonis possint testamentum facere, & ab intestato successiones legitimas habere, ut reliqui secularis: caius conditum in meminit, eamque apud Nos tanquam inutilabilem sauxit, l. vlt. tit. 8. lib. 5. Compilat. Ex qua Reges nostri inferunt recte, post illa bona donare inter viuos, & causa mortis concessio enim difficiliore, quod facilius est multo melius conceditur, l. cui quod plus est, de R. I. cap. cui licet eod. tit. in 6. de valore, & praxi profondo interno, & externo praed. contactu dignis multa disputant praecitati Auctores, maximè Molina d. lib. 2. cap. 10. ex num. 53. Barbosa d. allegat. 114 ex num. 6. D.

Solorzanus dict. lib. 3 cap. 10. num. 11. Couarrub. in d.
cap. 1. de testam. Gutierrez lib. 2. præf. q. 114. per tot. Ma-
tienzus, & Azeued. in pred. l. vlt. Sed cām quæstiones
ab illis ventilatæ, longè à tractatu nostro recedant,
missas eas facimus, ut vltimā notā in huic nostro tra-
ctatu adiuciamus. Quæ sit, clericos, religiosos, Episco-
pos, cæterosque, qui in sacris ordinibus constituti sunt,
nec mortis causa, filijs spurijs nihil posse donare. Spuri-
os vero appellamus, quos suscepserant, postquam ad
sacros ordines assumpti sunt, ut dicitur in l. 9. Tauri,
quæ est Lex 7. tit. 8. lib. 5. compilat. in qua iubetur, ut
obseruetur dispositio Legis antecedentis circa succe-
siones in bona parentum clericorum; consanguineo-
rumq; ex paterno genere, data Sorię à Rege Ioanne I.
pro quarum expositione videndi erunt classici Regni-
colæ ad pred. l. & utiliter Pichardus noster ad tit. de-
hereditat. quæ ab intest. defer. cap. vn. § 7. per tot.

CAPVT XIII.

*De Donationibus supremorum Principum.
ad explicationem tit. 10. lib. 5.
Compilat.*

SANCIENDVM in primis est dogma ab omnibus pījs, catholicisque recipiendum, Deam Opt. Max. vniuersi creatorem sine lege, sine taxatione quidquid Dicitur eius Majestati placuerit, & cuicunque placuerit donare potest. Pertinet enim ad supremū Dei dominium pro libito, cui voluntate donare: nec alius erit legi.

legitimè dominus, quām is, in quem Deus Opt. Max.
liberalitatem suam contulit. Ita D. Thomas 2. 2. quæsl.
104. art. 4. ad 2. & ex eo notat docti simus, & mihi co-
lendissimus M. P. Ioannes Martinez de Prado dicit. I.
tom. in materia de charitate cap. 13. de elemosyna quesiti
num. 16. Libetque in præsenti notare, quod pridem no-
tauimus in repetita prelectione ad tit. de acquir. posses cap.
I. dominium hominibus euenisce mundi totius, &
omnium quæ sub eo comprehendantur ex donatione
divina, cuius chirographum extat Genes. cap. 1. vers. 27
ibi: Replete terram, & subiecte eam, & dominamini pescibus
maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animalibus, quæ mo-
uentur super terram. Cum vero vniuersa caro corrup-
set viam suam, in Deumque ingrata ceruicem erige-
re voluerit contra creatorem, penituit Deum fæcile
hominem, eiusdē Genes. cap. 6. vers. 6. Odoremus, ut ac
loqui liceat reuocationem donationis cuiusq[ue] propter
ingratitudinem generis humani. Quam placatus Deus
purgatione vniuersalis cataclismi, iaduauit, refecit
quæ iterum in Noemo, eiusque posteritate, eiusdem
Genes. cap. 9. vers. 6. & 7. verba sunt. Crescite, & multipli-
camini, & replete terram, & terror vester, ac tremor sit super
cuncta animalia terra, & super omnes volucres cœli, cum
vniuersis, quæ mouentur super terram. Omnes pisces maris ma-
nibus vestre traditis sunt, &c. Disserta etiam eiusdem do-
nationis extat mentio apud Regium Psalm. 23. Ecclesiast. cap. 17. vers. 3. Sapient. cap. 9. à princ. Ad-
dere etiam libet sanctum Alchimum Archiépiscopum
Viennensem lib. 1. carm. cap. 8. voluisse facere Euani
Adami confortem non tantum humani, diuinique iu-
ris sociam, ut de uxore dicitur in l. 1. derit. nupt. 1. adver-
sus 4. C. de crimin. expilate heredit. Sed etiam diuine do-
nationis participem tit. dotis à Deo datæ. Versus
sunt.

Pro thalamo Paradysus erat, mundusque dabatur ob ait
In dotem, & latis gaudebant sydera flammis.
Sed

Sed redeamus ad diuinam donationem, per quam ge-
neri humano vniuersaliter dominium acquisitum fuit
mundi, & omnium, quæ in mundo dominij capacia
sunt, & quemadmodum multis filijs hereditibus relictis
vniuersale dominium totius hereditatis omnibus pro-
indiviso, & in confusio aequiritur, donec iudicio fa-
miliae ecclesiæ singulis portiones hereditatis adiudicē-
tur, l. 1. fam. ecclesiæ. Sic, & in vniuersali divisione cotigit tā
in prima donatione, quam in secunda, in filijs, poste-
risque Adami, & Noemi: priuatum quippe dominium
singuli nati fuerunt per divisionem, & occupationem
regionum, terrarumque. Quod eleganter expressit
vulgatus noster eiusdem Genet. cap. 10. ver. 5. loquens
de posteris Noemi sic: *Ab ipsis sunt insulae gentium in
regionibus suis*, ut enim quisque occupabat regionem,
quasi iudicio diuisorio libi propriam faciebat. Dice-
bam ego occupationem suam causam originariam
adquirendi priuati dominij, siue singulorum, dona-
tionem vero Diuinam suam causam primariam ad-
quisitionis vniuersalis Domini respectu generis hu-
mani, præente breuitate, sed cum iudicio Ioanne Sel-
deno lib. 1. maris claus. cap. 4.

Quæ potestas suprema nunquam Deo piæ,
& catholice denegari potest, modo de eius voluntate,
sufficienter nobis possit constare per manifestationem
ecclesiæ, rationem vel iuris Diuinæ, quæ Diuinam no-
bis voluntatem patefaciat. Ex qua certa Regula mul-
ti, magnique effectus fluunt, quos exponere, & pro-
dignitate dilatare artis, artuumve meorum non est;
ideo supra vires nostras positam propiniam robustio-
ribus humeris permitto. Libet tamen duo patrum te-
stimonia in concordiam redigere, quæ admodum dif-
ficilia cuiilibet legenti videri poterūt: vel eo maxime
explicatu digniora, & ad nostrum tractatum pertinen-
tia, quod a Gratiano in suo decreto ambo referuntur.
Primum extat, in cap. 1. dist. 8. continet D. Augustini
ref.

responsionem ad querimonias Donatistarum, quibus
 villæ ademptæ erant per edicta Imperatorum, & eccle-
 sijs Catholicis assignatae, aut restitutæ. Quærebant er-
 gò Hæretici ab Augustino, quo iure villas nostras, ecclesie
 nostre possideris? Responde: que Augustinus, possidere
 illas diuino, & humano iure: illo, quod in Scripturis
 prostat; hoc quod ex legibus Regum detinuntur; secun-
 dum quod sibi defendant, quidquid homines possi-
 dent. Si ex iure diuino agendum esset, nemo sibi rerū
 dominium posset assicerere nisi is, cui immediatè, me-
 diatè à Deo fuisse concessum, de quo dicitur *psalmo*
 23. *Domi ni est terra, & plenitudo eius.* Vnde de uno limo
 terræ Deus ex æquo fecit pauperes, & diuites; & pau-
 peres, & diuites una terra supportat. Ex quo concludit
 à Deo prouenire diuitias, paupertatemque, qui bona
 elargitur ad voluntatem: concludit etiam per conse-
 quens, si agendum sit conjecturaliter, diuinam volun-
 tam potius pro iustis presumi, quā pro impijs, quos
 egestate laborare sumopere expediret, ut ferè ad rem
 dicebat Tryphoninus in *l. bona fides 3. i. depositi*. Postea
 de iure humano disserit, & secundum illud dicires no-
 stras fundat: siue ius Gentium intueamur, per quod dis-
 creta faerant dominia, *l. ex iure 5. de iust. & iure, cap.*
ius Gentium 9. i. dist. ibi: sediū occupatio. Siue ius Ciud-
 ate, siue Imperatorum recipiamus, quod iuri Gentium
 formam dat. *l. ius Civile 6. de iust. & iure.* Ex quo iure de-
 ducit, Donatistas possidere non posse villas: recitemus,
 inquit, leges Imperatorum, videamus, si voluerint aliquid ab
 hereticis possideri? Manifeste, prosequitur, præcoperunt
 Imperatore eos, qui præter ecclesie Catholicæ communionem
 usurparunt sibi nomen Christianū, nihil nomine ecclesie audire
 possidere. Quæ leges severissimæ extant contra Dona-
 tiitas, & alios hæreticos in *l. Manicheos 4. c. de heret.* &
Manichæis, in quæ bonis priuantur, incapacesque effi-
 ciuntur recipiendæ, vel exercenda liberalitatis siue in
 testamento, siue inter viuos. Et in *l. omnia 43. c. Tres-*
dos.

dej de hæreticis quæ extat integræ in Codice appendicis
Sic mundi constitut. i. 2. In qua Ecclesijs Catholicis vin-
dicari jubentur Donatistarum ædificia, quos vocat
Molientes, rationem redditidit ex Baronio Spôdanus
anno 3 21: ex num. 3. & in his satis 3 2. eod. tit. & Codic. in
qua Donatistarum Africæ exprelata sit mentio, & sic
definit constitutio: Ecclesijs eorum, vel conuranticulis, pre-
dictisque (si quæ in eorum ecclesijs hereticorum largitas prava
contulit) proprietati, potestatique Catholicæ, sicut iam dudum
flatuimus, vindicatis, recipiunt Honerius, & Theodos.
legem 43. quæ ab ipsis lata fuerat. Et in l. Donatistarum
34. ibidem, quæ omnium Imperialium sanctionum in
Donatistas latarum seuerissima est, ubi inter alia, hec
leguntur: Ea vero loca, in quibus dira supersticio eorum nunc
vsi sunt seruata est, Catholicæ venerabili ecclesiæ socientur.
Habemus ergo dissertas constitutiones Cœlarium, quas
D. Augustinus in causa ecclesiæ allegabat. Sed Dona-
tistæ in Augustinum insultabant: quid nobis, & Impera-
toris? Id est, cur in causis ecclesiasticis veteris legibus sa-
culi, cum in illis decernendis potestas ecclesiastica,
non imperialis, aut mandatior reuerenda sit. Quæ sane
insultatio nec leuis est, nec destitui videtur fundamen-
to; quia seculari potestati de rebus ecclesiæ disponen-
dina illa est attributa potestas, cap. bene quidem 96. dist.
cap. Ecclesia sancte Marie, de constitut. cap. decernimus de iu-
dicij, cum alijs innumeris. Respondens vero Augustinus iterum repetit, hereticos, & quoslibet homines
propter iura imperialia res suas possidere: illis iu-
ribus sublati, neminem posse dicere, hoc meum est. Er-
go si iura imperialia illis auferunt dominium, conse-
quens erit, ut res desinant habere, non soluni non af-
fidentibus legibus, sed expressè resistentibus.

Secundum testimonium extat apud
Gratianum in cap. conciliar 21. 23. q. 8. Occasio fuit
edictum Valentiniani Imperatoris missum per sugge-
stionem Iustinæ Arianæ, quo permisit hereticis Aria-

nis conuentus agere, & damnabilis sectæ prædicatio-
ni publicè interesse. Quod edictum, decursum tam-
en, & sublato Arianorum nomine, hodiè legitur in
l. vlt. C. Theod. de fide Catholica, expresiusque tradunt
Rufinus lib. 2. hist. Eccles. cap. 16. Sozomenus lib. 7.
cap. 13. Cum vero hæreticis quedam Basilica per Ca-
tholicos esset ablata, & ritu Catholicō expiata conse-
crataque voluit Iustina, iussitque filius Valentini-
nus, ut eis Basilica restitueretur, quæ erat Medionali.
Idcirco contra Ambrosium de restituenda Basilica
edictum emiserunt, procurante Mercurino Episcopo
ex partibus Arianorum, ut post veteres Historicos ec-
clesiasticos vberim narrat Baronius anno Christi 386.
Hinc eliciendus est sensus priorum verborum textus.
Inquit Ambrosius: Conuenior ipse à Comitibus, & Tribu-
nis, ut Basilicæ fieret matura traditio, & ibi: Horrebam quip-
pe animo, cum armatos ad Basilicam ecclesiæ occupandam mis-
sos cognoscerem: nedium Basilicam vindicant, aliqua strages
fieret, & ibi: Mandatur, TRADE BASILICAM. Vindica-
bant itaque hæretici à Catholicis Basilicam, & ad exi-
tum vindicationis, quæ est traditio rei ex parte victi,
& occupatio ex parte victoris, vtebantur manus re-
giae, & militaris auxilio, de quo remedio agitur in l.
qui restituere 68: de rei vind. Quoddicet ut in ciuile col-
pent, tanquam contentionum, rixarumque semibariū
vterque Antonius Faber in rationali, & lib. 16. corriect.
cap. 7. alijsque in locis, Pichardus in §. ita tamèn 27. ex
num. 46. inst. de astionib. vt necessarium tamèn agnos-
cunt, & retinent cum hodierna praxi, & cum multis
noster Valentia lib. 2. illustr. tract. 2. cap. 4. ex num. 24.
Carlenal de iudicij 2. tomotit. 3. disput. 1. num. 4. & dispu-
tat. 3. num. 5. Occationem rixarum timebat Sanctus
Doctor inter Catholicos, Hæreticosque & impetum
faciendum esse in Principis ministros, vnde scandalū
majus, & deploratus periculum posset oboriri: ora-
bam, inquit, ne tante urbis Mediolani, vel potius totius

Italie busto superauierem. Vidimus mandatum, traditum Basilicam. Ratio editi, vel mandati erat; Cæsar iubet. Proculus mandati iustitia ministri Cæsar is hæc verba spargebant; Imperatori licere omnia, & eius esse universa, & hæc: Imperatorem iure suo regi posse, eo quod in potestate eius essent omnia. Ambrosius vero non solum negat, sed hoc Valentiniiani edictum comparat tyrannidi Acab lib. 3. Regum cap. 21. volentis ad ampliandum ortum suum auferre vineam Naboth: multisque rationibus, & ex sarcis litteris petitis principijs, retundit, improbatque mandatum, quo ad traditionem Basilicæ vngebatur. Ecce in eodem ferè casu videntur parum sibi conformati Discipulus, & Magister. Augustinus defendit iure optimo Villas, Ecclesiæisque sublatas fuisse Donatistis, & Catholicis adjudicatas editio Cæsarum Honorij, & Theodosij: quia quod imperiali iure possidetur, eodem iure amittitur. Ambrosius vero paratus est iugulum spicatori tradere, priusquam Basilicam Arianis: & mandatum Cæsar is tyrannicum, exlex, & prophananum appellat, tanquam de re ad se non pertinente datum. Videndum ergo est, cur unum ferè, idemque mandatum tam diuerso iure censematur à sapientissimis, sanctissimisque Ecclesiæ Doctoribus?

4. Scio Theodorum Rein King, Arnisæum, & alios ex fermento Hæretorum nostri seculi libenter uti, abutique loco Augustini ad fundandam nequitius potestatem Imperialem in rebus sacris: minorisq; facere testimonium Ambrosij. Quibus respondere instituti, aut otij mei non est; cui enim bono? Phanaticorum sanè est, & eorum, qui exierunt è potestate illis, qui ad solis radios cæcutiunt, accedere lucernam. Nostris vero qui ex corde sapiunt, & ex iecore Catholico amant institui, haud difficulter utrumque locum componemus, si casuum merita, & circumstantias expenderimus. Augustinus loquutus fuit de villis, Basilicisque Donatistarum, in quibus conuenticula, & abo-

minabiles faciebant congregations ad seductionem
populorum. Quis, quælibet Catholicus audebit sacras
has Basilicas appellare? Certo enim, & de fide scimus,
sacras & des esse, quæ ritu Catholico Deo consecratae
sunt. De quo dogmate ampliter agit Gratianus, de con-
secrat. Dist. 4. fere per totam Pontifices, & Canonici iuris.
Interpretes intit. de religios. domib. Cum ergo propheta
ne sint; nemini dubium debet esse, quin sub dispositio-
ne maneant Regia, vel Imperiali, ut reliqua bona iti-
dem prophana hæreticorum. Iusta ergo erit lex, & de-
fendenda, quæ impijs, & malemeritis, ut resipiscant,
aufert bona, & facultates; addicitque pijs ad eorum
sanctitatem honorandam, & commendandam. Per
contrarium nemo sanus negare audebit, Basilicam A-
rianorum à Catholicis recuperatam, rituque Catho-
lico expiatam, & consecratam rem sacram esse; quæ
ad usum prophanos amplius reducenda non est; cap. se-
mel. Deo dicatum de R. I. in Sexto. Si ergo in hac hypo-
thesi quæ sit potestas Cesarii que regatur, statim respon-
dendum est, nullam esse; sacrariaque edicta nullam
habere vim, ex doctrina Christi Domini apud Mat-
thæū cap. 22. Reddeite quæ sunt Cesarii Cesarii; & quæ sunt
Dei, Deo. Igitur respectu rerum sacrarum falsum est, iniō-
hæreticum, omnia licere Principi, omnipia esse Princi-
pis; ut enim eleganter, & appositiè dixit Tertullianus
in lib. de idololatria cap. 25. Quid ergo erit Dei sicut sunt
Cesarii? Is qui pippè cuius vniuersa sunt prophana, iniō-
pīc, & sacrilege et immiscer rebus cultui diuino dicas-
tis. Ecce defectum potestatis in Principe seculari ex
qualitate rei proueniente m. De iniōstria etiam redar-
guit Ambrosius præstatum edictum: quia Basilica, de
cuius vrgebatur traditione, quondam fecerat Catho-
licorum, non inquit sanctissimos Praetores, qui in ea
diuino numini fecerunt pīo, vero que ritu: Ariani po-
tentia sacruli fretia Catholicis eripuerunt Catholicis
restituta fuit, & redditαι illis quibus competit. Ecce
titu-

titulum, quo iustificatur vetus Basilicæ quæsi possessor ut agnoscere. Valentinianus non per vim si ille occupata in aut ablatam per impressionem: nec cauare posset, manu regia restituisse illis Basilicam, quibus de facto, & per impetum ablata fuerat. Manebat ergo tantum ius donationis, quod proculdubio ministrari pretendebant prædicta impia verba effundentes, & effudentes. Omnia sunt Caesaris, ut sunt Dei. Deus ad nutum potest vni adiunere, quod alij det. Ergo & Caesar auferre potest i Catholicis, quod donet Arianis. Hanc appellat Ambrosius tyrannidem Acab. Domini enim vniuersale, quod Princeps haberet, ad tuitionem est, no ad destructionem dominij priuati singulorum. Igiturn non est despoticum, ut possit auferre alteri, ut doceat alteri Cicero lib. 2. officior. Videndum, inquit, erit ei, qui Rem publicam administrat, ut suum quicquid teneat, quod cuique obrigit; neque de bovis priuatorum publicè diminutio fiat. Diuinus tamè diuinus Vates Ezechiel cap. 46. in hac verba: Non accipiet Princeps de hereditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis: ut non dispergatur populus mens unusquisque à possessione sua. Videndi interim sunt Vazquez Menchaca vsi frequenti: cap. 1. & illustr. cap. 20. & 26. Confrub. lib. 3. variar. cap. 6. maxime num. 8. ubi alios addacit Ioannes Vesellius pater Mag. Marquez lib. 1. Gubernator. cap. 16. §. 3.

Hactenus de utriusque loci explicacione, ex qua manifeste colligitur, contrarium vniuersale, quod Princeps habet in rebus singulorum, non esse abolutum, neque ea ex excellentia pollere, qua pollet dominiam Dei. Diuina voluntas lex est: voluntas vero Principis rationae debet regulari. Sed quia de donationibus à Principe factis aliter disputare non possumus, quam si scierimus, quale sit eius vniuersale supremumque dominium; & in quantum dicit hoc ab illo. Quod habet in rebus, quæ sunt singulare sunt, breui-

tèr de hac inspectione edisseram. In primis fatendum
 est, supremum Principem habere etiam supremum do-
 minium omnium rerum, quas subditi in suo retinent.
 Quo in sensu Imperator Antoninus mundi dominum
 se esse dicit in l. de precatio 9. ad leg. Rhod. de iactu, & Chri-
 syppus Summæ sapientię Stoicus, vt ait Martianus in
 l. 2. de legib. legem, cui parent populi qui sine Rege vi-
 vunt, appellavit omnium rerum dominam. Hoc do-
 minium, vt nupèr dixi, non est ad destructionem, sed
 ad conseruationem domini priuati, & ita temperan-
 dum est, ne Princeps permittat, vt alij vim inferant,
 vel fraudulentè auferant res, quæ subditorum legitimi-
 me sunt: multo ergo minus Princeps ipse ad euerio-
 nem domini priuati abutetur suo vniuersali domi-
 nio. Hoc argumentum docte versat Philo Iudæus in
 lib. de plantatione. Latè etiam Seneca lib. 7. de beneficijs,
 cap. 4. & duob. seqq. ex quo haec decerpsti: *Iure Ciuili om-
 nia Regis sunt: tamè illa, quorum ad Regem pertinet vni-
 uersa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & unaque
 que res habet possessorem suum. Itaque dare Regi, & domum,
 & mancipium, & pecuniam possumus: nec donare illide suo
 dicimur, &c.* Allusit Plinius in laudatione non procul à
 medio. Et quid Cæsar non suum videat? Tandemque Imperio
 Principis, quam patrimonium maius est. Quæ verba calluif-
 se non videtur magnus alioquin Lepidus *avnotat. 505.*
 Symmachus breuitè, sed distinctè lib. 10. epist. 54. Om-
 nia regitis, sed sua cuique reservatis. Eccè quomodo com-
 patiantur intè te dominium vniuersale protectionis,
 cum singulati priuatorum, ad quos fruitio pertinet, &
 de re sua dispolitio subordinata etiam subiectaque il-
 li domino supremo, optimâ ratione regulando. Illud
 dominium appellant: *Veteres bassum; hoc altum, fateor*
 non multum in elegantibus vocibus, neque ex penu Ciceronis de promptis, sed procul dubio rem attigerunt;
 videndi sunt, qui cultius, elegantiusque de utroque
 dominio agunt; & disputant doctissimus noster So-
 lor.

lorzanus cum multis lib. i de iure Indian. cap. 21 ex num.
 64. i tomo, quibus addendi sunt ex nuperis Stephanus
 Nathen de iustitia vulnerata, & sanata i. part. tit. i cap. 5.
 Christophorus Besoldus in dissertat. de maiestate in genere
 cap. 7 ferè per totum maximè ex num. 5. & in dissert. de iure,
 & diuis. ver. cap. 1. num. 8. & 9. & cap. 2. Enningius Arn-
 fæus lib. 3. de iure maiestat. cap. 1. à princip. usque ad num.
 10. Galuanus de usufructu cap. 25. num. 2.

Huius uniuersalis dominij effectus pluri-
 misunt, per quos constat praestare, præualetereque do-
 minio priuato singulorum in suo casu; id est, quando
 euidenter, & necessario urget publica utilitas, quæ
 priuatorum commoditatibus preferenda est: cum ha-
 substantari non possint, nisi publicus status salvus sit.
 Xenophon in *economicis*. Aristoteles etiam in *economicis* cap. 1. & lib. 1. *politicor.* cap. 1. & 2. Cicero lib. 1. *af-
 ficiar.* SALVS POPVLI SUPREMA LEX ESTO, l. vnic. in fine
C. de cado. roll. l. vlt. C. de principiolo lib. 12. Ex hoc fonte
 fluit, ut priuatibus possit Princeps auferre lias possestio-
 nes, quas habent in limitibus Imperij, easque a signa-
 re militibus, qui illis tutandis excubant, l. item si verbe-
 ratum 15. §. 1. *derei vindicat.* l. Lucius 11. *de euictionib.*
 Diruit etiam, tollitque edificia ad arces fabricandas,
 aut muniendas necellaria, l. *edificia* 14. C. *de operib. pu-
 blicis.* Debitoribus inducitis moratorias concedit in
 praesidicium creditorum, l. *quoties* 2. l. *universa* 4. C. *de
 precib.* *Imperatori offerendis.* Alios recensere ad institutum
 nostrum parum refert. In rebus autem necessarijs, con-
 sulius fecerit Princeps si ex cæterorum subditorum
 collationibus compensationem fecerit damni illis,
 qui detrimentum rei sue patientur: est enim rationi,
 & æquitati naturali valde consentaneum, vt ab om-
 nibus reperatur, quod pro omnium utilitate amissum est, l. i. l. 2. §. si levante at leg. Rhodium de iactu. Quod
 si moraliter impossibilis sit compensatio, ad illam fa-
 ciendam omnia Princeps non tenetur: quia vius fuit
 iure

iure sue Majestati competente; inemini autem facit iniuriam, scù in iustiam, qui iure suo vititur. Potest etiam ad decus, siue ad decorum publicum res auferre priuatorum: quæ utilis magis causta est, quam necessaria: quo in casu non adeò strictè militat ratio publica ex utilitatibus; quapropter in hoc casu Princeps non aliter auferre poterit priuatis res suas, quam si cum illis fecerit compensationem compositionemque damni. Ratio est, quia magis urget in ratione iustitiae rei proprie conseruatio, quam decor publicus. Ergo non potest hic procurari illa spreta, aut proculata. Exemplis sumabitur, & explicabitur hæc doctrina. Aratus Sicionius illis, quibus in bello res abstulerat, retribuit mox ex publico finito bello. Cicero lib. 2. officior. proprie finem. Plutarchus in vita Arati. Idem, Populus Romanus cum Ciuiibus, qui secundo bello Punico, ad subsistantes milites pecuniam contulerant. Liuius, lib. 3. 1. cum Aurelio Pio Senatore Tiberius. Tacit. lib. 1. annal. Augustus cum de extruendo, exornandoque foro Romano cogitaret, angustius illud fecit, quam optimæ architecturae ratio flagitabat; quia iniustum putauit extorquere possessoribus proximas foro domos. Sueton. in Augusto cap. 6. Secundum quam doctrinam accipienda est communis Doctorum de bono cambio, ut dicunt, praestando a Principe in his casibus. De qua confundendi sunt Arniseus d. lib. 3. de maiestate cap. 1. num. 9. Hugo Grotius de iure belli, & pacis lib. 2. cap. 14. §. 7. & 8. Amaya lib. 1. obseruat. cap. 1. num. 90. Alphonsus de Villadiego per textum, ibi: in l. 5. tit. 1. lib. 2. de el fuero juzgo, & in l. 2. prologi num. 30. Molina ubi alios multos citant Accidentes de primog. lib. 2. cap. 7. ex num. 28. & lib. 4. cap. 3. num. 6.

7 Ad voluptates vero proprias, iniò, & subditorum Princeps iniuste res priuatorum auferit, quod probat exemplum vineæ Naboth, cuius nemini supra. Nec desunt prophæta. Tiberius palius non fuit,

ut servus priuati, qui erat histrio, manumitteretur, flageante populo, donec precio accepto dominus manumissioni consentiret. Dio Cassius lib. 57. historiarum cum alioquin ipse per acclamationem populi adactus fuisset Accium. Coniædum seruum proprium manumittere Sueton. cap. 47. Quam theatralenq; licentiam postea cohibuit Marcus Antoninus, speciali rescripto, quod refertur, in l. si priuatus 17. qui, & à quibus. Ex quibus liquere debet, donationes liberales à Principibus fieri non posse de rebus suorum subditorum: quia dominium viuversale, quod habent, sufficiens non est ad exercendas liberalitates de rebus, quæ in hac hypothese sunt alienæ. Potest verò facere recompensatiwas, aut remuneratorias, quando illas expostulat ratio metiti in publicum collati. Vnde Vinditius Vitelliorum servus, qui de Tarquinijs reducendis detexit coniurationem, iure meritoque libertate, ciuitateque donatus fuit à Junio Bruto, testantibus Halicarnasco lib. 5. Liao, lib. 2. Indicantibus coniurationem Catilinæ idem premium promissum fuit apud Sallust. in coniurari, & multis alijs casibus, qui continentur in tit. C. in quibus causis serui pro premio libert. nancisc. In quibus omnibus iusta retribuatio danda est domino, nisi ipse auctor sit coniurationis, aut perpetrator delicti, iuxta eam, quæ nupèr dicebam.

Alia sunt bona, in quibus dominium Principis habet: & hæc in duplice differētia. Nam quædam propria, peculiaria, & priuata sūt Principis ipsius non tanquam principis, sed tanquam priuati, licet illa nanciscatur ex nonnullis Principatus redditibus. Hæc adherentes descendunt etiam non principes, subsuntque omnimoda eius dispositioni: quia patrimonium hoc non est destinatum ad Reip. tuitionem: quare dicuntur res priuatæ in l. 1. C. de offic. Com. ret. priuat. l. 2. & dñab. seqq. C. defundis rei priuatæ, & salibi. Diuinæ dom. lib. 11. res patrimoniales in l. 2. & tit. C. de fund. patrim. eod.

lib. Patrimonium priuatum in l. 2. C. de off. Comit. ver. pri
uatar. Res dominicæ in l. super creandis 9. C. de iur. fisc. libi
10. Quæ solemni adiudicatione in formam redigeban
tur l. cum servus 39. 9. sed ea prædia 9. de leg. 1. Et licet
priuato, vel hereditario titulo adquirerentur, ijsdeni
fauoribus gaudebant, quibus cæteræ res, quæ ad statū
pub. spectabat, l. Fiscus 6. in fine de iure fisci, iuncta l. Quod
Principi 56. cum seq. de leg. 2. Aliæ vero res sunt, quæ ad
Principem, tanquam Principem spectant. Quæ sunt
Opes publicæ ad Imperij tuitionem, substantiationeq;
assignatæ, & attributæ, veluti tributa à Subditis illata,
regalia quæ principi competit ratione Mæstatis.
Quæ per Comites sacrar. largitionum, Procuratores
Cæsaris, & Rationales agebantur. Hodièque aguntur
per similes magistratus. In quibus Principes habent ius
illud, cui res præd. assignatæ sunt; & quibus abuti non
possunt, abque eo quod grauitè deuient à recta gu
bernandi ratione. Nam honorum diuisionem ultra
Besoldum, Arnisaum, & alios supra laudatos fecerunt
Renatus. Coppinus de Domani lib. 1. tit. 1. Marcus An
tonius Petrus inus de iur. fisc. lib. 1. tit. 1. Regnerus Six
tinus de Regalibus lib. 1. cap. 1. noster Amaya in Rubr. de
iur. fisci in num. 10. 12. 1 s. & seqq. qui alias referunt.

9. Quæ diuisione bonorum obseruata, ut cer
ta ab incertis separamus, in primis concedimus, Prin
cipi licere de rebus suis priuatis amplissimas facere do
nationes, quem maxime decet liberalitas propter cul
men dignitatis, quo poterit, cap. 1. hic nostro tit. Quod
principium tanquam certum statuunt Iacobus Meno
chias tom. 5. Cons. 423. de Pontifice loquens, & agens
de Principibus Scipio Gentilis lib. 2. de donat. inter. cap.
2. propè finem. Quæ propter cunidamnatorum bona
olim priuato patri nonio principi addicerentur, eo
rum liberalitas vnde collaudata fit, qui de confisca
tis bonis subditos alios locupletabant, notante eodem
Scipione Gentili. In quibus, & similibus bonis priuatis
prin-

principis intelligendi sunt probatissimi iudicij autores, qui Regibus ingerunt virtutem liberalitatis, quæ valde eos populis commendat; quos magna sedulitate, & copia congesit sapientissimus noster Solorzanus emblemate *Regio-Politico* 41.78. & seqq. Quæ Principales liberalitates soluta sunt legibus, quæ alioquin donationes cohibent, ut in l. *donationes* quas *Divus* 26. C. de *donat. inter*, & in alijs, quas satis locis recēsebimus. Ceterum de rebus, redditibusque Coronæ, quæ necessitatibus, & defensioni Regni destinatae sunt, liberalis esse non debet, nec munificentia prætextu illas diuertere ab effectibus, quibus concessæ, & comparatae sunt: ne alioquin quod per ambitionem exhausterit, per seculera supplendum sit, vt alias loquitur Tacit. lib. 2. annal. Multo ergo minus proprias res Coronæ donare poterit; quæ eius propriæ non magis sunt, quam Prælatorū sunt res Ecclesiæ. Id circa in cap. *intellecto* 33. *de iure iur.* (vbi materia hæc à Clasicis disputatur) *donationes*, & *alienationes factæ à Rege Hungariæ*, etiam si eniñsserit iuramentum de illis non reuocandis, rescinduntur ab Honorio III. quia in detrimentum Regni vergunt; & quia factæ fuerunt contra iuramentum, quod in coronatione præd. Rex præsriterat. Conueniunt cū Pontificis decisione ex iure nostro *Regio text. in l. 4. tit. 15. Part. 2. l. 8. tit. 1. lib. 4. Compilat. l. 1. & 15. tit. 10. lib. 5. l. 2. tit. 15.* etiam lib. 4. eiusd. compilat. Notant cum multis D. Solorzanus de *Indiar. iur. & gubernat. tom. 2. lib. 2. cap. 30. num. 83.* & lib. 3. cap. 12. ex num. 50. & in *In Polit. Indianalib. 3. cap. 32.* D. Larrea allegat. 8. *Fiscali ferè pertoriam*, Molina, & addentes lib. 1. cap. 3. ex num. 17. & qua iulet copia illustrat amplissimus præceptor meus D. Ramos de *Episcopatib. Lusitanie 2. proposit. à nro. 12.* vbi extat exceptio, nisi ex adm. odum graui, & urgenti necessitate alienationes fiant, cuius causa posterior sit, quam ipsorum iurium regalium retentio. Quod vsu apud Nos competum est, de cuius iustifica-

tione non licet nobis ad præsens disputare.

10 Hac de causa multi Principes periculo conscientia commoti multas donationes a se metiپius, vel a decessoribus suis factas de rebus sua Coronæ, vel resciderunt, vel limitarunt ad certum modum, formamque. De Galba prædocuit, narravitque Tacitus, lib. I. histor. quem locum adducam, licet ab alijs nota-tus sit. Proxima, inquit, pecunie cura; & quoniam scrutanti-bus iustissimum visum fuit, inde repeti, unde in opere causa erat. Bis, & vices milles sextertiūm donationibus Nero es-fuderat: appellari singulos iussit, decimā parte liberalitatis apud quemque eorum reliqua. Claudius quoque donatio-nes, quas sine iure, & causa in immensum fecerat Ca-ligula revocauit, referente Diōne, lib. 60. historiar. Alia-rum tam nostrorum, quam externarum Gentium me-minere Melchior Phœbus decis. Lusit. 2. part. tom. 2. de-cis. 184. num. 34. D. Solorzanus d. lib. 3. cap. 12. num. 5 v. D. Larrea allegat. Fiscali 7. num. 34. ubi multa histori-corum monumenta recenset.

11 Non negamus tamēn Principes faculta-tem habere seruitorum, quæ in Coronam, personas que ipsorum impenduntur, faciendi retributions, vel remunerations: quarum causa publica est; alioquin sine spe retributionis homines tardiorerent in accom-modandis operis suis Reip. Possunt ergo iusta, & regu-lata remunerations a Principibus fieri de bonis Cor-onæ, si ex redditibus sufficiens retribuendo quantitas non suppetat. Multa sunt testimonia, que congeri possent ad hoc probandum, & valde obvia; ynu aliud-ve feligam, & transcribam, cætera apud nuper laudan-dos legi possunt, l. 37. tif. 18. Part. 3. inquit Rex Sa-piens: Ferme gracia es la que el Rey face por merecimiento de seruicio, que haya alzuno hecho, y binibilis Glosiator Gregor, glossa 1. sic scribit: Pulchra est ista lex, & merito dicit pulchram gratiam, que sit in remuneracione seruitorū, cum tunc non dicatur contra ius, sed potius secundum iuris dif-

dispositionem. Et cum dignitate, & legi, & notari debet
 locus Policii nostri D. Didaci de Saavedra Faverdo
 Emblemate politico 23. pag. mihi 157. sic ait nostro idio-
 mate. En reconocimiento el Principe el merito, reconoce el pre-
 mio, porque son correlativos, y si no lo dices es injusto. Esta impor-
 tancia de el premio, y la pena, no consideraron bien los Legisla-
 dores, y Iuris-Consultos, porque todo su estudio pusieron en los
 castigos, y apenas se acordaron de los premios. Mas considera-
 do fue aquell Sabio Legislador de las Partidas, que preuinien-
 dolo uno, y lo otro, puso un titulo particular de los Gualardo-
 nes. Est tit. 27. part. 2. *Fatetur non multam in libris iuris
 remuneracionum principalium, premiorumq; men-
 tionem esse; Vlpianus vero in limine Iurisperitiæ, cap.
 lib. 1. suarum institutionu:n , prout hodie refertur in l. 1.
 ¶ Huius studij de iust. & iure tentativa in hanc nobis con-
 signata m. celiquit. Bonos non solum metu poenarum, verum
 etiam premiorum quoq; exhortatione efficere capientes. Dein-
 de a maiori faadetur, fortiorique ratione. Si enim E-
 piscopis licet ieruria Ecclesie impensa de bonis Ec-
 cleiae remunerari, ut ad principiis in cap. precedentis
 vidi. Quanto magis Principibus licebit, ad quoru-
 sticum, tutamenque pertinet hæc retributio? Nec tan-
 tum licet; i. no retributio:nes has facere tenentur ex
 iustitia, vt Saavedra ait: quem ne putemus sine maxi-
 mo loquuntur feisse fundamento; notandum est, ad
 iustitiam distributiam pertinere iusse benemeritis
 retribuere, l. 3. tit. 1. Part. 1. Ergo in illam peccat, qui
 sine premio præterit benè de rep. meritos. Hæc tamē
 indicat eam iustitiam tractatum enim iuridicum, non po-
 liticum aggressi sumus; videndi sunt Tiraquell. in l. 1.
 ¶ *Vnquam C. de renocand. donat. verbo donatione largitus*
ex num. 12. cum multis seqq. D. Valenzuela consil. 82. ex
num. 32. Bobadilla lib. 1. poliic e cap. 3. num. 81. & cap.
6. num 27. & alibi sepe. Si mancas lib. 9. de Repub. cap. 20.
D. Solorzanus 2. tom. de Indiar. iure, & gubernat. lib. 2.
*cap. 1. ex num. 50. & cap. 10. ex num. 40. & cap. 30. ex**

num. 15. & in Political lib. 3. cap. 1. & emblemate Regio politico 78. pater Magister Marquez lib. 2. Gubernator. cap. 13. & varijs in locis, pater Carolus Sciban, in politico Christiano lib. 1. cap. 5. & 12. noster Del. Rius in adagia sacra 1. tomo adagio 85. Erasmus Cochier lib. 2. thesauri politicor. cap. 17. Vincetius Turturetus in parallelis ethicas iuridicis dissert. 26. per totam, & in parallelis extra ordinem dissert. 9. & 10. Don Didacus Saauedra summo cum iudicio emblematis. 45. & huius instituti alijs innumeris Scriptores, quibus in recensendis non immoror, modo non præteriniferim relatu, lectuque dignissimum, mihi multis titulis magnificiendum R. P. Andrazani Mendum S. I. Concionatorem Regiam emblem. 21. 25 & 38.

12 Agnoscimus itaque remunerationem Principum Reip. esse subsidium; ex sententia Demosthenis contrà Leptinem. Et ligatum, vel indicem iustitiae Imperantis, ut inquit Cato iudiciorum lib. 1. epistola 42. ibi. Remuneratio meritorum iuslum domini. antis prodit imperium. Fallitamèn Principes, & tæpè à Consultoribus decipi hac in te magnifico, & ambitioso prætextu manilicentie certus mihi persuadeo. Seruanda ergo est norma, qua in Seneca prestat lib. 2. de benefic. cap. 15. Sed ad rem comnodius transcribam cap. seq. in quo de huiusmodi liberalitatibus seueram fert sententiam. Sic ait. Vibem cuidam Alexander donabat vaesanus, & qui nihil animo non grande conciperet. Cum ille, cui donabatur, se ipse mensus, tanti muneri inuidiam refugisset, dicens non conuenire fortune sue. Non quæro, inquit, quid te accipere decebat, sed quid me dare. Animosa vox videtur, & regia, cum sit STVLTISSIMA. Nihil enim per se quenquam dicit. Resert quid, cui, quando, quare, ubi, & cetera, sine quibus facta ratio non constat. Tumidissimum animal si illum accidere hic, non docet; nec te dare. Habeatur persona um, ac dignitatum proporcione: & cum sit ubique virtutis modus, aequaliter peccat, propter excedit, quam quod deficit. Liceat iusus sicut tibi

(iro-

(ironicè loquitur) & te in tantum fortuna susulerit, ut
 congiaria tua urbes sint. Quas quanto maioris animi fuit, non
 capere; quam spargeat. Est tamen aliquis minor, quam ut in
 finu eius condenda sit Civitas. Explicit caput. Sequens etiā
 darem, in quo Antigoni Regis, & ciuidam Cynici
 prostat apophategna: sed gemmarum Senecæ mens ca-
 pax est, non charta. Legenti prædictum locum occur-
 rit cuiusdam Regis nostri gemellum dictum, & in cen-
 sura cum voce animota Alexandri comparandum. Yo
 tambien si fuera Arias, iendria mas quenta con el dinero, que
 con la liberalidad. Vos habrais como quien sois, y yo haré como
 Rey sin temer la pobreza, ni exponerme a la necesidad. De
 quo non minus grauitè sententiam tulit Saavedra d.
 emblemate 41. pag. mihi 268. quam Seneca de liberali-
 tate pefata. Ino, & Reges Catholici multò pridem
 iudicaverant (de illis retributionibus loquentes, quas
 tam augustis verbis defendebat) vi, dolo, & concus-
 sionibus remunerations illas extortas fuisse. Licebit
 ergò Principi de publicis opibus remunerari; magno
 ta nēcum consilio id facere debet, non impetu, aut
 ambitione; quia nihil datur Gratiis in aula, quod
 subditis non admatur. Quo illis odiosus redditur, vt
 euenisse Richardo II. Anglorum Regi tradit Polydor.
 Virgil. lib. 20. histor. Petacibus verò, & veris ærarij san-
 guis denegare petita regiæ froutis est: exemplo
 Archelai apud Platarchum in lib. de virtuosa verecundia,
 qui audaculo homini ab eo postulanti inter cœnam
 aureum poculum, agnoscens Rex ex illis tineis Palatiij
 esse, quibus nihil honestum est, nisi quod vtile; siue
 quibus lucri bonus odor est ex re qualibet, poculum
 denegauit, & alij accubanti concessit sub hoc elogio,
 Tu quidem dignus es, qui poscas, nec accipias: hic vero dignus
 est, quietiam non postulans accipiat. Nihil ergo magis in
 faciendis remuneratis ionibus desideratur, quam iudi-
 cium consiliumque de quo apud Nos extat præclara,
 l. vlt. tit. 27. Part. 2. notauitque Menochius de arbitris.

casu

casu 88. ex num. 3 i. & alij ex præcitatibus.

13 Sed nullibi magis tota hæc doctrina indicata extat, quam in tit. 10. nostræ Compilat. lib. 5. cuius leges breviter attingendæ sunt; quia ex superioribus sententijs manent illustratæ. In l. 5. sancitur, tales donationes fieri non posse sine consilio Senatus, aut maioris partis Senatorum, & Reges Catholici in l. 3. ita ordiuntur. No conniencie à los Reyes usardentant franquezas y larguezas, que sea convertida en principio de destrucción: porque la franquezas deuen ser y sada con orderada intencion, no amenguando la Corona Real, ni la dignidad Real. Contra in consultam liberalitatem consultissimè loquentes. Quam sententijs in haurire potuerunt ex humanæ Sapientiæ fonte, sic appello Alphonsum nostrum Sapientem, qui in l. 8. tit. 5. Part. 2. ita monuit: *Muy bien está la liberalidad à todo home poderoso, y señalaadaméte al Rey, quando usa de ella en tiempo, que conviene, y como debe. Ca el que da mas de lo que puede, no es franco, mas es gastador, è demas: habrà por fuerza de tomarlo ageno, quando lo suyo non le cumpliere. E si dela una parte ganare amigos por lo que les diere; de otra ser le han enemigos, à quien lo tomare.* In hac sententiam multa adducunt Auctores relati. Videamus etiam est prudenterissimus Lipsius lib. 2. Civil. disciplin. e. sive politicor. cap. 17. Quædam apud Loachimum Camerarium in centuria 3. his nr. succissuar. pag. 157. & 169. Ecce quomodo suprenia potestas, à cuius nutu omnia pendunt, amat à consiliarijs suis regi, & ditigi, in retributionibus, largitionibusque faciendis. Sed ut ad eadem l. 3. redeamus, id consilium maximè exigitur in alienationibus oppidorum regiæ Coronæ; circà quamdata formâ fuerat in legib. præcedentibus. Quam maioriā leuitè attingere, piaculum mihi est, ultra Glossatores videri potest D. Larrea allegatione fiscalis 7. & 8. Cui si nihil est, l. 12. in qua alienatio Indorum absolutè interdicta est. Sed Cominenda titulo benemeditis concedi solent, iure & priuatis Conquistatoribus pro:

provincie. & insulæ integræ iure perpetuo fuerunt concessæ, notat D. Solorzanus, qui de occasione ferendæ legis, & de eius intellectu optimè loquitur. 2. ratione, de Indianis iure, & gubernatione. cap. 1. ex num. 25. & in politica Indiana lib. 3. cap. 5. *Et donat. et non obligatur. O. and. 1. 14. 1597.*

Et quia regulatam potestatem exceedit, abnormiter de rebus Coronæ liberalitates exercerentur. Catholici Reges Ferdinandus, & Elisabeth instantibus Regni comitijs reuocarunt, reformarunt, & ad certam taxationem reduxerunt donationes a se ipsius factas, & à fratre Henrico IV. ex quo tempore regnum expit tumultuari, l. 15. & 17. imo, & quadam officia indignis præstata, abrogarunt in l. 65. tit. 21. lib. 5. Compilat. item reuocarunt concessiones patronatum in Ecclesijs Montanæ prouinciæ in l. 3. tit. 6. lib. 1. Illud vero maximi opere curare. Principes debent, ne de alieno liberalites sint; nam hoc proximum furto est, aut rapina, ut cap. 1. & alibi sèpè diximus. Quaremerito constitutum est, ne siant donationes, aut remunerations de bonis priuatorum prætextu futurae confiscationis, mulctæ, vel poenæ pecuniariae; antequam sententia condemnatoria, vel confiscationis lata sit, & in rei iudicatam transacta, l. 13. hoc nostro tit. Et multo minus, antequam reus in iudicium vocetur, & auditur super defensionibus suis; exceptis delictis notorijs, l. 2. tit. 13. lib. 4. Compilat. l. 3. tit. 18. lib. 8. eiusdem Compilat. Delicta notoria sunt, quæ nullæ posunt tergiueratione celari, nulla defensione excusari, cap. 2. str. 6. vbi notatur, de cohabit. Clericor. & mulier. Fit etiam ex eadem ratione; ut prædictæ donationes non valeant de pascuis, terris, saltibusve ad municipia, siue ad cœtilia oppidorū pertinetibus; eis adjudicatis per agricultores, & terminorum iudices; neque de alijs rebus, redditibusque ad eorum proprietatem spectantibus, l. 2. tit. 5. l. 10. & l. 1. sit. 7. lib. 7. Compilat. Quæ omnia contendunt, ne Princeps ita sit liberalis, ut de alie-

no largiatur vel remittatur vel ne profusis, & alibi
tlos largitionibus dissipent bona Corona. Nec idem
existimandi sunt auarii, aut inconstantes Principes, qui
a le, vel decessoribus suis inconstanter, vel prodigaliter
de rebus Coronę donata reuocarunt. Cum id tenean-
tū facere, ne alioquin publicus status pereat, sine cu-
ius conseruatione priuatorum bona dissipabuntur.
Nec male audiendi sunt Ministri Rationales, & Fisci
Regi Procuratores, sive Fiscales, qui super ea res sat ad
gant; quales plurimos nouimus; laudauimusq; nostros
adhuc eis. Quia & Quastores Caroli VI. Francorum
Regis, plus iusto liberaliter, & residentibus rationes rega-
lium reddituum ad ministratoribus, & summis maximi-
mas liberalitatum in parte latorum, expensorumque
potentibus: ita ad marginem subiortabant. Nimiris hic
acerpit, recuperet, Carolo nec reprehendere Questio-
res aulicis, nec à donatariis reperere, quod facerent.
Resert Gagius lib. 9. hist. latorum. 10. 1. q. 10. 2. q. 10.

Semper ergo Regis profusiones moderati-
onis, & reuocatio[n]is patuerunt: h[ab]uita vero d[omi]natio[n]es,
& reparationes cum causa factis flatiles, &
firme debent esse; nec quod hodie Princeps d[omi]n[u]s acras
auter[em] debet, vel in alieni transference l[eg]o. sic intelliga
genda, dicitur lib. 9. Compilatio[n]is In qua hoc amplius
sanctior, ut donata viro[rum] donatam in eis uxori, et
vel e contra: sedia non consentitur bona constantia
trinogio multo[rum] reddituum ep[iscop]alium, vel in his[us] ma-
trionib[us] aliis, temporanda, sed potius qua fructuensi-
sia, que nullum bonum inveniatur, non est adueni[re] illa.
Qua lex omnidiab[us] ex Iustiniiani constitutione,
qua extat in libro multo[rum] de bonis, qua liberius ab
Alphonsio repetitur in libro multo[rum] in quoq[ue] domi-
ni, ut donata à Principe filio, si non ex familiis, & peculio
quasi castrensi adquiratur, neque eorum ad patrem
viufructus pertineret, ut sic liberatias Principis inde
neficiaria largitus abundaret. De qua ad xvi lib. 9. q. 10. p[ro]p[ri]e-
cutor.

eundem capitulo. Ad cuius iustificandem de legato
 & marito sanctum fuit in dicto, quam latius expofitum
 & illud tantum post Matienum, & Acuedum Vazquez
 Menchaca lib. 3. des successores foli. 126. num. 29; Didacus
 Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinamento Arias Pinellus in l. 1.
 Cide bonis maternis. 3. part. 9. m. d. 21. Villadiego in l. 2. pro-
 logi Fori indicum num. 54. & duob. seqq. Fit etiam ex eodem
 favore, vel exempli gratia quia accipienda est regalis
 liberalitas, ita si in duos simul collata sit, qui loci libe-
 ratitatis dicuntur, & alter decedat nullo herede reli-
 quo; pars donata recurret ad socium; non vero reuer-
 tur ad fiscum, l. vnic. C. de liberalit. imperialis socius sine
 herede deceperit lib. 10. quia imperiales liberalitates ple-
 nissimè accipienda sunt, & interpretanda, l. benè à
 Zeno in 3. C. de praedictis prescriptione, l. vlt. C. de precep-
 tis agent. in rebus lib. 12. b. Quonodo interpretanda est
 est litteraliter dicitur in ibi: nullo herede reliquo; id est si
 uè legi immo, siue testamentario: siue ex linea ascen-
 dentium, siue descendenterum, siue collateralium. Ut
 socius liberalitatis sanus est, & preferatur fisco, legio-
 ni, Cucis, & catoris, qui ius habent percipiendi vacan-
 tia, quæ omnes personæ continentur sub illis verbis:
 quam ad personam aliam pars decessoris perueniat. Et hæc
 videtur inibi simplicior Interpretatio, ad quam allu-
 serunt ipsi pulchro casu, & questione noster Gregorius,
 in glossa 10. q. q. 7. tit. 15. Part. 2. Donell lib. 9. con-
 mestitur cap. 1. versic. quod sine que, & alii apud nostrum A-
 nianum in l. 1. vnic. num. 41. & seqq. Scio vero aliter, &
 sub oscure fatis latini in l. 1. & 2. C. Throd. de partitione so-
 cius siue herede defecerit, lib. 10. tit. 14. In eius prima
 Constantinus ad Migdonium Castrensem Sacri Pala-
 tit. (de cuius uno, & munere curiosè Amaya num. 1. &
 seqq.) constituit, ut ad socium liberalitatis perueniret
 pietatis socius non ad extraneam personam: nota in Codice
 Iustiniani scriptum esse aliam: videlicet, quando
 intestatus, vel sine liberis diem functus est, pro quibus ver-
 bis

his legitur in Codice Iustiniani, nullo herede relicto. Postea Imperator Constantius eius filius in d. l. a. iterum taxit de eadem re, occasione eorum, quibus in commune, & pro induculo parentis eius Constantinus, vel ipse donaverat: ut si socius liberalitatis imperialis deleret, nullo herede relieto; ecce verba, quae extant in Codice Iustiniani, pars eius perueniat potius ad socium, quam ad personam aliam. Quae etiam verba attingit Iustinianus, ut notatum. Consideremus differentiam inter utramque constitutionem. Constantinus magis liberalis fuit locio; minus prospexit consanguineis ab intestato venientibus, quos exclusit, ut socium donationis admittaret. Constantius vero magis consuluit quibuscumque heredibus suis ex testamento, siue ab intestato, quam locio: ad quem portionem socii pertinere voluit, quando socius deceperat multo prorsus herede reliquo. Anianus Alarici Gothorum Regis Secretarius, qui ad epitomem redigit constitutiones integras, quibus vera Codex Theodosianus confabat, utramque retulit; parum curans secundam derogare priori, quod in hoc Codice sapienter contingere, notat in eius lectione abunde verius. Cujac in l. p. c. o. de decurionib. lib. 10. Magis conspicere ergo Tribonianus, respiciens huiore in constitutionem Constantij, eam insuam Codicem retulit, & omisit, quae omni intentu erat in constitutione Constantini, tanquam abrogata per posteriorem, recte a Constantini gloriose nomine, & Constantij Arianij & de Ecclesia male meriti reiecta. In quo nullum placitum agnoscit, sed in dictum Compositoris minor, quod id est que magis suspicio, ut sic occurramus Anianus in dicitur. Nic. num. 37. qui acriter reprehendit eum, quasi perpetram vlus sit potestate sibi concessa, interpolando, & corruptendo veteres constitutiones. Quibus verbis denotari non debet elegans epitomatio, & concordia viriusque intendente diligentissimis constitutionis.

Quia tamen in hac Schola multos, & quidem ex cultioribus, vidi, qui ampliter extolle fene
constitutiones Codicis Theodosiani, easque fide, &
integritate facile prestatre existimant constitutioni-
bus, quas inde extractas hodie habemus in Codice Iu-
stiniani. Ne aliquid de huius pulcherrimi, & integer-
issimi libri auctoritate temporum successio deminuat,
quid de ambobus censue int viri sagientissimi huius,
& præteriti seculi, breuitè, obviterque recentebo:
Iocannes Bodinus, in quem per anagramma ludit Cujacius lib. 18. obseruat. cap. 3. & exigitimauit, Codicem
Theodosianum Græcè editum fuisse, & ex illa lingua
in Latinā fuisse conuersum. Cujacius ridet potius, quā
refutat Bodini opinionem. Minima enim pars Græca
fuit, quæ etiam hodiè extat sub eodem idiomate. Forte
vero Bodinum decepit doctissimi Budæi nota in
priorib. ad Pandect. sub tit. de officio Quest. Qui docuit, à
Græcis desumerendam esse huius Codicis in extrema
politia cognitionem. Non vero dixit Græce editum
fuisse. Illud certius est, ad Nos non peruenisse integras
constitutiones; sed abbreviationem factam ab Alarico
ministerio Anniani; cuius adhuc aliqua Icholia circū-
feruntur cum ipsa epitome, qua vtimur. Videndi sunt
Cujacius in epistola ad Emarum Ranconetum praefixa senten-
tia Pauli, Innocentius Ciromnius, eruditus, & elegans
Iuris Canonici Interpres lib. 5. obseruat. cap. 1. & seqq.
Qui expendunt, & exponunt præfationem Gothorū,
quæ hodiè cum editione ipsa circunscribuntur. Aliquas
nuper constitutiones huius Codicis integras edidit
pater Jacobus Simondus S. I. quas omnes contuli, cù
epitomatis, quæ hodiè extant, & comperui non ad-
modum si fideliter fuisse ad epitomen redactas: ex quo
facilius alienum præstigi Oſualdo ad Donell. lib. 27. cap.
2. ille A. verſo. nec nimis, qui monet, non multum fidem-
dum, aut concedendum his textibus, quibus hodiè
scilicet Brissonio etiam, qui in lib. de iure connubiorum

pagina 285. in mea editione, & alij, apud Osuald. ad Donell.
 lib. 5. cap. 10. litt. B. comperiunt, Codicem illum in
 multis fuiile depravatum a Gothis, eo praetextu, & occa-
 sione, ut ad suos mores, & usus, Imperij conti-
 nentes reducerent, quas ex parte iniquas reputabant, vt
 prodit eadem Præfatio. Iam quo ad fidelitatem lectio-
 nis, non semper præferri debet littera Theodosiana
 vulgata nostræ, quam in nostro Codice habemus; ma-
 iori enim, & accuratori cura editus, emendatus, re-
 formatus, & recusus est Iustiniani Codex, quam Theo-
 dosianus, cuius in tribunalibus nullus est usus, & Scho-
 lasticorum tantum curiositati deteruit, in qua censura
 Nos præxit magnus Cujacius in l. 2. C. de immanitate ne-
 mini concedenda lib. 10. Nisi loquimur non nego multæ
 utilitatis esse, quia est amplior, præsertim ad elucidan-
 dos tres posteriores libros Codicis Iustiniani, in qui-
 bus ius publicum aulae, imperij que continetur: quarè
 lectionem eius valde commendat idem Cujac. in l.
 omnes C. de delatorib. lib. 10. Quod & ex corde meo est, si
 in re hac iudicij mei aliquod preium est: modo iudici-
 cium adhibeat, ne Codex Iustiniani fordeat, & vi-
 lescat: qui à Sapientibus semper prælatus est ceteris
 Codiciorum compilationibus. Sed iam ad rem.

Vel icer ergo Principibus revocare re-
 munerationes profusas, donationesque in consulto fa-
 ctas; sic multo facilius licebit eas modis facere. Interest
 enim & reip. ne vñquam perfectæ sunt regie liberalita-
 tes, quæ modum excedereunt. Enique patet revoca-
 tioni, multo magis patent modificationi, l. perfecta 4.
 C. de donationib. quæ sub modo. Hæc doctrina in superiori-
 bus manet propotita, exposita, & exemplis nonnulli-
 lis illustrata. Sed non possum omittere quoddam pecu-
 liare nostri Regni, si mulque nobisissimum Henrici
 Secundi vulgo dicti et de las mercedes, ob ingentes re-
 munerationes, quas contrulit in Magnates, & alios,
 qui eius partes sequuti fuerunt aduentus Petrum fra-
 trem,

trem, solum legatum magnanimi D. Alphonsi XI.
 Hic ergo liberalissimus Princeps in testamento suo,
 Regno, successoribusque propiciens, & ad conscientiam exonerandam, clausulam apponit iusit, qua in
 primis a se factas remunerations, vel denationes confirmavit, sub hac etiam in limitatione: Pero que las hayan
 toda via por Mayorazgo, y sin quen al hijo legitimo mayor de
 cada uno de ellos y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus
 bienes de el que assi muriere a la Corona de los nuestros Reynos.
 Quam clausulam legibus suis confirmarunt Reges Ca-
 tholici, & Philippus II. extatque in l. 11. tit. 7. lib. 5.
Compilat. Cui alias similes referr, & Senatus deci-
 siones Noguerol, allegat: 29. num. 191. iuncto num. 193.
 Sed nulla magis similis, quam mentalis lex, ut dicitur,
 Ioannis I. Portugallie Regis, qui ex Magistro de Avis
 Regnum invenit, quo potitus fuit, per quam mente
 concepit remunerations a se factas modisicare, & ex
 illis feuda, aut maioratus donatarioris constituere, quæ
 in defectum successorum legitimorum iterum ad Co-
 ronam redirent: & postmodum expresse tulit, ad scrip-
 turamque rededit Eduardus I. eius filius, & reperitur
 lib. 2. Ordinari. Lusitan. tit. 17. §. 1. De qua latè agit Colla
 in quest. de patruo, & reposito 1. part. fere per totam, D. Ioan-
 nes de el Castillo lib. 5. controversial. cap. 89. num. 142. qui
 ex num. 7. 7. Ex professo egit de nostra lege; de qua mul-
 tas questiones examinavit Molina de primog. lib. 1. cap.
 5. num. 21. & 22. & cap. 6. num. 21. per totum, & lib. 3.
 cap. 7. num. 12. & lib. 4. cap. 4. ex num. 39. & ibi relati ab
 Addentibus, multique, quos citat remissione Robles
 de representatione lib. 3. cap. 16. num. 20. noster Amaya
 in d. l. vniue. C. si liberalitatis Imperialis faciūs lib. 10. ex
 num. 59. Quas nullas faciāmus, quia ad nostrum institu-
 tum non pertinent. Brevisiter tamē notabo, restrictio-
 nem hanc factam sole properū moderatas dona-
 tions, modumque excedentes, ut omnes notant,
 quanvis verba legis, aut clausula id non exprimant;
vnde

unde si aliquod facinus apparuerit maiori remunera-
tione dignum, vel saltēm non minori; satisque de eo
Senatoribus per instrumenta, aut aliqua legitimado-
cumenta constet, existimo non comprehendendi sub præ-
dicta modificatione: fuit quippe iusta remuneratio,
& æqua donatio, quam retractare non licet, ut suprà
dixi. In quam notam inducit me historica obseruatio
D. Ioannis Antonij de Vera Comitis de la Roca *in sua*
defensione Regis D. Petri in reuersa pagina folij 79. editionis
Matricensis: qui narrans fugam Regis Henrici II. victi
& profligati à Petro fratre in prælio ad Nauarretum
Oppidum propè Sorianam; sic nostro idiomate loquitur:
Desecho el campo de el Rey D. Henrique (ya se verá como) el
se saluò en un caballo ruicio Andaluz, pero antes de llegar à
Nazara, se le cansó; no sin peligro de su persona: diole el suyo
un escudero llamado Rosi Fernandez de Guiana: el Rey lo
acecho, y sin detenerse en Nazara, tomó el camino de Aragon.
Assilo dice la historia de el Rey D. Pedro. Pero en la de el Rey
D. Henrique no se lee, que en su era felice levantase à este Escuri-
llo à elefado, que merecía, y mas deuio de ser descuido de el
Rey, que de el autor: pues no ay cassa de Fernandez de Guiana
entitulada en Castilla. Ut Comes de la Roca non nouit
nobilis huius successionem; sic nec ego nosco. Possum
esse alia domus illustres, quibus magnitudo aciescerit
ex similibus obsequijs. Quibus doctrina hac poterit
prodesse, si iudicio destituta non sit, quod alijs pensi-
ficandum relinquo.

18 Ex proximè dictis, & pro nostri capi-
tis coronide, censendum est de querela Zosimi Ethni-
ci historiographi, insulsi, & Constantini magni deriso-
ris. Hic lib. 2. s. b Constantino in illum se inuictit, quasi
vires imperij eneruerit; eiusque potestatem dimi-
nuerit, immoderatis profusionibas, & inutilibus stru-
cturis. Sic appellat pietatem, quæ hic Princeps pluri-
mas opes Deo reddidit, construendo Ecclesiás, ipsasq;
amplissimā supellectili ditando. Quæ equidem que-
rela

rela digna est hominē etimico, & abiurde blasphemio.
 Quid enim excesivum potuit ille Imperator donare
 Christo, eiusque Ecclesiā, à qua sanitatem recepit, in
 fide instructus fuit, multisque officijs deuinctus; quan-
 do Ecclesia ad manifestationem, & facili gloriā ad-
 nascet, paupertina, libris, vasis, & structu neceſſa-
 rīo per tyrannos spoliata; nec habebat, ybi caput recli-
 naret? Verum quidquid ego hac de re dicam, minus
 esset, quam petit argumenti dignitas. Videndus erit
 Baronius cum priscis historicis ad annum Christi 324.
 Notandum tamenanti Imperatoris exemplum sequitos
 fuile Religiosissimos Principes nostros: qui ut Mau-
 ros à sua ditione trudebant, terrasque recuperabant,
 in p̄cipiis curis ponebant, largitatem, pietatem, &
 munificentiam construendi, vel restituendi Ecclesiās
 Cathedrales, Collegias, parochiales, cōenobia illa-
 que dotandi amplissimis dotibus, terminis, villis, op̄i-
 dis, vasallagijs, auto, argento, & cæteris preciōsis diuī-
 no cultui seruientibus. Indorumque Regionibus con-
 quisitis, eamdem piam liberalitatem exercuerint in
 provincijs illis, denū Christianæ Religioni natis, &
 adscriptis. Quorum donationes vix multa capiant vo-
 lumina; quare videndi erunt, qui in eōmuni sanc-
 hāic munificētiam nostrorū Regum extollunt; ex ex-
 ternis Baronius 8. tomo anno 649. & 9. anno 701. Tho-
 mas Bozius Eugubinus de signis Ecclesiæ Dei, lib. 20. cap.
 8. sub signo 87. Camillus Borrellus de p̄stantia Regis Ch-
 ūblici cap. 76. ex num. 17. Alexander Patritius Arniaca-
 nus, sub quo nomine latet Cornelius Iansenius Epis-
 copus Irensis lib. 1. de iustitia armor. Christianissimi Regis
 ex cap. 25. maximè cap. 27. ex nostris verò pro cunctis
 duo eruditissimi Jacobus Valdes de dignitate regum His-
 panie cap. 1. per totum p̄cipue ex num. 16. usque ad finē,
 D. Solorzanus de Indiar. Iurc, & gubernat. 2. tomo lib. 3
 cap. 4. per totum.

19 Illa verò Magni Constantini liberali-

tas Orbis notissima, & decantatissima, cuius post veteres Decretorum Compilatores meminit noster Gratianus in cap. *Constantinus* 14. 96. *Distinct.* quā Romana Ecclesiam multis ditionibus, Lateranensi Palatio, donarijs, insignibusq; tam tegumenti, quam aliarū gestationum prōsequutus fuit, valde exercuit, & excitatuit Interpretum, & Historiographorum ingenia. In quam olim libellum edidit Laurentius Valla praeceps Grammaticus, nec benemeritus de Ecclesia Dei, cui titulum fecit, de mentita donatione Constantini. Pro ea non multum pridem pugnauit Augustinus Eugubinus duobus libris editis pro illius fide, & veritate stabilienda. Quam etiam asserere videntur doctissimi Emendatores, & reformatores Gratiani in nota, quam praedicto capiti attexuerunt. Contra Baronius rei, & antiquitatis Ecclesiastice vi index assertorque postremo tomo ad annum 1191. occasione censuræ, quam facit de scriptis Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni Schismatici, summo nixu intendit fundare, testimonium illud apocryphum esse; nec esse verum, quod per manus traditum est de praefata Constantini donatione. Cuius sententiam sequitur, & ad epitomen reducit Spou danus sub anno 324. ex num. 23. ubi recenset gesta Constantini: in quo uterque Praeful se magnuni obsequiū Deo praestare, ut par est, existimat. Ut triusque sententiae fundamenta breuitè indicabo. Pro afferente affertur, textum in d. cap. *Constantinus*, quamvis incerti Auctoris sit, & Paleæ adscribatur, sumptum fuisse ab Anselmo, & Deusdedit antiquis Decrētorum Compilatoribus; quorum nec minima, nec diluta est Auctoritas. Adducitur etiam, reperiri instrumentum donationis in actis sancti Sylvestri, quæ confecta sunt de gestis à Constantino post octo dies Baptismi eius. Quæ quidem non improbantur à Gelasio in cap. *sancta Roma na* 15. *Distinct.* Allegatur quoque Auctoritas Leonis PP. IX. qui ad annum quingentesimum quartum in

epistola aduersus Michaelem Constantinopolitanum, & Leonem Acridanum Episcopos, hoc priuilegio vtitur, tanquam re comperta, & illo sæculo receptissimam: quod minime ficeret summus Ecclesiæ Hierarcha, si ab Ecclesiæ Romanæ hostibus in dubium reuocari posset. Quod etiam sub idem tempus citauit D. Petrus Damianus in discepratione Synodali inter Regiam Aduocatum, & Romanæ Ecclesiæ Defensorem, referens pleraque ex liberalitate Constantini. Ex Historicis verò Ado Vienensis, & Gofredus Viterbiensis de illa fidem fecerunt. Et à tribus, quatuorve sæculis qui scripsierunt glossemata ad ius Canonicum adeo concordi animo illam receperunt, retinueruntque ut meritò à nonnullis appelletur sententia, quæ donationi fauet, opinio Canonistarum. Quod equidem fundamentū mihi leue non est, quanvis ab eruditis posterioris ætatis parui habeatur, quasi veteres illi eruditione, notionibusque historicis fuissent destituti, à quibus huius rei cognitio perenda est. Neque enim omnes isti neotherici Saperdæ sunt, vt si bī videntur: nec omnes illi Classici fuerunt Ocreæ.

20 Negantis sententiæ fundamenta à Baroniō desumemus. Quorum primum, & potissimum est, Eusebium Cæsareæ Episcopum, qui tam exactè de vita Constantini egit, nec verbum de donatione hac scripsisse. Quod facinus tam amplæ, tam egregiæ pietatis liberalitatisque nec debuit, nec potuit omitti à nobili Historiographo. Cui argumento negatiuo occurrat pridem Interpres actorum sancti Sylvestri, aduertens multa in historijs omisiisse Eusebium, de quibus in alijs libris ex professio egerat, ne inutili repetitione fastidieret lectores: intèr quā proculdubio omisit narrationem de munificentia Constantini, quia exactè, & ex professio de ea egisset in libro de vita sancti Sylvestri, quem acta Sylvestri appellauit. Vnde patet, prædicta acta sub nomine Eusebij Cæsariensis tunc circumferri. Quæ responsio satisfacit, ne cogantur di-

cere, quod alij faciunt, Eusebium Ecclesiæ Romanae infestissimum hostem, ut potè Arij partibus adhærentem, consultò reticuisse ea, quæ apud posteros gloriae erant futuræ Cathedræ Petri, & Christi Vicarijs. Pergit uti alio argumento eiusdem formæ. Sanctus Leo, & plurimi Summi Pontifices, qui cum Græcis, Latinisque Imperatoribus de iuribus Ecclesiæ disceptarunt, non meninere talis priuilegijs, cum multoties meminiissent liberalitatis, & obsequij Constantini in sanctam Romanam Ecclesiam. Igitur, qui latuit usque ad tempora Leonis IX. Quam consequentiam & si fateamur, nihil contranos mouebit. Credibile quippe est, latuisse, exemplariaque deperdita, & destructa fuisse, Gothorum, Hunnorum, aliamque Gentium nationibus Italiam diripientibus, quam irruperant. Sed ut verum agnoscamus: non multum adstringit argumentum hoc: fortè enim opus non fuit de hac donatione disputare; cum negotia non essent super iuribus vrbis Romæ, prouinciarumque dono datarum; sed super obedientia Apostolicæ Sedi debita, & de rebus fidei, de quibus cum Principibus agebatur. Pro tertio argumen-
to sua sententia docet Eminētissimus Baronius: duo acta sancti Sylvestri evulgata sunt: prima latinè edita, & ex Latina lingua in Græcam translata, quæ recitant Metaphrastes, Zonaras, & Cedrenus. Hec ut legitima agnoscit. Alia Græcè a principio edita, postea in Latinam linguam conuersa, non ante mille annos. Qæ reputat apochrypha, & his nouioribus imputat priuilegium donationis. Hoc argumentum postulat maiorem paraturam, quam institutum nostrum fert. Breuitè tamè illi satisfaciemus, alio modo, ac Diana fecit 8. part. tract. 6. resol. vlt. In primis Baronius innotis ad Martyrologium ultima die Decembri editionis tertii, quæ vñor. (nam variant multù n editiones, ut illo vicè moneamus) tantum agnouit simplicia acta B. Sylvestri; ut & Gelarius in d. cap. sancta Romana, ver-
sic.

sic. Item actus Beati Sylvestri. Et quod magis est, agnouit
 illa ipsa acta, quæ indicant Emendatores Gratiani, &
 ex quibus docent extractum suum instrumentum do-
 nationis: cum tantum discordet in Auctore: nam In-
 terpres illorum actorum imputat ea Eusebium; Baro-
 nius vero probabilius censet ignorari Auctoris esse, cum
 sic de illis Gelasius ubi nuper. Item actus B. Sylvestri, Apo-
 stolice Sedis Presulis, licet eius, qui conscripsit nomen ignore-
 mus, à multis tamen in urbe Romæ Catholicis cognovimus,
 &c. Tunc sic: Gelasius admittit acta Sylvestri i; Baro-
 nius tradit esse illa ipsi, quæ in titulo referunt Euse-
 bius Cæsariensem; ex quibus sumitur siue Palea Gra-
 tiani, siue donationis priuilegium. Ergo negare non
 potest constare de priuilegio per antiqua acta, non per
 nouititia. Rursus, si insertum fuisset priuilegium denuo
 in actis nouiter confictis, ante millesimum annum de-
 eo nulla mentio fuisset; nec credibile est, statim in ma-
 xi momenti controversijs illud allegasse Gregorium,
 & Petrum Amianum, cum falsitatis possent reuinci.
 Sed illud tanquam constans, vetus, & antiquum alle-
 gabant. Ergo quia potius veteribus actis fidebant, quam
 nouella editione, aut imposturâ. Tandem ait anno
 1339. emissum fuisse in lucem diploma Othonis Ter-
 tij, quo tanquam falsum redarguitur priuilegium; con-
 ficiturque esse dictum a Ioanne quodam Diacono cog-
 nomento Diggitorum Mutio, siue mutilo. Quod San-
 ctissimus Pontifex Benedictus XI. confessus fuit, se
 reperisse in fratrum Fraciscanorum Aisilij coenobio,
 vbi tunc asservabatur thesaurus Scripturarum S. R.
 Ecclesiæ, dixitque se noluisse abolerere, ne videretur
 malis fide agere, ex eo quod aduersabatur in multis
 vulgato, & communii edicto, quod tunc circumfer-
 batur, Constantianæ donationis. Verum hoc argu-
 niætum facile pro Nobis inducitur: agnoscimus enim
 duo edicta; alterum, quod recitant veteres Decreti-
 sta, extatque in d. cap. Constantinus. Alterum, quod rea-

lit Theodorus Balsamo in Schol. ad nomo Kanonem Pha-
tij tit. 9. cap. 1. quod multum à vulgato distat, ut distat
etiam, quod asteruatur in Bibliotheca nobilissimi Ma-
ioris Collegij Oberensis nostræ Vniversitatis intè
veterum Historicorum fragmenta M. S. Alphonsi Pa-
lentini, Victoris Tudensis, Abbatis Biclarensis, scrip-
ta Vrsariæ anno Domini 1253. Ad cuius libri calcem
extat trasumptum priuilegij Constantini, quod hic in
fererem, nam apud me habeo, si multum differret ab
eo, quod refert Balsamo, & traduxit Gentianus Her-
betus in loco proximè relato. Hoc ergò commentum
nouitiū, quod fortè nō multo ante prodierat, redar-
guit Otho, nec ausus fuit abolere Benedictus, ne fortè
de eo oboriretur suspicio, corruptio, aut propria aucto-
ritate deleuisse qualequale instrumentum, quod in pu-
blico archiuo Ecclesiæ Romanae asseruabatur. Sed in-
dè ad vetustius priuilegium, & de quo per acta Sylue-
stri constabat, argumentum sumi non debet. Imò indè
sic conficio argumentum pro sententia affirmativa.
Multi faere Imperatores, Regesque infensi Romanæ
Ecclesiæ per séptem sécula, quæ cesserunt intè Con-
stantinum magnum, & Othonem III. Sed nullus ante
Othonem redarguit Constantini priuilegium, nec illi
contradixit. Igitur, quia Otho non verum priuilegiū
redarguit, sed cōmētitum, & tunc confictum à Ioan-
ne Diacono, quod per illa tempora cœpit manifestum
fieri. Auctores pro vtraque sententia afferunt lato, &
accurato calamo Diana d. n. solut. vlt. Barbosa in sc̄lētis
additionib. ad collectaneas in d. cap. Constantinus, quos tæ-
det transcribere, & nuper Gaspar Hurtadus 1. tomo de
congrua lib. 1. resolut. 1. ex num. 660. Qui consuli poten-
tavit, si res maiori examine indigeat. Illud iudicij mei
est; absolute negare, præcetsisse talem donationem
non esse ritum; videtur enim, qui negat, hæreticis
morem gerere, qui in illata se inuehunt magno cona-
tu, existimantes ita denigrare puram, albamque co-
lum-

Iumbam, quæ Catholicæ præst Ecclesiæ. Id cūm ve-
nia Baronij dicatur, & Spondani, qui contrā sentiunt:
eorum quippè mens adeo sana est, vt nullam notam
mereatur. Sic ergo absoluimus tractationem hanc,
in qua & in præcedenti ab instituto, & stylo nostro
non parum recessimus; nec tam èn in tantum,
quantum vtriusque tractatus dignitas postu-
labat. Deinceps tenuis nostra cymbale-
get litus, nec se in altum pelagus
committet.



[TER]

TER TIA PARS.

In qua agitur de illo verbo
diffinitionis DATIO, prout significat trans-
lationem rei irredibilem. Cuius occasione
disputatur de illis donationibus, in
quibus talis datio non censetur
interuenire.

CAPVT XIV.

De donationibus ob causam.



QIMVS de donatione incomunis,
illamque cum Aristotele, & D. Tho-
ma definiimus *suprà cap. 2. ex num. 7.*
dicentes donationem esse *liberalem*
dationem. Quorum verborum ex-
planationem prosequutis nus hacte-
nus, ut *omnia*, quæ de nostra tracta-
tione dici possunt, ad p̄d. difinitio-
nem referantur. Inter alia verò, quæ dicto num. 7. no-
ta sum as pro explicatione verbī *datio*, fuit illud signifi-
cācē in iuriū translationem rei irredibilem; id est
per

per quam sic res abdicatur à dominio donatis, ut amplius ad eum non reuertatur. Quia de cattia dixi apud Iurisperitos posse excusari verbum *irredibilis*, quod in nostra definitione adiiciunt Theologi, Philosophique ad exprimendam cum maiori energia vim, & potestatem verbi *datio*. Expositio vero, quam attulit Sapientissimus, & mihi amicissimus pater M. Martinez de Prado 2. tom. cap. 29. quest. 1. in princ. ut per verbum *irredibilis* significetur animus donantis, qui non intendit recompensationem sibi fieri pro donatione, procul ab hac significatione recedit; neque enim in definienda donatione inspicimus interiorem animum, quem retinet donator, sed effectum datonis ipsius; sed effectum translationis rei, ut non sit retractabilis, nec licet detur, ut in crum redeat in potestate in donatis. Hac cum ita sit, difficile saluari potest, ut prima facie videtur essentia donationis intratatu, quem hinc ordinatur: cum in omnibus speciebus donationum, quas infra enumera bimus, sic res a donatore detur, ut iterum ad ipsum reuertatur, vel sic legedicta, & conuenientiae proposita, vel casu in initio doata iouis pre cogitato, & conuento, postea eveniente. Talis quippe est donatio ob causam, quae causa non sequuta retractatur; donatio sub conditione resolute idem; vel quae usque ad certum diem sit; vel causa mortis. In quibus non videtur fateruenire talis datio, quae irredibilis sit. Igitur nec erunt proprie donationes, quibus definitio non competi.

2. Nihilominus sub: inveniendum est, donationem recipere posse modum, causam, conditionem, & diem; & in qualibet specie harum donationum saluari, & donationis substantiam, & per consequens nostram definitionem, vel in re, vel in lucro, quod ex reddonata prouenit, modo sit pecunia estimabile tale lucrum, quod petit donatio ex genere liberalitatis, ut dixi in eodem cap. 2. Sic dicimus donandi animo infer-
Mm
cc-

cedere fiduciisorem, qui ea mente pro reo principali fideiisit, ut quod pro ipso solueret, non repetat, l. 3. §. vlt. de N. gest. l. se remunerandi. §. si passus, l. si pro te 40. mandat. Notant Ant. Heringius de fideiussorib. cap. 25. à princ. D. Olea de Ces. iur. & act. tit. 5. qu. & fl. 4. num. 23. & alij, quos adduxi in tractatu Academico de fideiussori. v. b. cap. 3. §. 2. Sic etiam creditor, qui perdonat fideiussori debitum eo animo, ut ipse fideiislor repetat à reo principali, tanquam si verè illi pecuniam soluisset; dicitur ei donare, liberalitatemq; erga eum exercere. Qui casus notandus est, cui tantum est locus in expressa voluntate creditoris. Quod si eo animo remisit, vtpotè per acceptionem, ut utrique acceptum ferret, ambo liberantur, tam reus principalis, quā fideiislor. Si vero eximere tantum voluit fideiislor rem ab obligatione, retinereque principalis rei obligationem, poterit per pactum liberare fideiussorem solum, nec illa liberatio proderit reo principali. Quæ dicta sint obviter pro explicatione textuum, in l. contra 28. §. si filius 2. cum ll. seqq. de pact. l. idemque 10. §. si fideiussori 13. cum duabus ll. seqq. l. inter caussas 26. §. si his qui 3. mandat. cum alijs, quas exposui cap. vlt. eiusdem tractatus. Sic quoque qui gratuito discedit à lite donare causam dicitur in l. prævaricatores 112. de verbis. significat. Sed ut argumentum dissoluamus, necesse est, singulas species donationum percurrere, & in singulis notabimus, quo modo, & in quo saluetur substantia donationis. Et primo agamus de donatione ob causam, siue sub modo.

3 Modus est conuentio, aut præceptum adiectum dispositioni, quod obligat suscipientem ad faciendum, præstandumve, sed dispositionem non suspendit. Veluti ut monumentum mihi construas, l. quibus diebus 40. §. Termus minor de conditionib. & demonstrationib. Ut à monumento non recedas, l. Tilio centum 7 2. §. Tilio centum 2. eodem sit. ut alternis mensibus,

bus ad sepulchrum meum lucernam ascendas, l. *Mæ-
pia* 44. de manumissis testamento. Ut corpus meum in pa-
triā facias reportari, l. *alumna* 30. §. ab hereditib. 4. de
adimendis legatis. Multa alia sunt exempla, in quibus
recensendis nolui morari: tantum repeto, dispositio-
nem sub modo statim sortiri effectum, & legatarium,
donatariumve manere obligatum ad adimplemen-
tum. Docent Bart. Cumanus, & alij Clasici *indic.* l.
quib. diebus 40. §. *Termilius*, l. 21. tit. 9. part. 6. vbi Gre-
gorius *glossa* 7. Anton. Gomez 1. *tom. variarum cap.* 12.
num. 70. vbi nouissimus *Addictionator num.* 68. Par-
Iadorius *lib.* 3. *de differentia* 147. Sarmiento *lib.* 2. *sele-
ctorum cap.* 13. *num.* 1. Amaya *lib.* 1. *obseruat. cap.* 6. *ex
num.* 13. Achacius Ripoll. *in rubrica de conditionib.* &
demonstrationib. cap. 4. Donellus, & Ossualdus *lib.* 8. *cap.*
14. 17. & 34.

4. Donatio ergo sub modo facta statim
vires sortiri incipit; & qui accepit obligatur ad modū
statim implendum. Talis donatio est, velut si dono
tibi servum, ut post quinquennium illum manumittas.
Admitetur donationi negotium; & qui accepi-
sti, incipis obligari ad manumittēdum; ad idque com-
pelli posles; nisi ex sententia orationis Imperatoris
Marci Antonini ad Aufidium Victorinum aduenien-
te die, è vestigio, raperetur servus in libertatem, l.
caussim 29. de manumiss. l. *mancipia* 8. qui sine manumiss. ad
libert. perueniant. Qua de redixilib. 2. *Opusculor. sect.* 1.
cap. 4. *ex num.* 8. & *lib.* 4. ad notas Claudij in l. vlt. *de seruis
export. num.* 6. & seq. nec repeto. Nihilominus agita-
tur questio in hoc, an liceat donatori agere ante quin-
quennium, ut servus manumittatur, quam sub his ter-
minis veriat post Aristonem Vlpianus in l. *Aristo* 18:
hoc cit. de donat. quam explicare, operæ præcium est: cū
sit clavis totius huius tractatus, *Aristo* ait, cum mixtum
sit negotium cum donatione, obligationem non contrahi eo ca-
su, quo donatio est; & ita existimare eum Pomponius refers.

Pomponius retulit Aristonis sententiam, retulit etiam ex Pomponio Vlpianus, & uterque Consultus proculdubio eam sequutus fuit. Interpretemur eam. Donatio toto genere distat à negotio, à commutatione, à synnallagmate. Donatio est actus liberalitatis: contractus est actus negotiationis. In negotio prospicit unusquisque sibi: in liberalitate alijs consulit, & munificientiam exercet, videnda quæ dixi *suprà cap. 6. à principiis*. Ergo quanuis admisceatur negotium donationi, non confunditur donatio cum negotio. Adeo hec duo implicant contradictionem, negotiari, & liberalitatem exercere: ut unus idemque actus non possit simul esse donatio, & negotium. Aliud est admisceri, aliud commisceri: admisceri possunt extranea, commisceri verò non possunt, nisi quæ eiusdem sunt naturæ. *Lucretius lib. 4.*

Visque adeo magni refert, ut semina possint.

Seminibus commisceri generaliter apta,

Crassaq; cōuentant liquidis, & liquida crassis, &c.

& lib. 5. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse,

Corporibus liquidis sunt omnia pure relata,

Et leuiora alijs alia, & liquidissimus æther,

Atque leuissimus aeris superinfluit auras,

Necliquidum corpus turbantibus aeris auras

commiscet. &c.

Idcirco cum mysterio, & proprietate loquitur fuit Aristo, cum dixit, posse negotium admisceri donationi; negavit vero commisceri. Quare docuit, obligationem non produci tunc ex donatione, sed ex negotio admixto.

5. Explicationis causa ponit exponitque

questionem, quam versauit Aristo de seruo donato,

ut post quinquennium manu mitteretur. Aristo obiit

Senio, quoque confessus, sed sub Traiano, si credi-

mus, ut patet, Ioanni Betrande accurato. Consulto-

rum viugraphio lib. 2. de latifperitis sub Aristone pag.

mini

min. 209. & seqq; quare neb: rescriptum Hadriani, nec
 Marcii constitutionem ad Ausidium Victorinum na-
 tis fuit. Quapropter ineptum est disputare, ex per-
 sona Aristonis, an ex legi libertate servus compe-
 teret. Vopianus vero sic agitat questionem; ut con-
 trovertat de tempore ante quinquennium; non de
 tempore post quinquennium; quia de hac postrema
 parte investigare, ineptum eslet suo sacculo. Sed ad
 rem: Disputauit, inquam, Aristo, an donator posset
 agere ante quinquennium, ut manumittatur servus?
 Responditque agere non posse; quia donatione aliqua in
 esse videtur haic actui. Donatio interuenit inter usuram,
 medijs illius temporis, quod excurrit per totū quin-
 quennium; quam quinquennales operas, & viam do-
 nasset: quam perfectam donationem reuocare nō po-
 test. Unde idem Aristo deducebat, si traditus sit ser-
 vus, ut continuo manumittatur, statim agere posse eum,
 qui tradidit: hic enim donationi locum non esse, & ideo esse
 obligationem. Notemus sequelam; non est donatio, er-
 gō est negotium, ergō statim producitur obligatio,
 ex qua oritur actio, ut compellat accipientem ad ma-
 numittendum. Cur non est donatio? quia nec servus
 ipse donatur, cum statim manumittendus sit; nec ali-
 quis versus serui est protinus manumitterendi, in quo do-
 natio possit considerari. Ergo totum est negotium, do-
 natio facit, siue ut manumittas. Utramque doctrinam
 ex Aristone proponit; postmodū recolligit priam,
 quam subili, & elegantinotā exponit Pomponius.
 Pomponium scripsisse notas ad Aristonem notauit
 Bertrandus ubi proxime. Inspiciendum quāppē docet,
 quid actum sit inter dantem, & accipientem adhuc in
 priori causa potest enī quinquenniam non ad hoc pos-
 sit, ut aliquid donetur. Veluti, si quinquennium præ-
 dictum fuit, ut postea non seruit; non vero ut an-
 teā non manumitteretur. Utroque casu transfertur
 dominium per donationem, in accipiente, ut servum

perducat ad libertatem: sed in hoc postremo dominij translatio non est considerabilis; qui à pendet à nutu, & voluntate dantis. Neque in hoc dedit, ut liberalitatem exerceret in accipientem, sed potius ut illum manumissorem facheret.

Sed subsistendum est, antequam ad alia pro-grediamur, & in primis quæritur, vtrum in hoc casu habeat locum constitutio Imper. Marci ad Aufidium Victorinum, si non ex verbis, saltem ex sententia? Dixi *indicto cap. 4. num. 12.* cum Paulo Castrensi de seruis venditis tantum fuisse loquam, extensam verò fuisse per acumen Papiniani ad seruos donatos, & ex identitate rationis, posse extendi ad quemcumq; servum proprium, cui dicta est lex manumissionis, idest in cuius traditione cauit dominus, ut intrà certum tempus manumitteretur. Dixi etiam cum eodem Castrensi, nec verba Constitutionis, neque eius sententiam extendi posse ad seruos alienos, pro quorum manumissione nummos meos dedi sine animo contrahendæ emptionis, idest, ut manumitterentur intra certum tempus. Ratio differentiæ est, quia Constitutio loquens de seruis proprijs venditis sub pacto manumissionis, potuit extendi ad quoscumque seruos traditos sub eodem pacto, aut lege: cū absolutè rerum sit pactum adiectum traditioni rei suę efficax esse, siue traditio fiat ex causa venditionis, siue ex alia quacumque, *I. traditionibus 48. de pacis.* Si ergò pactum efficax est, potuit propter efficaciam pacti in traditione rei propriæ dicti extendi ad hos omnes casus præd. Constitutio. Ceterum si data re ex parte mea paciscar cū domino, ut servum suum manumittat, non negat Castrensis Syanalagmā contrahi; sed negandum est ad hanc speciem pertinere prouidentiam Constitutionis: quia non est lex manumissionis dicta seruo proprio; neque in servum alienum tam efficaciter potest influere. Igitur opus est actione præscriptis verbis, ut hic

ut hic servus manumittatur, vel præstetur id quod interest, ei qui pecuniam dedit, ut probant disertis textus, quos ibi retuli. Distinctio hanc, quam à Castrensi deflumpsi minus tutam, ne dicat iniuriam, appellat Oroz lib. 2. de Apicib. Iur. Civ. cap. 7. num. 6. & quæ non multum sibi placet, quia non sufficienter explicat, quæ dixit de condicione, quæ datur, & actione præscriptis verbis in his casibus, & similibus. Sanè hæc reprehendi ratio lepida est; nec enim Castrensis debuit intentus esse componendis textibus cum doctrina Orozij, sed I. Consultorum verba introspicere, & penetrare, qua arte, & quo iudicio polluit. Ex quo etiam apparet mihi imposuisse non certò in eodem cap. num. 3. dixisse ante eum Constitutionem Marci pertinere ad seruos, pro quibus manumittēdis aliquid datum fuit, quod nunquam dixi, nec dicam; nisi pecunia data fuit animo celebrandæ emptionis, & venditionis inter dantem, & accipientem: tunc enim fictione quadam breuis manus, prius contracta censetur emptio, posteā censetur lex dicta seruo proprio, & iterum vendito ei, qui pecunia accepta prius vendidit servū illi, qui postea ipsi reuendidit sub pacto manumissionis. Ita cum maximo Interpretum ex polui, & accepto text. in 1. Paulus 38. §. 1. de liberal. causa. in eod. cap. num. 13. Pergit, nō bene percipere quæ diximus num. 10. de casu in quo potest habere locum Constitutione in contractu permutationis: & cum dixerimus ad casum permutationis esse extendendam, si dicatur pactum manumissionis seruo proprio, non ut titul nostro ex exemplib. nostris exemplis est, dedi tibi servum meum dignum centum, pro alia re digna quinquaginta, ut intra certum tempus servum meum manumitteres; in hac specie non dubito quin Constitutione locum habeat: quia pactum manumissionis seruo proprio dictum est. Hoc ut non nego in proposita specie; auctero prorsus non procedere, si rem do, ut tu manumittas ser-

servum suum: quia nec permutatio contrahitur; nec
 Lex manumissionis proprio seruo dicitur, sed alieno
 reliquias quæstiones pertinentes ad illam Constitutionem.
 Veriaui in præd. locis, quas iterum recudere non li-
 bet: non tamen possum præternittere inconsequen-
 tiæ Orozij dicto cap. 7. num. 4. qui pro explicatione
 textus in l. 3. §. quid sit ad condic. caussa dat. caus. nō seq.
 tria docet. Primum est, pertinere Constitutionem Mar-
 ci ad Seryum alienum, pro cuius manumissione remi-
 vel pecuniam dedi, in quo ab ipso dissentio. Secundū
 est, post transactū tempus manumissioni præstitutum
 posse agere eum, qui pecuniam dedit in illum, qui ac-
 ceperit; nam de hoc casu loquitur præd. textus, & Pau-
 lus in l. naturalis 5. §. cum do de præscript. verb. Tertium
 est, ita agentem mutatio voluntatem, eumque pœni-
 nituisse. Nunc sic. Condicio caussa non sequuta, de
 qualloquitur Orozius, non prius cōpetit, quam tran-
 factum tempus sit manumissioni disjunctum; nam ante
 transactum tempus non illa condicō competit,
 sed condicō ex cap. pœnitentia, l. si pecuniam 5. de
 condic. caussa data. Sed sic est, quod transacto tempore
 præstituto manumissioni in noua, & singulari senten-
 tia Orozij illico, & ex potestate Constitutionis per-
 veniret seruos ad libertatem. Igitur sera condicō est,
 postquam iam seruos manumittendos ex pacto liber-
 tam consequutus f. illicet. Iterum argumentor. Ulpia-
 nus, & Paulus in præcit. locis, & in prætatis speciebus
 de re, vel numeris datis pro manumissione serui alie-
 ni post transactum tempus præfixum manumissioni,
 concedunt dñi: conditionem causa data, velacio-
 nem præscriptoris verbis ad id, quod sua interest, in l. si
 tib. 7. d. præscript. verbis. Igitur quia in hac hypothesi
 Conditio locam non habuit, aliquin quæstioni à
 Consultis ex agitatæ rermini habiles deficerent; cu
 præcisè iuponendum sit seryum libertatem nō fuit
 sic consequuntur. Nunc ergo lector, quod precabatur

Oroz

Oroz infine sui capitis, poterit utriusque scriptacioni ferre, de illisque censero.

Multum, diuque cogitauit, ut ad Aristonem reuertatur oratio; quænam regula possit proponi, ut cognoscamus, quando intereat animus donandi; vel quando simplicitè dandi causa manumissionis? Fato me illam non intenisse, quâuis consulerim Clasificos, & cum cura, & meditatione illam perquisirem. Quare status questionis coniecturalis est; & ex circumstantijs debet animus dignosci. Qui ppe si affectus dantis tendit in accipientem, ipsumque respicit, reliquo etiâ quo lucro, presumendum est, intercessisse donationem. Quod si affectus dantis totaliter tendit ad modum, illumque primo, & principaliter intendit; non est donatio, sed datio ob causam. Semper enim ad naturam iactus dignoscendam inspicimus, quid principaliter intenderint agentes, *l. si quis nec causam a. l. non omnis 1. 9. d. r. e. b. credit. ita Bartolus, Ca-*strensis, Cumanus, & alij in a. l. i. 8. Ex verbis ergo instrumenti solleter in dagandus, & inuestigandus est animus dantis; nec quidquam certius hæc in re statui à me potest. Nec tamen intèr utrumque casum verbâlis est differētia, sed realis. Quia ubi est datio ob causam, licet dationem reuocare ex capite poenitentiae, etiam ante quatridies implementi veniat, *l. 31. 9. 11. de condic. causa data causa non sequita, l. s. quis alicui 27. 9. 2. mandari. Sed ubi est donatio ob causam, non est locus poenitentiae, l. 31. Cedit donatio ob causam dator. Ratio est, quia datio ob causam negotiis est, nec aliam causam preservet, quam dare, ut fiat, vel detur: quare re non impletâ ex parte accipientis, liberum est ei, qui dedit recedere a contractu, & rem à se datam repetrere. In donatione vero ob causam est liberalitas, & est negotium: pro qua parte communorum procuraui, & dedi ei, qui accepit, nō potest me poenitere; quia omnis donatio preservet animum irreuocabilem, siue*

irredibilem; quapropter non auditur, si dicat, pœnitere illum donasse. In summa in donatione ob causam, duas causas consideramus; alteram, quæ inest, alteram, quæ exprimitur. Quæ inest, est liberalitas, hæc irretractabilis est. Quæ exprimitur, facit negotium; idcirco comperit donatio factio, ut fides à donatione præstetur. Dixi post alios lib. 2. opusculor. sect. 3. esp. 1. num. 8. & 9. Ex hac doctrina aliqui inferunt, donationem esse contractum nominatum, cum ob causam sit; quia in tali donatione non est locus pœnitentiae. De qua illatione recolé, quæ dixi supra cap. 6. à principio. Indè patet solutio ad argumentum, quod obieci supra. In donatione enim ob causam consideramus rem, & commodum medijs temporis. Rés ipsa non ita donatur, ut perfectè, & irreuocabiliter maneat perhè accipientem; multoties enim revertitur ad donatorem; multoties ad Tertium transit. Et sic in ipsa rē non saluat̄ substantia donationis. At verò commodum illud medijs temporis, quod est pecunia æstimabile, irreuocabiliter, sive irredibilitè donatur, quale quale sit. In quo verificatur nostra diffinītio. Percurramus effectus ex præfata doctrina. Datio ob negotium agendum, vel nomen ferendum, dicitur simplex datio, & non donatione, in l. hoc iure 19. §. pen. & ult. hoc rit. Et nihilominus legatum ita relictum, legatum cœletur, in l. sciendum 7. in fine, l. facta 63. §. si verò 10. ad S. C. Trebell. quæ est species donationis, de qua princip. inst. de legat. propter diuersum affectum dantis, aut testantis, quem percannerunt Consulti. De cuius modi ad implemento nominis ferendi, videndi sunt Molina, & ibilarilisimè Addentes lib. 2. cap. 8. à num. 14. & cap. 14. pertinet. Petrus Faber lib. 1. semestr. cap. 14. Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. 23. litt. H. 151

8. Scrupulus verò leuis manet aduersus Aristonem in secundo exemplo, quatenus docuit, non esse donationem, sed negotium, quando datus servus fuit,

fuit, ut statim manumittatur. Potest enim opponi text. in l. quod autem 7. §. vlt. de donat. inter. quem agens de constitutione Imperatoris Marci ad Aufidium Vi. & torinum latius exposui. Vbi si donetur servus, ut manumittatur intra quinquennium, vel post quinquennium, non prius incipit valere donatio; quam adveniat ultimum instans quinquennij, in quo fit donatarij, ut statim manumittatur, vel ex constitutione rapiatur in libertatem. Eccè ubi donatio incipit valere in illo ultimo instanti, in quo nullus usus serui, nullum interusurium est. Ergo contrà id, quod negabat Aristo. Solutio petenda est ex tractatione illius tituli, secundum quem reprobantur donationes in coniugē collatæ, ut dicimus infra lib. singulari de donation. inter. in tantum verò reprobantur, ut nihil actum sit, si lucrum afferat res donata vxori ex re viri, l. 3. §. sc̄iēdūm eod. tit. Vera ergo donatio, id est illa, quæ afferat lucrum ex interusorio, speciali prouidentia illius tituli improbata, siue nulla est. Illa autem substinetur, quæ nullum lucrum afferat vxori donatariæ, l. si sponsus §. cum rigitur 16. eod. tit. Quarè sublinetur facta manumissionis causa in ultimo instanti; cum quia non fit vxori locupletior, quantumvis adquirat libertum, l. naturalis 5. §. vlt. de prescript. verb. l. nemo 182. §. locupletior. de R. I. tum, quia nec in uno instanti potest considerari locupletior ex re viri. Nec credendum est, Vlpianum censuisse in hoc casu veram, propriam, rigorosamque donationem interuenire, quando in ultimo instanti valet; sed dixisse, valere negotium illud, ut peragi possit manumissio ab uxore. Quapropter negandum est, valere in vim donationis; si enim esset donatio, impobaretur ex eo, quod inter coniuges facta erat: censuit ergo proculdubio, valere in vim negotij: quod non expressit, quia de substantia donationis disputare sibi propositum non erat; ut Aristoni propositū fuit. Quo modo collati ambo textus inuicem sibi lucem prestant.

Repetamus tractatum Aristonis. Inquit
Vlpianus in 9. Idem Aristo 2. Si donatus sit servus alienus manumissionis causa, id est, ut intra certum tempus hancmittatur, an interim donatarius possit servum usucapere? Pomponius, qui sententias Aristonis refert, & illustrat, subiungit, hoc genus questionis solle versari in donationibus causa mortis. Id est; ut queritur, utrum servus alienus donatus causa mortis revocabiliter possit usucapi a donatario, dum pedit valor, & confirmatio donationis; ita dubitauit Aristo, an servus alienus donatus manumissionis causa, possit usucapi ab eo, qui donatum accepit. Summo cum iudicio, & ingenio Pomponius utrumque causum comparauit, quia ex comparatione resultat decisio. Et magis putat, inquit, si ira donetur, ut post quinquennium manumittatur, possedici, usucaptionem sequi. Ratio dubitandi est, quia usucatio ei rei, mancipi praeteritum, perfecta adquisi*tio* i*s*, l. 3. de usucaptionib*us*. Vlpianus in fragmentis libri regulan*tit*. i. 9. Sed is, cui donatus servus fuit manumissionis causa non est perfecte dominus servi donati. Igitur non poterit usucapere. Probatur minor ex l. aliud est capitulo de verbis. sig*ificat*. l. non videntur perficie*re* de R. I. & similibus, in quibus docemur, non esse perfecte allicuius, quod ipsi potest auferri ex casu, notant Petrus Faber, Jacobus Ruardus, & Jacobus Gothofredus Dionysii filius in l. id quod nostrum i*11.* de reg. iur. Cijde*ti* parati*l*, ad lit. C. de usucap. transformanda, & Nos affib*o*. Sed servus donatus manumissionis causa potest auferri donatario: nono iure post constitutio*nem* in Marci ad Ausdium & Victorium, quia adueniente die rapitur ex vestigio in libertatem; iure vetere, quod vigebat Atilio*s* tempore; si*n* donatarius compelli oportet ad manumissionem. Videnta que dixi in l. 9. v*er*. de servis ex portu*nas*. Igitur non ut perficie*re* a*dict* i*11.* ac prae*dict*ne*m* potest usucapi. Ratio vero a*dict* i*11.* a*dict* i*11.* ex am*s* principijs; quando*us* enim

regulariter verum sit, vsucapionem præstare vsuaci-
pienti perfectum, & irreuocabile dominium rei vslu-
captæ; tamèn receptum etiam f. sit, vt vsucapio pro-
cederet, & attemperaretur ipsi causæ dominij: quan-
uis nō semper prodesset vsuaciپenti, sed ei, a quo cau-
sam habuit; itaque vsucapio in hoc casu ytrique pro-
dest. Verbi gratia. Si res aliena donata sit mortis cau-
sa, & statim in it tradita; transfertur conditio vsucapié-
di; sed vsucapio inde proueniens de ambulatoria est,
& retractabile dominium parat: quia si donator reuo-
cat donationem, vel prædecesserit donatarius, domi-
nij adquisitio proficit donatori, l. qui alienam 33. de
mortis causa donat. Hoc exemplo ex fure recepto peti-
to, ad nullam etiam fuit vsucapio in nostra hypothesi,
quauis post quinquennium servus manum iittendus
sit, & quauis non habeat in eo perfectum dominium
donatarius; quia sufficit dominium speratum, reuoc-
abile, vt possit vsucapio procedere: quia etiam hæc
donatio sufficiens est ad producendum titulum habi-
lem ad vsucapiendum. Cætera dixi infra lib. singulari
de donat. inter. cap. 10. num. 6.

10. Hic tenus Vlpianus cum Pomponio re-
tulit, & exposuit Aristonis sententias; in fine textus
proponit aliam Labeonis, de re aliena donata, maxi-
mè ab sciente alienam esse, & cum dolo. De qua dice-
re superfedeo, quia ex professo egi *suprà cip. 8. ex num.
6.* quo lectorem renitto, ut manum de tabula tolla-
mus. Profiteor multa pro huius locie expositione di-
dicisse me a Clasieis, non tamèn omnia. Illud tamèn
dolenter dico, non potuisse me ad præsens legere,
quaæ circè hanc textum notauit crudelissimus, & mihi
colendissimus Dominus D. Laurentius Santos de San-
Pedro Eque D. Iacobifianiigeratus Aristonis Illustrator:
licet enī per epistolam ab eo expetierim carthami
ex Hispali. cuius audientiam moderatur Regalis mu-
nere amplissimo, negotiorum districtus, dilatatiq;

occupationibus non potuit eam mihi communica-
re.

11 Postquam exposuimus præclarum, & ca-
pitalem Vlpiani textum, sequitur, ut videamus de
actionibus, quæ donatori competunt contra donata-
rium, qui renuit modo dicto donationi satisfacere; si-
uè qui non vult implere causam, proptèr quam dona-
tio facta fuit? In primis docemur, competere donato-
ri actionem præscriptis verbis contra donatarium, ut
stet placito, aut conuentioni modali, in l. vlt. C. derer.
permutat. In qua proponitur, prædia fuisse data, ut do-
natarius certam annuam pensionem donatrici præ-
staret, quæ est species, vel fæcies nostri hodierni census
referuatiui, videndus est Gaspar Rodriguez de annuis
redit. lib. 1. quest. 2. num. 15. & seqq. Respondentque
Cæll. si donatarius recuset fidem implere, cogendum
esse per actionem præscriptis verbis, quæ nalcitur ex
incertis, & innominatis negotijs, stare conuentioni;
siuè modo intèr vtrumque pacto conuentoque circà
pensionis præstationem. Notat signanter Anton. Fa-
ber in epistolis ad nostrum Valentiam epist. 4. responso 4.
num. 9. rationemque præstiti lib. 2. Opuscul. sec. 4. cap.
vlt. num. 7. Quæ repetenda est. Conuentio in continē-
ti celebrata super contractu certo, adhæret contra-
ctui, eius formam, causamque sequitur, producitque
actionem ex ipso negotio, l. iurisgent 7. & quinimmo, &
&. in bone fidei de pactis. Donatio vero non est negotium;
quare pactum, quod adhæret donationi, ab ipsa non
potest mutare actionem, cum non sit negotium, siuè
de certo loquamus, siuè de incerto. Adhæret ergo tra-
ditioni rei proprie, & ob id efficax est, l. in traditionib.
48. de partis. Nota præciadere Nos cum Aristone tra-
ditionem à donatione. Traditioni rei adhæret mo-
dis, seu conuentio; a ea vero donationi: quia traditio
se satur circa rei in; donatio vero consistit in conces-
sione usus, siuè interusurij. Ex liberalitate vero pre-
ce-

cedenti utrumque resultat; quia uſus donatur, & res traditur, vt pactum vel modus impleatur. At sic est, quod nec ipsa traditio, nec donatio contractus est. Ergo per adiectionem pacti, vel modi efficitur incertū negotium, quod producit actionem p r e s c r i p t i s v e r b i s . Hoc itaque est, quod dicunt, traditionem transite in negotium propter conuentionem, Cujac. lib. 11. obſeruat. cap. 17. & Gothofred. cum alijs in d. l. vlt. C. de rer. permutat.

12. Eadem doctrina, de actione p r e s c r i p t i s v e r b i s danda ad implementum modi, colligitur ex l. filia 20. §. si pater 3. famil. ericſcund. l. hereditatem 28. hoc eit. l. legem 9. l. cum res 22. C. hoc eod. tit. Ad quas expendendas p r e n o t a n d u m eſt, donationem hereditatis facta n a b herede, qui i a n adiuit, (qui termini ſupponendi ſunt) tacitē imbibere pactum de ſoluendo omni a re alieno hereditario: quoniam rei, id eſt hereditati donatę, hoc onus adhæret, l. more 8. de adquir. heredit. notant recte Glossa, Dynus, Barrolis, Caſtreñis. & alij in d. l. hereditatem, D. Alphonsus de Olea de c e f f i o n e iur. Caſtrenium lib. 3. quæſt. 9. ex num. 5. D. Hieronymus de Oroz de apicib. iuris Civil. lib. 3. cap. 3. num. 3. ¶ 5. Nunc ſit. Proponitur facta donatio ſub pacto, aut modo, vt donatarius exfoliat a eſ alienum: primo ſupponitur, quod certiſi num eſt, creditoris ius non mutari ex pacto donatoris; nihilominus docemur, si donatarius renuat implere modum, id eſt. foluere a eſ alienum, compellendum eue, vt foluat, per actionem p r e s c r i p t i s v e r b i s , vel ex stipulatu; ſi cauſa firmandi pacti ſtipulatio interpoſita fuifet. Notant, eam de narrationem p r æ t a n t e s , Valentia lib. 3. i l l u s t r. tract. 1. d. legat. cap. 1. ex num. 19. maxime num. 24. ¶ ep iſt yl. 13. ad Fabr. exercit. 4. num. 18. & cum alijs doctiſiſimus Olea tit. 4. quæſt. 9. num. 3. 6. ¶ 37. Q u i c u m iudiicio docet, apud Nos ex l. 2. tit. 15. lib. 3. Comilitat. Se cundū quam ex pacto Tertiū adquiritur Tertiū adiō;

com-

competere creditori contrà donatarium actionem;
ex eo, quod per pactum in ipsius fauorem posito, obli-
gatus fuit creditori soluere.

13 Non est ergo dubitandum, quin donata-
rius cogi possit per donatorem, ut modum adimpleat.
Illud vero accuratius debet disputari, vtrum donato-
ri competit ipsius rei repetitio, vel vindicatio, si mo-
do, legi, vel pacto dicto obtemperatum non sit a do-
natario? In qua investigatione plura, melioraque di-
dici ab Auditoribus meis, quam ipsos docui; dum ani-
mo doctrinam meam percipiendi, potius quam im-
pugnandi, quæ ex suggestu dictaueram, ad fores ad ve-
stibulum, ad postes gymnasij discutiebant. Proceda-
mus ergo perspicue, & cum circumspectione, ne videa-
musr contraria dicere. In primis fatemur, ex capite
poenitentia ante transactum tempus præfinitum im-
plemento modi, non posse rem condici, nec reuocari
donationem: quia licet yetsetur donatio tantum cir-
ca usum, siue interusurum medijs temporis; est perfe-
cta in eo, nec patet reuocationi; quod supra manet no-
ratum. Secundo non potest negari, transactotempo-
re, & causa nō sequuta, cōpetere donatori repetitio-
nem rei donatae, quā dicimus condictionē causā da-
ta, causa non sequutā: quia ob perfidiam donatarij
causa liberalitatis reducitur ad non causam, quasi ab
initio non intercessisset, l. 2. l. cum ancillam 6. cum dua-
bus legib. seqq. C. de condit. ob causam dator, l. vlt. C. de reyo
candidis donation. de quo dixi ex professo lib. 2. Opusculor.
scil. 2. cap. 2. per totum. Itaque fauore donatarij, tempo-
re implementi non transacto, irreuocabilis est tradi-
tio; quia durat donatio interusurij; sed fauore extra-
nei, cui modus adiectus fuit, post transactum tempus
est reuocabilis traditio, nec adiectio modi habetur
pro donatione in fauorem extranei; nec est perfida
liberalitas, sed patet mutationi voluntatis, & reuoca-
tioni.

14 Sed tunc sic argumentabantur acutissimi Se^tcatores nostri. Adiectio modi facta in fauorem Tertij, vt donatarius post tempus rem illi restituat, vel aliquid det, nihil aliud est, quam secunda donatione. Sed per me *suprà cap. 6.* omnis donatio irreuocabilis est etiam ante acceptationem. Igitur etiam hæc secunda donatio debet esse irreuocabilis non solum post acceptationem Tertij; sed etiam ante acceptationem. Minor, quia in teaditur probari esse secundam donationem adiectionem modi, sic ab ipsis probatur. Donatio est liberalis datio, vel promissio. Adiectio modi in fauorem Tertij est promissio liberalis à donatario facta iubente, paciscenteque donatore. Igitur est secunda donatio. Nec refert, quod absenti fiat; quia perfectus sit actus in genere liberalitatis, nihil interest, an præsens, vel absens sit is, in quo liberalitas confertur. Quæ omnia ex mea doctrina colliguntur, quæ manet expolita *suprà cap. 6.*

15 Postulat huius argumenti vis, vt recolamus, quæ diximus *suprà cap. 5.* promissionem ex causa liberalitatis factam, conuenire in genere cū donatione, quia liberalitas est; differre vero in specie, vt Nos loquimur, quia non est datio, & proinde non est donatio. Deinde notauimus secundum medium Iurisprudentiam (sic in præsenti appellatur tempus, quod excurrit à tritura fori, quæ valuit I. Cōsultorum tempore, usque ad Justinian.) non aliter efficacem fuisse promissionem factam ex causa liberalitatis, quam si stipulatione vallata esset. His breuitè præmissis, in primis constat, secundum medium Iurisprudentiam non posse disputari, an modus adiectus in fauorem Tertij sit promissio efficax ex causa liberalitatis ei facta; quia nulla interuenit stipulatio, quæ roborari possit talis promissio. Deinde supponendum est aliud principium nec minus certum, nec minus notum. Neminem posse alteri stipulari, nec actionem illi adquirere,

rere, si in eius fauorem dicat legem, vel apponat pa-
ctum, l. quod in lib. 73. §. vlt. de reg. iur. vbi signantur no-
tauit Petrus Faber. Igitur ex lege dicta donationi,
vel pacto apposito in fauorem Tertij nulla actio, na-
lium ius per donatorem illi potuit adquiri. Ex quo
principio fluit, ut donator, qui volebat, ut ius Tertio
adquireretur ex modo dicto donationi, vel traditio-
ne reis sua, adhiberet eum actui, ut sibi stipularetur, &
per stipulationem sibi adquireret commodum, quod
ex modo proueniebat. Qui si adhiberetur ex causa
puræ simplicitque donationis, reputabatur donata-
rius inter viuos in tantum, ut non posset ipsi reuoca-
ri, tollive per donatorem actio, quam per stipulatio-
nem adquisiuit, l. cum maritus 29. §. vlt. de pactis dotali-
bus. Si vero adhibebatur ut donatarius causa mortis,
ut in casu præcocis mortis donatoris sibi habe-
ret, quod in stipulationem deduxisset; locus erat reuoca-
tioni, ut in cæteris donationibus causa mortis, l.
Seia 11. de dote prælegata, l. 2. C. de iure dot. Quod si adhi-
bitus esset, ut mandatarius, nihil lucri sibi adquie-
bat, sed per actionem mandati tenebatur illud resti-
tuere donatori, l. malier 72. §. vlt. de iure dot. De qua
elegantia tractatione egit lib. 4. Opusculorum ad notas Clau-
diij in l. cum quis 37. §. nuptiorum legat. 3. ideo in eanme
subsisco. Cum ergo modus dictus fuit in donatione
principalis in fauorem eius, qui sibi stipulatus non fuit,
& nec forte fuit præsens, consequens est, ut nulla do-
nation, promissio vnde irrevocabiliis in eo possit conside-
rari; quarè nihil est, quod impedit, ut donator trans-
facto tempore, si non sit per donatarium paritum mo-
do, possit condicere, seu repetere rem donatam.

16. Successit postmodum prouidentia Im-
peratorum Diocletiani, & Maximiani, de qua in l.
quoties 3. C. de donation. que sub modo, per quam iuri ve-
teri, dudumque recepto derogatum fuit. Sie in ini*lio*
rescripti protestantur. Quoties, aiunt, donatio ita confici-
tur,

tur, ut post tempus id, quod donatum est, alij restituatur: veteris iuris auctoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non impletâ, ei qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus eius condicione actionis persequitionem competere. Ecce ius antiquum, quod exposui in fine superioris numeri, per quod reuocata donatione competit donatori conditione causa data causa non sequuta. Sequitur postea nova prouidentia per hec verba: Sed cum postea benigna interpretatione Divi Principes, qui stipulatus non sit, utili actionem iuxta donatoris voluntatem competit ad miscerint; actio, quae prioritatem in rebus humanis ageret, competit tibi accommodabitur. Ex quibus verbis id tantum colligitur, competit utilem actionem ei in cuius favorem modus fuit; non vero conuincitur, donatore non posse sibi auocare rem donatam per conditionem, si modo donatarius non obtemperauit. Non est enim inconueniens, ut Tertio ex modo, legeue dicta in traditione adquiratur ius nii voluntatem suam reuocet donator, vel qui tradidit; nam contra tertium permilia est voluntatis mutatio, etiam in libertatisibus l. i. & 3. qui sine manu miss. ad libertat. perueniant. ut explicui in d. l. vlt. de seruis expertand. Igitur concessio utilis actionis in favorem Tertij, non tollit donatori facultatem reuocandi modum, & repetendi sibi rem. Maxime quia text. in l. dictam 8. C. de condit. ob causam dator est Diocletiani, & Maximiani etiam; & in eo decidunt Casii competit prædictam conditionem donatori, si donatarius non paruerit legi dictæ in traditione rei donatæ. Dicendum ergo est, ut existimo, donatori non denegari suam conditionem, si velit rem auocare, & voluntatem mutare circâ modum, quem dixit; extrum si in eadem voluntate perseverauerit utili actionem dari ei, pro quo modus adiectus fuit; itaque haec utilis actio data fuit in supplementum actionis prescriptis verbis, quæ competit donatori, cu

vult, ut obtēperetur modo; ut tam is agere possit, quam Tertius; sed non derogat condicōni, aut repetitioni, quæ ip̄s̄ donatori competit ad suam vtilitatē. Quod videtur mihi volūt̄le In p. ilis verbis, iuxta donatoris voluntatem. Quæ cum emphasi, & mysterio accepta tam significant voluntatem anteactam, de qua placitum fuit traditionis tempore; quām subsequuntam, & perseverantem postquam tempus transactum fuit pr̄stirūtum implendo modo. Ecce sub hoc iure modus non efficiebat secundam irreuocabilem donationem.

17. Sequitur Imperatoris Iustiniani nobilissima constitutio, quæ estat in l. si quis argentum 3 s. 9. pen. C. hoc titu. per quam iuris veteri derogatū fuit, & cautum, ut sola promissio ex causa donationis facta, efficax esset, etiam ait è acceptationem, ut dixi d. cap. 6. Secundum quam posset disputari, vtrum modus adiectus in fauore Tertiij contineret promissionem in fauore illius, quem ad modū nō si donator ipse promiteret, non donatus donatori caueret? Existimoperinde esse, ac si ipse donator Terlio promiteret; cū per alium liberalitatem conferat, dāmodo adiectus modus sit anī no dōandi, non anī no constituendi. Tertium mandatarium; quod censuit Gifan, in d. l. quoties 3. vnde iam dicendum est, modum continere secundam donationem: nec competet donatori repetitio rei sūx, nisi Tertius suam secundam donationem acceptare nō h̄erit, quō resoluitur; ut dixi in eod. cap. 6. Quo in casu exerit vim suam argumentum propositum iupr̄a num. 13. & 14. Et secundūn hoc nōnum ius fatemur, non competere indistincte donatori post transactum tenuis conditionem rei quondam fixū; sed sub illa initiatione, si Tertius repudiauerit donationem ex modo dicto in traditione restatētem, Quæ doctrina multo euidentius procedit apud Nos ex dispositione, 1. 2. 11. 16. lib. 5. Compilat. Per quam quæ-

quælibet promissio deliberato animo facta obligat
efficaciter; nec in ius obligat facta Tertio, quam si
ipse Tertius sibi pactus, vel stipulatus fuisset. Ergo va-
lebit statim ex causâ donationis, & statim actio, iusq;
quæretur Tertio, cui amplius donator derogare non
possit, nisi Tertius ipse refutauerit, repudiauerit que
ita docent, licet non sic Salicetus in d.l.3. & alij Vete-
res apud Gregoriam in l.7. tit.4. Part.5. glossa pen. Anto-
nius Gomez in b.40. Tauri num.30. Couarrub. lib.1.
var. cap.14. num.7. Caldas Pereira lib.4. de ext in Et. Em-
phytheus cap.19. ex num.30. Et de actione statim ad-
quisienda Tertio ex iure nostri Regni Aceued. in d.l.2.
num.30. Gomez in d.l.40. num.18. in fine, & alij apud
Oleam tit.4. quest.9. num.30. cum plurimis, quos re-
tuli in tract. Academico de stipulat. alteri facta consuet. 5. &
6. Vnde Auctores proximè citati concludunt, nō pos-
se à donatore reuocari modum, etiam antequam illâ
acceptet Tertius; maximè si in favorem Ecclesie, vel
piæ causæ adiectus sit, de qua limitatione loquitur
Diana 2. part. tract. 6. resol. 124. Ego verò indistinctè
accipio prædictam sententiam iuxta notata suprà d.
cap.6. licet proutraque multis citatis in contraria
inclinent Faria ad Couarrub. d. cap.14. num.22.23. &
32. Hermosilla ad Gregor. in l.4. tit.4. Part.5. glossa 1. ex
num.29. D. Salgadus in Labyrintho creditor. 2. part. cap.
26. ex num.67. usque ad finem. Alij verò requirant ac-
ceptionem ex parte notarij pro absente saltēm fa-
ciendam apud Couarrub. num.9. & ibi Fariam.

18 Quibus expeditis, quæ summè notanda
esse existimo, ut procedamus, investigandum est, quæ-
nam actiones pro petenda, vel repetenda re donata
competant, tam donatori, quam Tertio, alteritri in
suo casu? Primo quidem agendum est de Tertio; ce-
re competere utilem actionem doceniur in d. l. quoties-
3. C. dedonat. que sub modo. Disputant auctores, virum
hac utilis actio in rem sit, vel in personam? Quam dif-

ferentiam nosse multum in iure refert propter forum;
 & propter diuersos vtriusque actionis effectus; quos
 in præsenti extra rem esset referre. Realem esse exi-
 stimant multi relati à Molina lib. 3. de Primogen. cap. 12.
 num. 2. à quibus non videtur expresse ipse dissentire,
 & à Couar. dito lib. 1. var. cap. 14. num. 2. Noguerol.
 qui hanc sententiam sublinet allegat. 1. ex num. 63. Cu-
 ius sententia fundamentum est, quod potestate legis
 recedit dominium à donatario, & transfertur in Ter-
 tium. Sed quanvis de potestate legis hac in re non du-
 bitem, quæ est omnia rerum regina. I. 2. de Legibus;
 non video tamen rationem, quæ mihi persuadeat, de
 facto in præsenti specie fieri translationem dominij
 de donatario in Tertium; neque est ullum verbum in-
 textu, ex quo prædicta translatio colligi possit. Quare
 verius dicendum est, utilem actionem, de qua in d.l. 3.
 esse in personam, videlicet illam ipsam, quæ compe-
 tebat donatori pro implemento modi adiecti, & ab eo
 cedenda erat in Tertium: qualis re scripti potestas sup-
 pleuerit cessionem, & transitulerit actionem ipso iure
 in Tertium. Est itaque illa ipsa actio, quæ penes dona-
 tore in residuebat, non directa, ut competet interue-
 niente cessione, sed utilis: actiones eni in translate ex
 potestate Legis sine cessione partis utilis sunt. Cuius
 rei exemplū est in l. ex legata. 18. C. de legat. In qua si no-
 men, id est si actio, quæ competebat testatori, ab eo le-
 gata sit, sine beneficio cessionis ab hered. facienda
 accommodatur utilis actio ex potestate legis legata-
 rie, qua proprio nomine experiatur, cū directa actio
 ad eum inspectare non posset. Notant Ans. Faber, in In-
 risp. tit. 1. princ. 2. illat. 3. Olsuald. ad Donell. lib. 15. cap. 43
 litt. H. & I. Frit ergo actio utilis, quæ indulgetur
 Terti, in d.l. quatuor, actio illa prescriptis verbis, quæ co-
 petit donatori ad adimplementum modi, scilicet sine ces-
 sione necessitate partis; unde necesse est, ut sit utilis
 actio in personam. Quam opinionem præfero cum
 Cuj.

Cuj. & Giphantio in d. l. 3. Dohello lib. 13. com cap. 44.
infin. & lib. 16. cap. 14. Anton. Gomez in d. l. 40. Tauri
num. 26. Couar. d. cap. 14. num. 3. P. Molina de Inst. &
fur. tract. 2. disp. 265. vers. contrarium. Notandum est,
quod diximus non dubitare nos de potestate legis; li-
benter enim fatemur posse legem, si vult, translationē
domini facere de uno in aliū absque ylo facto tra-
ditionis, vel apprehensionis: cuius rei exempla extant
in l. 1. in fin. cum ll. seqq. de publician. l. 1. pro scio, l. cum pa-
ter 71. g. surdo, l. legatum 80. deleg. 2. l. cum hercdes 23 de-
acquir. posses. cum alijs multis. Tantumque negauimus
de facto præd. translationem factam faile iure Roma-
norum. Quare non est culpanda decisio textus in l. 7.
tit. 4. p. 5. In qua Alphonsus noster non minus supre-
mus legislator, quam Cæsares Romani statuit, ut ipso
iure in Tertium transferretur dominium rei donatae,
si per modum in traditione dictum, illi iusta fuit re-
stitui in aliquem euentum, vel aliquid tempus. Neque
necesse est cum Cobarrub. in concordiam redigere
vrumque ius. Licet enim concederemus Septem.
partitam legem fluxisse ex erroribus veterum male
explicantium d. l. quiores 3. cum ex illicarent transla-
tionem domini inductam faile a Cæsaribus; tamen
quod Diocletianus, & Maximianus noluerunt indu-
cere, potuit efficere Alphonsus, ut in resimili dixi lib.
7. Opusc. cap. 5. num. 44. Quare hac in re merito recedunt
a Couarrub. ambo Adnotationes VVefelius, & Faria
ad d. cap. 14: ex num. 10. Hoc amplius sanciuit d. Lex
patria, ut possessio ipsa translatata in Tertium ceniere-
tur sine ylo actu apprehensionis: quod quide in neque
excedit, neque abhorret a potestate legis Civilis: cum
videamus in multis Iuris articulis eamdem translati-
onem a legi fieri, l. 1. inter 23. C. d. 8. acros. Eccles. l. rap-
tores 54. C. de Episcop. & Cler. Quia licet vera, & pro-
pria posse ex animo, & facto apprehendentis ac-
quitatur, l. 1. in princ. & g. item acquisitus, l. quem admo-
dum

dum 8. de acq. posseſſ. l. ferē 156. de R. Iur. tamen effectus possessionis, qui iuri subſunt, & ex iure perueniunt, l. posſeſſio 49. de Acq. posſeſſ. ex potestate iuris transferuntur in eum, qui poſſeſſionem non apprehendit, vel apprehendere non potuit. De qua re in praſenti abſtineo dicere. quia de ea ex profecto egī præſertim in poſtremis Academicis relectionibus cap. 2. & 3. per tot.

19 Videndum nunc est de actione quæ com-petit donatori ipſi in ſuo caſu ad repetendam rem do-natam; vtrūm ſit actio condicitionis in personam, an actio in rem? Et condicitionis eſſe, probatur diſſertè ex d. l. 2. L. cum avillam 6. cum duab. ſiqq. C. de condicione ob cauſam datorum, in quibus docemur condicitionem donatori competere. Probatur etiam à iuriſratione, quia condicitione rei illi competit, qui dominus non eſt, ſed petit rem ſibi dari, §. ſic itaque diſcretis, §. appellamus inſt. de actionib. ſolo odio furui, quo magis pluribus actionibus teneantur, receptum fuit, ut fures condi-cione rei furtiuæ tenerentur, & aduersus eos agi poſ-ſet rei vindicatione, l. 1. de condic. furtiuæ, l. vlt. uſu fruct. quemadmodum caueat d. § ſic itaque diſcretis. Sed ne-gari non poſteſt, donatori competere condicitionem rei; igitur non competit vindicatio. Deinde, quia per donationem ob cauſam, vel ſub modo ſtatim traſla-tum fuit dominium, quia modus non diſſert diſpoſi-tionem, ut dixi in initio huius capituli; ideo cauſa li-beralitatis, quæ preceſſit, reducitur ad non cauſam ex poſtfacto propter perfidiam donatarij, qui modo noluit obtemperare, & reuocatur donatio, l. 1. hoc tit. ſic intelligenda, l. vlt. C. de reuocandis donat. Et donator per conſequens recuperat dominium, quod in dona-tarium tranſtulerat, nec ante recuperationem illud ha-bet, poſtquam ſemel illud tranſtulit. Sed ei, qui domi-nus non eſt, actio in rem, vindicatoria dominij, com-petere non poſteſt, §. omnium 1. inſt. de act., l. in rem actio 23. de rei vindicat. Igitur donatori non poſteſt cōpetere vin-

vindicatio. Sanè uno casu, coque speciali, cum condicione vindicatio datur donatori, qui extat in l. i. C. de donation. que sub modo. Videlicet, quando dictus fuit modus donationi talis, ut donatarius certa annua præstaret alimenta donatori. In quo si immemor accepti beneficij legem donatarius impleere recuseat, utraq; actione, & condicitoria personali, & reali potest pulsari. Reali, inquam, non directa, sed utili, ratione dominij, quod habuit, non quod de præsenti habet, ut agnoscunt Accursius, Baldus, Salicetus, Cujacius, & Gifanius, in d. l. i. Antonius Faber decad. 44. error. 10 Antonius Gomez 2. tomo variar. cap. 4. num. 14. verific. Quinta si modū, & ibi Laynez num. 15. ad finem Couarrab. d. cap. 14. num. 4. & ibi Farianum. 13. In qua re amplius immorandum non censeo.

20 Manet ergo ob non implementum modi locum esse reuocationi donationis, condicione, neque rei competere donatori, si illi paritum non sit. Contrà quam doctrinam duo textus solēt opponi, quos præter missere non licet. Primus extat, in l. cum re 6. C. de pacti: in tēemptorem, & vendit. Species est. Venditio facta fuit minime precio sub aliqua lege, aut modo, quem emptor non impletuit. Respondent Cass. conuenire, ut ius dominij venditoris, in suam causam reuertatur. Nunc sic expendunt. Venditio sub aliquo modo facta minime precio, vel donatione est, vel multum habet donationis. Hic actus ob non impletam fidem ipso iure rescinditur, & dominium ad venditorem reuertitur. Igitur non est specialis casus, qui proponebitur in d. l. i. C. de Donat. que sub modo, quando quidem etiam in hypothesi huius textus dominium ipso iure reuertitur in venditorem, ut posit rem vindicare. Verum ut respondeam, negandum est ex hoc textu deducere dominium ipso iure ad venditorem reuerti; nihil enim tale colligitur ex littera: tantum enim deducitur ex ea debere regredi rem in potestatem venditorem.

ris: quod fit per condicōnem, & repetitionem rei, ut sentit Accursius, & consentiunt Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. 2. p. cap. 2. ex num. 14. Ant. Fab. decade 45. errore 8. Quod si dubitetur, quānam sit hēc condicōnem, siue ex quonam contractu, aut negoçio nascatur; dicam nasci ex contractu emptionis, & venditionis, & esse actionem personalem ex vendito, siue condicōnem ex eodem contractu: quia vtrumque remedium ex contractu bona fidei præstat, l. in duobus 18. §. exceptio 4. de Iure iur. ratio vero propterquam rescita venditione competit actio ex vendito est, quia tam ad distractum competit, quām ad implementum contractus, ut probatur ex l. exempto 11. §. si quis virginem de alt. empt. Ex quo apparet negotium, de quo agitur in illo textu esse emptionem, & venditionem, quāvis minimum pretium intercessisset: quia modus conuentus inter contrahentes cessit in partem pretij, vt in l. fundi partem 79. de contrah. empt. docent Cujac. lib. 10. quest. Pap. in l. pala 71. eod. tit. & ibi, Berengarius Fernandez scholio vlt. num. 79. vnde cum in partem pretij cessisset modus, consequens est, vt in substantiam negotij ingrediatur, & fiat pars ipsius contractus: qua propter deficiente modo contractus ipse deficit, & causa reducitur ad non causam. Quod voluerunt dicere Pinellus cum Veterib. ubi proximè num. 19. Ant. Fab. in Epistolic. ad Valentiam Epist. 4. Resp. 4. num. 7. docentes adiectionem modi esse causam finalem contrahendi, quā totaliter in actum influit, à quibus nisi in modo dicendi non dissidentur. Eod. modo exponi posunt, ne immoremur text. in l. si donatione 3. C. de contrah. empt. & in l. condicōnem 14. C. de rescind. vend.

21 Opponitur etiam textus in cap. verum 4. de condit. apposit. qui extat integror in 1. collectione substit. de Consuet. cap. 2. in cuius notis Antonius Aug. in indicat cetera fragmenta per ius Canonicum sparsa, quā ex eadem integra desumuntur. Species est, fundus, vel

quā,

quælibet alia res donata fuit Ecclesiæ, sub aliqua conditio-
nē. Decidit Pontifex, non posse reuocari prædictam
donationem, quanvis illi conditioni Ecclesia non ob-
temperet; nisi expreſſe pactum adiectum sit, vt reuoc-
ari posset. Verbum *conditio* in hoc textu significat
modum, legem, vel pactum aliquod de faciendo, aut
præſtando adiectum donationi, vt in d. l. ea conditione
14. C. de rescin. vend. l. primo gradu 23. quæ in fraudem cre-
ditor. l. Meūia 44. de manum. testam. Notant glosa, &
Barbola ad eundem text. num. 6. Petr. Fab. in l. Actus 77.
de Reg. iur. Valentia lib. 3. illust. tract. 2. de adq. her. num.
57. Tunc sic, ecce non posse reuocari donationem ob
non implementum modi, nisi expreſſe de reuocatione
conuentum sit. Ergo fallum est dicere rescindit reuoca-
tionem ob non implementum modi. Hunc textum
irrident, vel cauillantur contra eius decisionem dif-
putantes ex fermento hæreticorum duo auctores Hu-
bertus Giphan. in l. 1. C. de Donat. quæ ſub modo, & Theo-
dorus Rehlin Kig K de Regim. Ecclef. & ſecular. lib. 1 Clasi
2. cap. 8. Verum miferi, & malè Iuris prudentes ſubti-
liſſimam decisionem, quam non capiunt, carpunt.
Quam ut explicemus obſeruandum eſt, modum dona-
tioni adiectum aliquando continere cauſam finalem;
non nunquam vero cauſam tantum impulſiuam.
Quando continet cauſam finalem, rescinditur dona-
tio cauſa non ſequuta; quando vero continet tantum
cauſam impulſiuam, licet cauſa ſequuta non sit, ſive
licet modus non impleatur, ſabſinetur donatio; quia
habuit pro finali cauſa liberalitatem ipſam: & abique
eo quod rescindatur, agitur ad implementum modi,
vt in d. l. Meūia 44. Cum vero hæc coniecturalia ſint,
ideo Consulti in l. 2. §. vlt. cum ſeq. hoc tit. de donat. dixe-
runt quæſitionem eſſe voluntatis, pertinere que ad ſub-
tilitatem ius dicentis inuestigare, quando ceneatur
cauſa impulſua, vel finalis adiectio modi. Ex quo iu-
ris principio Iuris Consultissimus Pontifex censuit
mo-

modum adiectum donationi factæ in favorem Ecclesiæ, non adjici ut causam finalem, sed ut causam impulsuam; & causam finalem donandi reputari exercitum liberalitatis ipsius. Præsumptionis ratio est, quia Ecclesia est mater pia fidelium, quæ illos in Christo regenerat, alit, & procreat gloriæ: versus quam grati, beneficii, & tanti beneficij remuneratores debent se exhibere. Ergo cum donant, quanvis modum adjicuant, non debent censeri donas finaliter propter implementum modi, sed propter exercendam libertatem, vel retributionem. Ergo modus non est causa finalis huius donationis, sed impulsuam; nisi contrarium expressum dictum sit in donatione: quia vnde veritate expresse constat, non est recurrentum ad conclusiones, sive præsumptiones, l. filium & debitis, qui sunt sui, vel alieni iur. l. Continuus 137. q. cum ita 2. de V.O. Ita concludunt Paulus Castrensis in l. 1. hoc tit. num. 5. Couar. lib. 1. var. cap. 14. n. 6. infine, ubi alias adducit Faria, & Barbosa in Collectan. ad hunc text. Diana 8. p. tract. 6. resol. 124. Ex quo eximius Doctor P. Franciscus Suarez lib. 4. aduersus Reg. Anglie cap. 30. num. 11. fundat, convincitque neque ex causa ingratitudinis reuocari posse donationem Ecclesiæ factam. Apud quem hæc pars legi debet, ut nos progrediamur notantes, supposita gratitudine, quæ Ecclesiæ debetur, quod nemo piènegare potest, sine una specialitate procedere Pontificiā decisionem.

22. Tandem de causa, quæ respicit in præteritum pro complemento nostri tractatus videntur est. Si dedi donaui, quia aliquid pro me fecisti, quia aliquid negotium meum procurasti; & causa apparuit falsa: aliquando nascitur repetitio, aliquando non nascitur. Nascitur repetitio, si causa ob quam dedi in meo conceptu erat necessaria, ideoque dedi, ut me liberarem ab obligatione, qua obstrictum me esse existimabam: quia in necessitatibus nemo liberalis

talis est, l. Rem legatam i 8. de Adim. legat. iuncta l. que liberti 8. hoc sit. Exempla sunt. Si existimans me debere ex causa transactionis pecuniam dedi, locus est repetitioni, quia dedi ob falsam causam, ex qua me obligatum esse putabam, vel si dedi ex falsa causa compromisi, l. eleganter 23. l. si non sortem 26. §. si quis 10. de conduct. indeb. Notant Cujacius ad Paulum lib. 1. sentent. tit. 1. §. vlt. & lib. 2. quæst eiusdem in l. Pomponius 36. Famil. exercis. Ceterum si dedi donum ex causa, quam in meo conceptu non reputabam necessariam, sed voluntarie dedi, ut satisfacerem obsequio alicui; quod dignum illa repensione, & recompensatione esse censebam: nō competit mihi repetitio; quia datio nullam causam habuit efficacem præter liberalitatē; & quia in compiendo causam diligentior debiti esse; nec cito proficere ad remunerationem faciendam, l. Damus 5 2. l. insumma 65. §. id quoque 2. de conduct. indeb. facit textus à contrario sensu in l. 1. §. vlt. de conduct. ob turpem causam. Docent Donell. & Osuald. lib. 14. cap. 10. Sed quanuis hæc ita sint, & ex iuris stricta ratione prouenientia; nihilominus authores nostri magno cum iudicio limitant hanc doctrinam, in casu, quo præterita causa non reputata necessaria, sed obsequij, aut officij, beneficij y è recompensatiūa fuit causa finalis dandi, idest in tantum ad egit, mouitque datorem; ut non aliter daret, quam si verè illa causa præcessisset. In hac specie censem, repetitioni locū esse, si causa, quæ presupponetbatur de præterito, falsa apparuit. Ratio est, quia dispositio, etiam liberalis, propter falsitatem causæ finalis corruit; cum voluntas feratur in causam finalēm, nec voluntas sit, illa causa deficiente, l. cum t. le 72. §. Falsam 6. de condit. & demonstr. §. longè 31. inst. de legatis. Docent cum multis antiquioribus Tiraquell. in tract. cessante causa finalitat. 1. Molina, & Addentes lib. 1. de primogenijs cap. 5. num. 15. Donell. & Osuald. lib. 8. cap. 14. Idem Osuald. d. cap. 10. litt.

B. & C. Couarrub. lib. 1. variar. cap. 20. num. 2. & ibi,
Faria in nouissimis additionib. num. 30. & in
casu proposito Bartol. & Cuman.
in d. l. Rem legatam 18.

CAPVT XV.

*De donationibus in diem, & usque
ad diem.*

DIIES quoque apponi potest donationi-
bus, tā ex quo, quā vīlq; adquē. Dies ex
quo dicitur, veluti ex die sancti Ioan-
nis, ex quo incipit venire dies dona-
tionis. Dies ad quem dicitur, veluti ex
nunc usque ad diem sancti Ioannis, vel vīque ad de-
cem annos, vel usque ad diem mortis: qui est dies re-
solutivus donationis, id est, in quo donatione resolu-
tur. Dies ex quo adiicitur donationibus, quæ inci-
piunt à promissione: dies vero usque ad quem veris
realibusque donationibus adiicitur, quibus dedit tra-
ditio initium. Quando dies ad quem adiicitur obli-
gationi, eo aduentiente non finitur obligatio ipso iure;
sed ope exceptionis ne petat stipulator contrā pla-
citum contraheatum: nec enim tempus est modus
tollendæ obligationis ipsiore, l. seruitutes 4. de seruitu-
rib. l. obligationū 44. in princip. versicul. placet, de obligat. &
actionib. l. eam quī 56. 9. qui ita de verbis obligat. Excep-
tā ususfructus promissione per certos annos, quæ exa-
cto tempore finitur ipso iure, l. 4. l. ambiguitatem 12. C.
de usufr. Rationem differentiæ præstigi in Academicō
tract. de stipular. in diem certū, nec repeto, quia ad hunc
tra-

tractatum non spectat.

2. Donatio verò facta usque ad certum diem; veluti ut post decem annos ad me reuertatur, vel post mortem tuam: vel, ut post illud tempus res donata ad Tertium transeat, valet; & mihi, vel Tertio illi post transactum tempus restituenda est; alioquin cogitur donatarius fidem seruare actionibus, & remedij, quæ exposui superiori cap. l. 2. l. quoties 3. C. de donat. que sub modo. In quo articulo non parum distat vera, & propria donatio à legato, quod dicitur donatio quædam, siue donationis species, princip. inst. de legat. Eccè enim legatum sic relinqui potest, ut post certum tempus rogetur legatarius per fideicommissum rem legatam restituere alij, l. filius fam. 114. §. apud Marcel- lum 3. cum seq. de legat. 1. cum alijs multis. Sed non potuit relinqui ad tempus: veluti usque ad tres annos, si sim- pleiter ita relinquebatur. Itaque donatio facta usque ad tres annos temporalis donatio erat, & finito tem- pore reuertebatur res addonatorem, vel eius heredes legata verò inutiliter relinquebantur usque ad tem- pus certum: hereditas data usque ad certum tempus, pura manet, vitio temporis sublato, l. hereditas 34. de hered. inst. §. heres purè 9. inst. eodem tit. quia maiorem æquitatem postulat hereditas, ut sublineatur; quam legatum: quia ab hereditate pendet causa totius te- stamenti, a legatis non pendet, l. quidam referunt. 14. de iure codicillor. §. aucte heredis inst. de legat. Quæ differentia indicatur in l. s. post. 5. §. 1. quando dies legati cedat, notant Cujac. lib. 3. c. fernar: cap. 34. noster Valentia lib. 3. illu- str. traet. 1. de acquiri heredit. cap. 1. num. 25. & 26. Hæc ita obseruabantur, donec Iustinianus in l. vlt. C. de le- gat. constituit, vt valerent legata usque ad certū tem- pus relictā, vt valebant donationes temporales: & tem- pore expleto reuertentur res legatae ad heredem, vt res donata regrediuntur ad donatorem. Comparatio, quam infecit Iustinianus, est noua: & ius quo de legatis

fan-

sancxit; sed non constituit nouitèr, vt donationes factæ usque ad certum tempus valerent; hoc quippe ius vetus eit, vigens tempore Diocletiani, & Maximiani, l. 2. C. de donationib. quæ sub modo, cuius etiam meminit Constantinus in l. donationis 25. C. hoc tit. dedonat, vt obseruat Cajacius lib. 20. obseruat. cap. 4. Vnde non placet Gifanius, qui in d. l. 2. putabat verba quadam adiecta esse à Tribonianorespiciente ad nouam Iustiniani cōstitutionem, vt donatio temporalis subsisteretur. Ratio differentiæ inter legata, & donationes in hac parte eit; quia legata attemperantur tanquam accessoria principali causæ testamenti, quæ est heredis institutio; hereditas neque ex die, neque ad diem dari non potuit: nec ab initio nec legata potuerunt relinquere ex die, neque ad diem. Postea benigna ratione placuit, vt ex die dari poscent, d. l. s. g. 1. Sed non fuit receptum, vt darentur usq; ad diem; donec Iustinianus aliter constituit. In donationibus vero nihil erat, quod prohiberet, ad tempus fieri, cum a se meti ipsiis pendeant, nec habeant aliud magis principale, cuius causiam sequantur, vel imitentur.

3. Opponamus huic parti argumentum, quod obiecimus superiori inspectioni. Donatio facta ad diem certum, vt regrediatur res donata iterum ad donatorem, vele ius heredes, non continet dationem perpetuam, absolutam, siue irredibilem. Ergo male definitur donatio per hæc verba, liberalis datio irredibilis. Respondeo dicendum; hanc donationem non esse totius rei absolute, siue dominij perfectæ, & perpetuæ adquirendi: sed esse limitatam ad emolumentum, & compendium mediæ temporis, iuxta diuersas formas donationum: quarè in illo compendio salutatur substantia donationis, & verificantur verba nostræ definitionis, vt pro explicatione text. in l. Aristotle 18. g. 1. hoc tit. dixi superiore cap. Nec amplius inculco.

4. Ex his cum cura exponendus est nobilis, & diffi-

difficilis Papiniani textus in l. Seia 42. de donat. causis mortis, qui magis peculiariter ad hanc questionem spectat, quam ad tractatum tituli, sub quo iacet. Note-
mus in primis formam donationis, quæ extat in prioribus verbis. Seia cessit bonis suis donationis causa. Tilio cognato: id est, transitulit bona sua per cessionem in Titium cognatum donationis causa; & vsumfructum bonorum sibi recepit, sibi retinuit: mansit in naturali possessione bonorum suorum, illà scilicet detentio-
ne, quam fructuarius habet, de qua in l. naturaliter 12. de adq. poss. Papinianus loquitur ex suppositione iuris, quod suo tempore vigebat. Tunc enim ex legis Cinciae cautione vel singulæ res tradendæ erant adhibita mancipatiōne sollemni; vel erant transferēdæ per in iure cessionem. Nec circa hoc caput differentia erat inter cognatos, ac extraneos: licet in capite de modo impo-
sito donationibus cognati ab extraneis differrent, ut dicam, annuente Deo, infra cap. 19. Ex saeculo vero Compositiorum illa circumstantia cessionis accipien-
da est, tanquam circumstantia, quæ de facto, & sinè ne-
cessitate præcessit: quia iure novo sola retentio visus-
fructus pro traditione deseruit, l. quisquis 28. C. hoc tit.
de donat. Ita potest substineri nota Accursi. & Bartoli, qui cautiones Legis Cinciae scire nō potuerunt; quid-
quid illam culpet Cujac. lib. 19. obseruat. cap. 18. Prædi-
cta tamēn donatio sub hoc pacto modi, & diei facta
fuit: Si Titius donatarius præmoreretur, ut proprietas ad ipsam reueteretur: quod si Seia decesserit superstitionibus liberis Titij, ad eos bona pertinerent. Duas partes continet pa-
tum; altera est in fauorem Seiæ donatricis: ut recu-
peraret bona quondam sua, si superiuueret Tilio, si Ti-
tius prædeceret; quæ est donatio causa mortis in vnu-
tantum casum concepta, videlicet præcocis mortis donatarij, ut in l. si alienam 13. §. 1. versic. Sed & sic de mor-
tis causa donationib. Itaque in hac specie donationis causa mortis non est locus pœnitentia. Pro qua parte

hic textus spectat ad suum titulum. Altera est in fauorem liberorum Titij, quibus consulere voluit Seia donatrix, si ipsa defuncta filij manerent superstites. Casus sic contigit: Titius donatarius decepit viuā donatrice: filios etiam reliquit Titius: quibus, & simūl donatrice, viuentibus, status rerum talis erat. Sela donatrix retinebat corporalitē res, quarum sibi referuaerat vsumfructum. Dominium, quod per cessionem singularum rerum translatum erat in Titium donatariū, l. 1. C. Hermogeniano de donat. l. 2. versic. aliam de morte causationib. descendit ipso iure, & legis potestate ad heredes Titij, l. cū heredes 23. de adquir. p. f. Cuīs dominij civilis virtute filij heredes Titij vindicabant res singulas patrī suo donatas, l. in rem actio 23. de rei vindicat. ibi, vel iure Ciuli, à Seia fructuaria, l. officium 9. de rei vindicat. vt posuit quæstionem, exposuitque Cujacius meliūs, quam cæteri. Consultus tamēn resoluit, repellendos esse per exceptionem doli mali. Præbet rationem. Qui à eueniēte conditione, quā donatrix super-vixit, resoluta fuit donatio, vt dicam seq. cap. Titulus, & causa donationis in patrem collatæ ad non causant fuit reducta. In tantum, vt donatrix posset res donatas condicere, dominiumque earum auocare à filijs heredibus patris donatarij, vt dixi cap. super. Sed cui damus actionem, multo magis exceptio, & retentio competit, l. nec non 28. §. exemplo 5. ex quibus causis maior, & est iuris antiqui regula notissima, quam cum multis argumentis de minori ad maius, desumptis plerumque ex nostro tractatu de donationibus, illustrat Studiosus olim noster, & semper affectu nobis magni faciendus, meritisque commendandus ab inge-nio, assiduitate in percoledis iuris studijs, & reuabili profectu. Doct. D. Ferdinandus de Pedroso & Meneses, in perspicua breui, & utili enarratione ad tit. de regul. iuris in l. non debet 21. maximē num. 7. Notemus, exceptio-nem esse doli mali: quia vt est alia iuris regula, dolo-fa-

facit, qui petit, quod est restituturus. Si heredes de facto retinerent possessionem rerum patri ipsorum donatarum, cogerentur per condictionem eas donatrici restituere. Igitur si illas vindicent à donatrice, quæ illa sretinent, dolo faciunt.

John 5 secundus Notemus etiam, intentasse filios eosdem que heredes iudicium vindicationis. Vindicatio est actio arbitraria, l. qui restituere. 6 8. de rei vindicat. §. p̄terea 30. inst. de actionib. Actiones arbitrariæ sunt stricti juris, cum qualitate arbitrij, ut in d. §. 30. notatur. Et dixi in Academicis de stipulat. cum adiectione loci. Opposuit Seia exceptionem dolii; quarè iudex datus cœpit ex formula cognoscere de dolo potentis, & per contrarium, aut per consequens, de bona fide, quæ contraria est dolo, totius iudicij, totius petitionis: quia exceptione dolii per hæc verba concipiebatur, ni in eare dolo malo fictum sit. Igitur oppositâ dolii exceptione, & cognoscente iudice de bona fide, totum iudicium bonæ fidei constituitur. Non quidem quoad viaturas, & alias accessiones, præstationesque, quæ proueniunt ex primæua, & primordiali natura contractus; sed quod ad formam cognoscendi, & procedendi modum. Quod sensit disertè Papinianus ibi: *Bonæ fidei autem iudicio constituto, vt exposuit Dorothæus, cuius expositionem sequuti fuerunt Cujac. & Gifanius, & Nōs sequimur, licet contradicant non distinguentes formam procedendi, à natura primordiali iudicij vterque Antonius Faber lib. 14. coniect. cap. 19. & seq. & decad. 45. err. 10. Pichard princip. inst. de except. ex num. 14.*

6 Supposuit itaque Papinianus per disceptationem de dolo constitutum fuisse iudicium bonæ fidei, quoad formam procedendi; & hæc suppositione facta, iterum querit; an filij heredes donatarij ex vi secundæ partis conuentionis, possint exigere à Seia donatrice cautionem, se illis restituturam bona, si prædecedat? Si enim ius ad prædicta bona habent sub

conditione, si supereruiant donatrici, poterunt exigere cautionem: quia in iudiciis bona fidei postulatur cautio de restituendo pendente conditione, l. in omnibus 41. de iudiciis. Eccè rationem propter quam Papinianus prædocuit, propter exceptionis doli oppositionem constitutum fuisse hoc iudicium bona fidei, ut locum saceret quæstiōni de exactione cautionis. Verba, quibus Papinianus quæstiōnem proponit, sunt: *Bonæ fidei autem iudicio constituto, quærebatur, an mulier promittere debeat, se bona, cum moreretur, filij Titij restitutarum?* Idem est quærere, an mulier cauere debeat; ac quærcere, vtrum heredes filij Titij ab ea possint exigere cautionem propter ius conditionale, quod prætendunt bona fidei iudicio constituto; propter secundam clausulam pacti. Videamus nunc, quid decidat, & quibus verbis, Consultus. Primo equidem in re valde difficulti, & deliberativa, incipit pro vtraque parte arguere, & dubitare: *Incurrebat, inquit, hesitatio non extorquendæ cautionis, que nondum in personam filiorum in initium acceptarat.* Extorquere cautionem, est contraria ius flagitare cautionem: hæc est proprietas verbi extorquere, l. 3. C. vestigia noua institui non posse, l. ult. C. de his quæ vi, & in alijs, qua sine ullo labore à Lexicographis desumi possunt. Itaq; sensu Papiniani est, si secunda donatio nondum incepit valere in personis filiorum; & ipsi pertinent cautionem, videri male petere, iniuste cautionem postulare. Sic arguit contraria cautionem. Sed pro exigenda cautione iterum sic arguit: sed nunquid interposita cautione à Seia donatrice prior donatio, que dominio translato pridem perfecta est, proprie legem in exordio datam retinetur, nō secunda promittitur? Sensus est, potest tentari filios, heredes Titij habere ius adquisitum sub conditione ad bona comprehensa in prima donatione. Quia lex, pactum, modus adiectus in exordio donationis principalis omnes partes complexus fuit: ex lege di-
statim quoad patrem, & quoad filios formatus fuit totus

totus actus: pater adquisiuit dominium, sed resoluendū, si prædecederet ipse, & super viueret donatrix: filij adquisierunt ius ad rem conditionale, si ipsi superiuuerent donatrici; quæ iura ex eodem pacto dicto in exordio donationis procedere videntur: quia pacta dicta in exordio contractus totum contractum informant, de quo dixi lib. 2. Opusculor. sect. 4. cap. 1. Q. 2: Concedit tamè Papinianus, ita philosophari posse, si prima donatio fuisse, donatio ob causam intèr viuos; cæterum si prima donatio fuit causa mortis, que resoluta fuit præcoce donatarij morte: docet consequens esse, ut resoluta prima donatione, à qua secunda pars conuentionis pendebat, etiam resolutam fuisse secundam partem, que fauorem liberorum recipiebat. Hoc significant illa verba: *Vtrum ergo certe conditionis donatio fuit, an que mortis confilium, ac titulum habebet?* Si fuit donatio inter viuos sub lege, modo, aut conditione facta, posset dici ex prima robur accipere secundam; si fuit causa mortis, & ex postfacto evanuit, resoluta primo actu, non potuit secundus ab eo dependens subsistere. l. 2. C. de rescind. vendit. l. lex vecligali 31. de pignorib. vbi notatur, Gomez. 2. tom. variar. cap. 3. num. 8. in fine, Molina lib. 1. de primogen. cap. 19. num. 20. Gaspar Rodriguez lib. 1. de annuis redditib. q. 3. Noguerol allegat. 29. ex num. 245. Sensit proculdubio Papinianus, fuisse donationem causa mortis: quia in re dubia talis censetur donatio, in cuius instrumento mentione mortis facta fuit, l. 8 eia 11. de dote prelegata. De quo dicam infra cap. 17. Cum ergo conuentum fuisse, ut regredierentur bona ad Sciam, si Titius prædecederet, consequens est, ut intelligatur donatio causa mortis.

7 Ex his ita concludit: *Sed negari non possit, mortis causam factam videri.* Eccè ubi pro constanti, & innegabili supponit, quod nupèr dicebamus. Igiter non est, quod quare possit de secunde parte pacti, que libe-

liberos Titij respiciebat : cùm resoluta sit prima, & principalis donatio, à qua pendebat secunda. Vnde planissimè hanc consequentiam deducit: sequitur, ut solutà priore donatione, quoniam Seia donatrix Titio donatio superstes fuit; sequens donatio liberorum extorqueri, maleque & contrà ius exigī, & postulari videatur. En iterum recolit, & recoquit idem extorquendi verbū, quo usus fuit, in propositione quæstionis. Ex qua doctrina duo deducit; primum est, ab invita Seia non posse exigi cautionem de restituendis bonis, quo casu superviviant liberi Titij; & tantum posse illam consequi, si volens caueat, iterumque pactum reficiat de nuo factis cessionibus, vel interposita stipulatione. Secundum est, hanc in eo casu fore donationem causa mortis, de qua heres poterit detrahere Falcidiam, vt de ceteris, l. 2. C. de mortis causa donationib. Fit enim in pacto mentio mortis, & confertur donationis valor in mortis euentum, quod constituit talem donationem, vt proximè dicebam. Exposui legem difficultiam, sine præiudicio aliter explicantium; quibus cum digladiari, nec mei moris est, nec refert Legitoris.

Sed ultra difficultates, quas Papinianus excogitauit, posset alia oboriri, & quidem non minima, ex ratione adquisitionis paternæ. Pater enim patet fuit pro se, & pro filijs. Sed filijs heredibus conilere patris licet; & pactum auctoris heredibus proficit, l. pactum 9. insine de probat. Ergo secunda pars conventionis paternæ liberis debuit prodesse. Si vero profuit liberis in vim pacti in traditione rei adiecti, statim liberis adquisita fuit actio independenter à prima donatione in patrem collata. Cui difficultati ut satisficiantur, obseruadā est nobilis differentia; quæ hac in reversatur inter pactum, per quod pater consulit liberis, vt liberis tantum; vel liberis, vt simul heredibus. Pactum enim à patre conuentum in fauorem

liberorum ut heredum, illis proficit, qua sunt heredes
d.l. partum 9. Conuentio vero à patre facta in fauorem
liberorum, non ut heredum, non prodest liberis, licet
ex post facto heredes existant, quia non licet patri li-
beris suis pacisci, vel stipulari, excepta causa dotis,
in qua benigna ratione procedit acquisitio, l. si tibi 17.
§. si pactus 4. l. & heredi 21. §. nos autem 2. de pact. Notant
Petr. Faber in l. quo tutela 73. §. vlt. de reg. iur. Donell.
in l. stipulatio ista 38. §. alterium. 5. & 7. de V.O. dixi in
Academ. tract. de stipulat. alteri facta num. 36. & duob. seqq.
Id circa ergò Papinianus supposuit secundam partem
conuentioneeris adiectam fuisse in fauorem libero-
rum, non verò heredum. Quam diffi-
cultatem vidit Castrensis, sed
differentiam non ob-
seruauit.

CAPVT XVI.

De Donat. Conditionali.

IN tractatu Academico de stipulatione condi-
tionali, diffiniui conditionem cum nostro
Basilio lib. 3. de matrimonio cap. 1. his verbis:
conditio est oratio, qua omne, quod agi-
tur, in futurum euentum suspenditur. Nunc ta-
mèn cum Bartolo in l. 1. de condit. & demonstrat. addo il-
lud verbum: vel resolutiur. Duplex enim conditio est,
initiativa, & resolutiva. Illa suà existentiâ dat princi-
pium actu l. conditio 100. de verb. obligat. §. omnis inst.
eod. tit. hæc resoluti actum, & causam præcedentem
reducit ad non causam. Exempla resolutiæ condi-
tio-

tionis extant in l. si res 3. de contrah. empt. l. 2. cum seqq. de in diem addict. l. 1. & seqq. de lege commissor. l. 3. C. de pactis inter emptor. & venditor. compositis. De quibus egi in tractato de fructib. ex num. 61. Quæ ad præsens supponere satis sit.

2. Supponendum etiam est, quod magis ex professo dixi in eod. tract. de stipulat. condit. actum effectivum non posse recipere conditionem initiatuam. Quia tradere statim, & traditionem suspendere in euentum conditionis, sunt contraria: contraria autem inter se non cōcēunt, ut elegantè inquit Seneca de constantia cap. 8. Id circò traditio, solutio, aditio hereditatis, emancipatio, & similes actus non admittunt conditionem initiatuam, siue quæ suspendat initium, l. actus 77. de regul. iuris, vbi Petrus Faber, & lib. 2. semestr. cap. 22. & seqq. Sed quanuis hi actus non recipient prædictam conditionem, recipient tamèn conditionem resolutuam. Exempla sunt, si trado ex caussa dotis, dissoluto posteà matrimonio, vel non sequuto, resolutur traditio, l. qui se debet 7. §. vlt. de condit. caussa data, caussa non seq. l. videamus 38. §. 1. de vsuris, l. 3. l. stipulationem 21. de iure dor. Hec est conditio resolutua tacita: ut quod soluitur ab eo, qui obligatione conditionali tenetur, l. sub conditione 16. de solut. Potest etiam expreſſe adiici in traditione rei, vt sub aliquo euentu resoluatur, l. qui absenti 38. §. 1. de adquir. possess. quæ est expreſſa conditio resolutua.

3. His positis dicendum est, donationem, quæ incipit à promissione, posse recipere conditionem initiatuam, & resolutuam; vt recipiunt ceteri actus, tractatus, conuentiones, contractus; qui ad promissionem tendunt, nec statim effectui sunt, aut translatiui. De quibus promissionibus nihil est, quod specialiter note mus circa factas ex caussa liberalitatis. Donatione vero quæ incipit à traditione, quæ est vera, & propria donatio, non recipit conditionem, quæ suffi-

pendat traditionem ipsam: quod esset absurdum dicere. Et nihilominus recipit conditionem resoluti- uam, textus sunt disserti in l. non omnis 1. 9. de rebus cre- dit. l. 2. vers. aliam, de mort. caussa donat. Et quod magis est, recipit conditionē, quæ adhæreat effectui, quan- uis non ipsi traditioni. Veluti dono, & statim trado tibi rem, sed sub ea conditione, ut tua esse incipiat, si nauis ex Asia venerit; si non venerit, ut tua non effa- ciatur. Quo in casu non prius res incipit esse tua, quā conditio impleta sit, l. 2. §. si pecuniam §. hoc tit. dedo- nat. Itaque in hoc casu præscindimus traditionem à causâ tradendi, quæ est liberalitas: traditio non suspenditur; quia nec suspensionem recipit: caussa verò suspenditur. Idcirco adueniente conditione est, & incipit valere donatio; si deficit conditio, nun- quam donatio fuit; dum pendet conditio, traditio est nuda, cum eius caussa sit in suspenso. Ut melius cæteris, quos viderim, prænotauit, quamvis non ita expreſſe, noster Amaya lib. 2. obſeruat. cap. 4. ex num.

44.

4 Ex qua inuestigatione duplex quæſtio est decidenda. Prima est, si resoluatur donatio, quibus actionibus donator in donatarium experiri posſit, ad suam rem recuperandam? Quam versaui lib. 2. Opus- cular. ſect. 2. cap. 5. nec habeo quid amplius adijciam. Secunda est de fructibus. Vtrum omnes fructus, tam perceptos durante tempore conditionis, quam per- cipiendos post eius defectum; tam extantes, quam consumptos, ſiuè utiliter, ſiuè inutiliter, restituere donatarius teneatur? In qua quæſtione indiſtincte reſ pondendum est, omnes fructus tenere restituere, l. cum quis 1. 2. de conditione cauſa data, l. videamus 3. 8. §. idemque 3. de uſuris. Ratio est, quia ſi conditio appo- ſita fuit resolutioni donationis; ea natura est talis conditionis, ut ſi cauſa venerit, cauſa, quæ preceſſit, reducatur ad non cauſam: perinde ac ſi nulla inter-

uenisset ab initio. Si verò apposita fuit causæ ipsi, deficiens conditio impediuit dominij translationē, impediuit liberalitatem, & donationem ipsam; effectusque, ut traditio ipsa nuda remaneret. Quapropter donatarius nunquam habuit causam lucrificiendi sibi fructus. Docent prædictam conclusionem Castrensis, & Gifan, in l. qui mortis 29. de morte. causa donat. Cujac. tract. 2. ad African. in l. si filio 23. eod. tit. Duarenus in paraphrasi ad tit. de condit. sine causa cap. vlt. Donell. & Osuald. lib. 14. cap. 33. Faber decad. 44. error. 10. Arias Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part. cap. 4. num. 63. D. Larrea decis. Granat. 76. num. 34. & seq. Noguerol, allegat. 29. ex num. 225. De quo dixi in pred. Academic tract. de fructib. num. 66.

5 Posset argui ex suprà expositis principijs contrà nostram diffinitionem sic: Quomodo cumquè opponatur conditio, siue adhæreat titulo, & causæ ipsi; siue resolutua sit, res donata reuertitur ad postulatam donatoris. Igitur donatio non est datio irre dibilis. Sed respondeo, conditionem suspendere, vel resoluere actum in euentum contrarium; idcirco, actum, qui sub conditione pendet, non esse talem actum, quandiu pendet conditio. Philosophi sic dicunt; cōditionalia nihil ponunt in esse. Nos sic efferimus: quod pendet, non est pro eo, quasi sit, ut habetur in l. is damnatur. 169. §. quod pendet 1. de regul. iuris. Quapropter cum diffinimus donationem, non diffinimus donationem, quæ à conditione pendet, & quandiu pendet; quia à interim non subsistit donatio; deficit interim suppositum donationis. Tunc ergò diffinienda est, & à nobis diffinitur, quando existit conditio, quando impletur; nec amplius eius defectus metuī potest. Sic legatum diffinitur, donatio quædam à defuncto relicta ab herede præstanda princip. inst. de legat. Obligatio diffinitur, iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei præstande, princ. inst. de

de obligat. Acceptilatio, quæ etiam tacitam conditionem admittit, l. actus 77. de reg. iur. diffinitur, liberatio per mutuam interrogationē, qua utriusque contingit ab eodem nexo solutio, l. 1. de acceptilat. Quæ omnes diffinitiones, & multæ aliae, quæ in libris iuris inueniuntur, exprimunt statim perfectionem actuum, quibz adaptantur; licet possint fieri, & multoties fiant sub conditione; quia respiciunt illos iam perfectos; & non pendentes ab evenitu conditionis, sub quo statu verificari actualiter non potest diffinitio. Quibus exemplis defendi debet nostra diffinitio. Posset etiam opponi idem argumentum contrà donationes causa mortis, quibus eadem ratione non videtur congruere nostra diffinitio. Sed eadem etiam solutione illi sit satis: quia, si venit casus reuocationis, vel quandiu potest evenire, non est donatio: cum pendeat à futuro evenitu; tantum est spes donationis. Ergo in illo statu illi debet aptari diffinitio, in quo perfecta sit, & irreuocabilis. Vnde apparet diffinitionem nostram, vel potius Philosophi, & Angelici Magistri conuerti perpetuò cum suo difinito secundum regulas Iuris-prudentum, & Dialecticorum.

6 Antequam ad tractatum de donatione, causa morte, perueniamus, notandum est pro explicatione huius, & præcedentium cap. principiū, quod extat in l. perfecta 4. C. dedonat. quæ sub modo cui similis est textus in l. Lucius 40. desideicom. libert. Nempe perfectam iam donationem, neque conditionem, neque modum, dilationem, aut grauamen ex post facto recipere: debet enim haec omnia apponi in exordio, siue in continenti, antequam ad alia digressi sint donatarius donatorque, Couarrub. lib. 1. variar. cap. 14. num. 1. Imperfecta vero donatio, quæ pendet in elle, & conseruari à voluntate donatoris, ut potest in totum reuocari, sic potest modificari. Molina tract. 2 de iust. & iure disput. 26. à principio. Quod etiam militat

litas in ceteris actibus perfectis, veluti in divisione
hereditatis, l. item Labeo 22. §. sed etiam versic. sed si pure
familie erescundae. Emptione, & venditione, l. tempore
2. C. de pactis interempt. & venditor. Dotis datione, l.
post nuptias 28. de iure dot. l. cum dot. 7. de pactis dotalib.
Quæstionem ius perfectè donatario, vel contra-
henti non potest auferri citræ eius consensum, l. vlt.
de pactis. Notant Couarrub. d. cap. 14. num. 8. versic. 4.
Antonius Heringius latè de prædicto axiomate de fi-
dei successoribus cap. 27. §. 4. num. 18. & 32. Dixi citræ con-
sensum donatarij, quia si grauameni modo, aut con-
ditioni ex post facto adiectis consentiat donatarius,
nihil est, quod prohibeat, ut modifetur donatio; si
talis sit, qui ex post facto possit consentire argum. ex
l. 1. §. vlt. cum l. seq. dreb. eor. Docent sic accipiendi
cum multis, quos referunt Couarrub. in cap. Raynal-
dus de testament. §. 2. num. 3. cum seq. Peregrinus de fidei-
commis. art. 6. num. 47. Hinc facile exponitur Papinianus
textus, qui ad hanc partem spectat, in l. sequens
68. de legat. 2. In quo deciditur quæstio facultatis, &
voluntatis. Maritus constante matrimonio donavit
rem uxori suæ: hæc donatio morte confirmatur, si
perseverauit donator in eadem voluntate; si illam
mutauerit, reuocatur, id est ab initio non valuit, l. cum
hic statutus 32. de donat. inter. Igitur maritus, qui potest
reubicare donationem, poterit grauamen imponere,
per fidic commissumque rogare donatariam, ut rem
vel partem eius alij restituat. De qua facultate non
dubitauit Papinianus. Quærit vero de voluntate, an
si uxor eademque rei donataria inter viuos, heres in-
stituta sit, & rogata hereditatem restituere, vel quid-
quid ex suis bonis percepisset; veniat in restitutione
res accepta ex causa donationis? Hoc negauit Papini-
anus indubio: nisi nominatim de re restituenda
præceperit testator. Restringit enim meritò genera-
lem voluntatem ad ea, quæ in testamento data sue-
runt;

runt; non ad rem inter viuos donatam, quæ titulo
valde diuerso capitur, & ex donatione precedenti si-
lentio donatoris confirmatur. Videlicet est Cuiac.
Sed ponamus, donationem fuisse perfectam, & ab ini-
tio irreuocabiliter valuisse: testatoremque heredem
instituissè donatarium, & rogasse ut retentà quartâ
Falcidiâ hereditatem, remque donatarii restitueret:
nunquid poterit? Respondendum est, posse. Quia
adeundo hereditatem facit, & sufficienter consen-
tit impositioni grauaminiis arg. ex l. absentis s. g. i.
de obligat. & act. l. ex qua persona quis lucrum capir. de reg-
iuris, ut notat Peregrinus d. art. 6. num. 1. Ex qua do-
ctrina multæ consequentiae deduci possunt, quas po-
nunt, exponuntque idem Peregrinus d. art. 6. per totum
Cart. 44. ex num. 32. Petrus Sardus, & Hodierna de-
cif. 93. per totam. Fontanella de factis nuptial. clausula 4:

glossa 5. ex num. 28. D. Ioannes de el Castillo

lib. 3. controuersi. cap. 10. per rotam. Her-

mosilla alijs relatis in l. 8. tit. 4.

Part. 5. glossa 1.

num. 1.

CAPVT XVII.

De donationibus causa mortis.

IMORTIS causa donatio, eiusque es-
tentia per effectum explicatur, in l.
4. sententia 25. g. 1. de mort. causa do-
nationis. 12. l. C. cod. tit. g. 1. inst. de do-
nat. hoc nostro titulo. Videlicet, quia in ea donator
magis vultibi haberetrem, quam donatarius: magis

vult, ut donatarius habeat, quam eius heredes. Fit enim, ut si donatarius premoriatur, regrediatur res ad donatorem: si donator non supervivat, maneat perpetuo, irreuocabilitate, vel cum aliquo modo, aut grauamine penes donatarium: ex quo tempore in hac specie donationum incipit liberalitas, ut dixi superiori cap. num. 5. Quod ius ad nostrum traductum fuit a multis saeculis, l. 10. tit. 5. lib. 2. Fori iudicium, siue, ut dicimus, de el fredo juzgo, ubi Alfonius de Villadiego, l. 11. tit. 14. Part. 5. l. 7. tit. 10. lib. 5. Compilat. ubi Matienzus glossa 1. & Aceued. De qua donatione agunt post Clasicos, & Veteres Interpretates, quos referunt, Antonius Gomez 2. tomo variar. cap. 4. & num. 15. & ibi Laynez usque ad num. 23. Couarrub. 3. part. rub. de testamentis, Julius Clar. lib. 4. sent. §. donatio, quest. 4. & seqq. Molina de iustit. & iure disput. 287. & seqq. alter Molina de primog. lib. 1. cap. 12. a num. 8. & ibi Addentes, Menochius de presumption. lib. 3. presumpt. 35. & seq. Fachinæus lib. 5. controvers. cap. 22. Gutierrez de iuram. confirm. 1. parte cap. 11. Gratianus discept. forensi 6. 57. Henricus Bozerus de donat. cap. 5. Petrus Barbosa in l. que dotis 34. solut. matrim. & cum Moralistis Diana 8. part. tract. 6. resolut. 67. & seqq. nouissimè R. P. Martinez de Prado 2. tomo operis moralis, cap. 29. quest. 4. §. 5. Nosque ex hac cartha multa transtulimus, cu non cogitaremus publicare vniuersam tractationem, ad lib. singul. de donat. inter. cap. 8. ex num. 5. cap. 9. & 10. Que hic non licet repetere.

² Quare ut hic non repetamus, quæ alibi dicta sunt, breviter noto, donationem causia mortis speciem negotij continere; cum in ea tractetur de clargienda, & repetenda re in suis casibus, l. non omnis 19. de reb. credit. l. Senatus 35. §. ergo 3. de mortis causa donet. Siebat vero per traditionem, duplaci modo; pri. no. adiecta condicione causia, aut liberalitati ipsi, ut tunc fieret accipientis, cum euentus mor-
ta.

talitatis sequutus fuisset, ut dixi superiori cap. secundo, statim translato dominio, sed sub conditione resolutiva; ut regredetur dominium ad potestatem donatoris, si euentus deficeret, l. 2. de mortis caussa donat. Dixi quoad effectum, & differentiam actionarum, lib. 2. Opusculor. sect. 2. cap. 5. vbi nonnulla etiam principia huius materiae libauit. Potest etiam fieri mortis caussa donatio in triplicem exentum. Primo, & frequentius in casum præsocis mortis donatarij; & poenitentiae usque ad mortem. Id est, ut viribus destituatur, si donatarius præmoriatur; vel si donatorem pœnitentiat quandocumque. Quæ est vulgaris mortis caussa donatio, & de qua plerumque agunt tam Harris. Consulti, quam Interpretes, cū docent, locum esse reuocationi in huiusmodi donatione, l. 1. l. donatio 3. C. de donat. intèr, l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. eod. tit. l. mortis 18. l. qui mortis 30. de mort. caussa donat. l. 6. & ibi Montalyus verbo dar à otro, tit. 12. de las donaciones lib. 3. fori legum, quæ hodiè extat in l. 7. tit. 10. lib. 5. Compilat. l. vlt. tit. 4. Part. 5. Secundo potest fieri in euentum solius mortalitatis absque eo, quod locus pœnitentiae relinquatur, l. si alienam 13. §. 1. l. Señatus 35. §. mortis 4. de mort. causa donation. Ad quam speciem donationis respexit Papinianus in l. Señata 42. eod. tit. quam expostai supra cap. 15. Hanc esse mortis caussa donationem testatur expresse Iustinianus in nouella 87. de mortis caussa donatione Curialium, docent. que sic predicta testimonia accipientes rectissime Cujac. in predicta nouella, & lib. 17. Digestor. Iuliani in d. l. 13. vbi Gisau. num. 8. agnoscantque eamdem doctrinam Couarrub. in rub. de testament. 2. part. num. 11. & duob. seqq. & 3. part. num. 23. insine, in nouioribus editionibus, Molina d. disputat. 287. versic. quando quis ita Donell. & Osuald. lib. 14. cap. 33. tit. L. x. Petrus Barabosa in d. l. que dotis num. 119. Vnde non placet doctrina Gomezij d. cap. 4. num. 22. à quan non videtur longè

recedere Cujac. in alia relectione ad d. l. 13. qui hanc secundam speciem magis pertinere ad donationem inter viuos existimat. Verius enim est saluari substantiam donationis causam mortis, in hoc tantum, ut valeat in casum mortis, quauis interim non possit reuocari, l. non videtur 32. de mort. causa donation.

3 Tertio fieri potest in certum, determinatumque casum periculi. Veluti praeterea imminentis, itineris aut longæ nauigationis, periculose ægritudinis, l. 3. cum quatuor seqq. l. mortis 31. §. sine donatione in fine de mort. causa donationib. Quæ regulariter instantे etiam periculo per poenitentiam reuocari potest, l. mortis 16. eod. tit. Potest verò sic quoque celebrari, ut præcedens, ut instantē periculo reuocationi locus non sit, l. qui precio 8. §. vlt. eod. tit. In eo vero à præcedenti distinguitur, quod cessante periculo illo præsenti, ipso iure irritatur donatio hæc, rescinditur, incipit non valere, l. mortis 29. l. Senatus 35. §. Ergo eod. tit. l. non omnis 19. de reb. credit. l. cum quis 12. de condit. causa data causa non seq. Docent post multos Clas- sicos Couarrub. d. 3. part. rnb. de testam. num. 34. versic. secundo Molina d. disp. 287. versic. obserua deinde Anton. Gomez d. 2. tomo cap. 4. num. 19. versic. tertio. Petrus Barbosa in d. l. que dotis num. 87. & seq. Gifan. in d. l. 2. ex num. 10. Cuius doctrina nonnullas præstant limitationes Gomez ubi proxime, & alijs apud Hermosillā in d. l. vlt. glossa 4. num. 4. Quas non refero, quia tex- tuum auctoritate destitui cerno; & alioquin cerebris Veterum aequitatis non multum defero, aut confido. Noto tamen ad hanc donationis speciem referendam esse Homeri tellintodium ex Odisea 17. quod refert Iustinianus in §. 1. vñst hoc est. In quo The- lemachus donati Pirwo dona Menelai, in casum, quo proci Penelopes illunt interessantur: ut sibi reddat, restituat, si ex illo prælio vicit euaserit. Cui dona- tionis limitis estatim apud Euripidem in Alcestide, vbi

Hercules ancillam donat, si occumbat in prælio, quod inituras erat cum Rege Bistonum; ut liberò, & incolumi inde euadenti sibi restituatur. Vtrumque locum compafauit Hugo Grotius in sparsione florum ad d. tit.

4 illa vero donatio inter viros est, non causa mortis; quæ sic celebratur, ut valeat post mortem donatoris, licet prædecedat donataria; neclieat amplius donatori illam relocare, l. vbi ita donatur 27. de mort. causa donat. De quo articulo ex professo dixi, d. lib. singul. c. i. p. 8. vbi cap. 10. ad finem, tractavi, in quo donatio hæc in testamento facta distaret a legatis, & fideicommissis, quare hic non repeto. Illud tamen in præsenti noto, in re dubia, & quoties non constat de speciali quadam forma donationis, censendum esse celebratam fauile communem, & regularem; in qua usque ad tempus mortis donatoris, licet mutare voluntatem: quia hæc magis assidua, & de eo semper cogitatum censetur, quod assiduum est in actibus, qui geruntur, l. quod si nolit. 31. §. quia assidua de edilit. edicto, l. si servus 61. §. locauit 8. defuritis. Nota etiam cum communiore Interpretum placito, quando in donatione sit mentio mortis donatoris, causa mortis interpretandam esse donationem, & quidem regularem. Quia in modum, siue donationis causam influit mortis mentio, & influit tamquam finis in totum actum. Quod pro explicatione, l. Seia 42. de mortis causa donat. notauit supra cap. 15. ex l. Seia 11. de dote prælegata, docentque Bartolus, Cumanus, & Clasci in d. l. 44. Gregor. in l. 3. tit. 11. Part. 4. & in l. 11. tit. 4. Part. 5. glossa 2. vbi Hermosilla. Molina, & Addentes lib. 2. cap. 10. ex num. 40. Caldas Pereira de extinctione emphytheufis cap. 19. num. 29. Petrus Barbosa in d. l. que dotti 34. ex num. 94. usque ad 112. Bozarus de donation. cap. 5. ex num. 12. usque ad 29. qui pro more Pragmaticorum, multas limitationes atte-

xunt, quæ ex régula, vt à nobis trádita est, non recte deduci videntur.

Sequitur de formâ veterâ, & nouâ huius donationis dilquirere. Fiebat olim per traditionem sollennem, cessionemve in iure: item per stipulatiōnem, quando a promissione incipiebat re non tradi-
ta, nec interueniente in iure cessione. Cessio in iu-
re peragebatur, quando is, qui rem non tradebat, vel
res tradi non poterat, quia incorporalis eit, coram
magistratu cedebat verbis sollennibus, & conceptis
omni iuri, quod in rehabebat ei, & in eum, in cuius
fauorem faciebat cessionem, vt ex M. Varrone, VI-
piano, & D. Lídoro Notauili lib. I. Opusculor. cap. 19.
num. 7. Sic ergo retentâ corporali possessione rei
potuit dominium eius per cessionem olim transfer-
ris, ut ex facto proponitur in d. l. Seia 42, de morti caussa
donat. Sollennis traditio peragebatur per mancipa-
tione, coram testib[us] antestatis, emptore, & libri
pende: ita vt si tradenda res esset ex causa donatio-
nis, donatarius illam emeret raudusc[u]lo, tunc fester-
tio, & sic ipsi traderetur, l. 4. C. Theod. hoc tit. Non
prosequor sollennitates, quia de illis affatim egit a.
lib. I. cap. 18. Si traditio cum mancipatiōne sollenni
peragebatur pure, & absolute, donatio erat pura, sim-
plexque & inter viuos. Si vero celebrabatur donatio
causa mortis, interponenda erat fiducia inter dona-
torem donatariumque sic: vti si superviuere dona-
tor, vel ipsu[m] p[ro]cen[ter]et, remanciparetur ipsi res a
donatario vel eius heredibus. Dixi cod. lib. I. cap. 21.
num 4. Quod si pacto tantum appolito, quod vulgare
era in donationibus causa mortis, haec donatio ce-
lebrabatur, non competebat donatori actio de fidu-
cia, sed condicō causa data causa non sequuta, l. 1.
quod s[ic] d. donatarier. dixi lib. 2. sect. 2. cap. 5. Notau-
eriamibi competere v[er]ilem vindicationem contra
donatarium, heredel[ys] eius, quantumuis dominium

translatum fuisset in ipsum, l. qui mortis 30. de mort. causa donat. Quod in hac donationis specie admissum diligenter video, non in alijs negotialibus; quarè suprà cap. 15. nolui extendere hanc utilem vindicationem ad donationē sub modo. *Quia quod non ratione, sed fauore receptum fait ad consequentias extendi non debet, l. quod verò 14. cum seq. de legib. Hanc utilem vindicationem contrà Tertium possessorum rei donat. & præbuerunt Bartolus, & alij veteres, quos laudat, & sequitur Gomez d. cap. 4. num. 20. Malè tamè & contrà textum in l. illud 37. §. vlt. de mort. causa donation. In quo reuocata donatione, si interim donatarius rem alienauit, actio donatori tribuitur contrà eum, vt rem redimat, recuperet restituatque donatori; quæ esent ambages, si utili vindicatione in Tertium donator posset experiri. Petrus Barbosa in rubri soluto matrim. 3. part. ex num. 85, vbi de hac questione latè agit; distinguit ex qua causa Tertius possideat docetque si possideat ex causa onerosa, non dari contrà eum utilem actionem: dari verò si possideat ex causa lucrativa. In qua doctrina potius iuris auctoritatem desidero, quam iudicium Auctoris.*

6 Videamus de donatione causa mortis, quæ à promissione incipit. In qua questione pro certo statuendum iudico ante Imper. Iustiniani constitutionem non potuisse fieri donationem siue simpli- cem, siue causia mortis, si à promissione inciperet, nisi per sollemnem stipulationem. Ratio est; quia illa tantum donatio causa mortis ex vi pacti obligabat, quæ traditione perficiebatur; quia pactum dictum in traditione rei propriæ efficax est propter fidem interpositam cum traditione rei, l. in traditionib. 48. de pact. Idcirco talis donatio negotialis dicitur in l. non omnis 19. de R. cred. Quando verò promissio nuda de donando tantum intercedit, & ex parte donatarij interuenit reciproca conuentio de re restituenda in

casu præcocis mortis donatarij; vel poenitentia do-
natoris; ex utraque parte nuda conuentio est, sine
causa, idest sine traditione, quæ efficiat Synnallag-
ma. Igitur non producit actionem; l. Iurisgentium 7.
§. 1. & §. 8. sed cum nuda de pacto. Nec obstant text. in l. 1.
§. vlt. de publicacion. & in l. 2. de mort. ea donat. In quibz
traditio opponitur donationi causa mortis, vt &
legato. Neque enim negamus tales donationes fieri
potuisse sine traditione: contendimus tamen, quan-
do à promissione incipiebant, per stipulationem ce-
lebrandas esse. In hoc ergo cum legatis conueniunt,
vt possint sine actuali traditione fieri; non tamen it
hoc quod nudo pacto possit celebrari causa mortis,
ex quo nulla ipsi conuenientia resultaret cuni lega-
tis. Post Iustiniani tamen constitutionem, quæ extat
in l. s. quis argentum 35. §. pen. C. hoc tit. per quam nu-
dam promissionem ex causa donationis factam ef-
ficacem esse sanciuit, non dubito quin etiam dona-
tio causa mortis ex nudo pacto efficaciter valeat:
quia conuenit in ratione generica, vt nos loquimur;
cum donatione: quam ex nudo pacto vniuersaliter
efficacem esse voluit Iustinianus. Ita defendeo senten-
tiā hanc, quæ fuit Michaelis Crassi lib. 1. sentent. §.
donatio causa mortis quæst. 8. à princ. aduersus Hypolitū
Riminaldum princ. inst. hoc tit. num. 152. & Bocerum
de Doctr. cap. 5. Quorum fundamentis in superioribz
satis factum manet.

7. De stipulatione vero facta ex causa huius
donationis elegans extat testimonium Antistij La-
beonis veteris iuris. Consulti, apud Festum Pompei-
um in Schedis Vrsini litt. M. Quod referam, quamuis
alijs hotum, notatumque sit; est quippe dignum, vt
in Pandectas referretur. Sic habet: Mortis causa stipu-
lationæ existimat fieri, ut ait Antistius Labeo, quæ ita fit, vt
mortuè promissoris CONFIRMET VR. Aut, ut quidam dixe-
runt, cuius stipulationis mors causa fuit. Notemus ambos

dicendi modos, qui in unum conspirant. Stipulatio
 causa mortis dum pendet euentus, est infirma; mor-
 te vero sequuta confirmatur. Alio etiam modo sic
 exponitur. Stipulatio causa mortis habet pro causa
 mortem donatoris, ante mortem donataris: quae si
 non eueniat, manet sine causa. Stipulationes vero si-
 ne causa inutiles sunt. Ex hac expositione deduca-
 mus duas consequentias. Prima sit, hanc donationem
 non debere dici simpliciter conditionalem; quia si
 conditionalis esset, saltem in genere conditionali es-
 set perfecta, nec pendente conditione posset reuoca-
 ri, *i.e. necessario 8. de periculo, & commodo rei vendite.* Di-
 cendum ergo est magis propriè esse voluntatem im-
 perfectam: quia ut in donatione, quae à traditione
 incipit, locus est poenitentiae regulariter; sic & in do-
 natione hac, quae incipit à stipulatione causa mor-
 tis, nisi expresse adiecta sit clausula de non reuocan-
 da, quam admittit promissio, ut admittit traditio,
 ut supra diximus. Prae iuit Petrus Barbosa licet non
 ita expresse, *in d.l. que dotis num. 131.* Secunda conse-
 quentia sit. Tota substantia donationis huius, quae
 incipit à promissione per stipulationem confer-
 tur in tempus post mortem promissoris; quare ipse
 munquam ex praedita stipulatione obligatus est; sed
 eius heredes incipiunt obligari, ita sentiunt Ioannes
 de Luminola *in l. diuortio 8. soluto matrimon.* Petrus Bar-
 bosa *in d. l. que dotis num. 132.* Probaturque disserita,
 & mihi ineuitabili ratione iuris. Quia promissor ex
 hac causia, potest ad libitum mutare voluntatem, &
 remanet in promissione, si vult. Sed sub hac condi-
 tione, si vult, nemo obligatur, *l. sub hac 8. de obligat. &*
actionib. quia obligatio adstringit obligatum iuris ne-
cessitate; alioquin obligationis substantia deficit,
princ. inst. de obligat. l. obligationum 3. de obligat. & acti-
 Ergo qui sic promisit, in nullo iuris conceptu potest
 dici obligatus. Nec inconveniens est, ut incipiatur

obligatio ab heredibus, quæ ab Auctore, non incipit. Regula enim, quæ desumitur, ex l. vnic. C. ut actiones ab heredib. & contra hered. incipient, habet locū in obligationibus hereditarijs, & quæ ex defuncto, eiusque causa obligandi ortum habent: non verò in obligationibus testamentarijs, veluti legatorum, fideicommissorum, & alijs, quæ ex voluntate defunctorum contrà heredes dantur. Cum ergò stipulatio causa mortis ad instar sit legatorum, & fideicommissorum, l. illud 37. de mortis causa don. consequens est, ut possit obligatio ab herede incipere; quanvis defunctus non esset obligatus.

8 Cum materiam hanc pro rostris propugnaret, & totam hanc doctrinam, qui cuius affectus est versus nostram, D. Lic. D. Iosephus Argaiꝝ & Breton, Eques D. Iacobi, vetustissimi, & nobilissimi D. Bartholomaei Colleꝝ i Sodalis, quondam Sectator noster, nunc pro meritis Institutionum Cathedrae Primariae disertissimus, & acclamatissimus Regens ab hac sententia recessit; sensitque stipulationem causa mortis factam informatione esse puram, & illicè producere obligationem etiam contrà ipsum promissorem ex causa liberalitatis: inesse tamè illi conditionem in resolutione; quapropter resoluta per pœnitentiam, alium ve modum, liberalitate, censet viribus desitui stipulationem: non tamè ipso iure; sed ope exceptionis doli mali; vel per conditionem incerti, per quam condicat, repeatat promissor acceptilationem obligationis à se emisse, ut in l. 1. & similib. ut in possessione legator. Agnoscit huins sententia Auctores Cujac tract. 2. ad African. in l. si filio 23. de mort. causa donat. Gifanium in l. mortis 34. eod. tit. quos ipse met cieui, & Gofredum in l. servus 76. de heredib. inst. quem ipse laudat. Cum de ea re necum contulisset (est enim acer, & multe expeditionis in cōcertationibus Scholasticis à puero adhuc) non defuerunt utriusque sua effugia, suæque sualiones. Nunc, cum in animo habem

rem typis mandare relectionem roganū, & consequitus fui, ut rationes, fundamentaque suæ opinionis ad scripturam redigeret, & eius mihi copiam faceret, ut morosius, & maiori cum indagine in illa animaduertere possem; vel ut respōderem obiectiōnibus, vel ut mutarem sententiam, à subtilissimo, & peritissimo Discipulo edoc̄tus; quod mihi vitio, aut indignitati verti non deberet; quia ex diuino effato, filius sapiens est gloria patris.

9 Emisit ergo epistolam elogis plenam, & in singulis periodis affectum cordis nobilissimi erga me, meaque scripta manifestatēm; quam idcirco ad litteram inserere nolui; ea tamē fidelitate in compendium redigam, vt nec Lector fructu tantæ doctrinæ careat, nec Auctor queri possit, aliquid Nos de ea reticuisse. Primum, ergo, fundamentum sic concipitur: si stipulatio causa mortis non potest dici ea, quæ sic concipitur, promitto si moriar, quia talis stipulatio potius in casum mortis censetur contracta, quam ob causam mortis: vnde ab hac prōmissione non licebit recedere; cum nec liceat recedere a contractu adhuc conditionali in-situ genere perfecto, & in esse talis, quantis non completo, i.e. neceſario de periculo, & comm. ref. vendita. Ex hoc fundamento colligit, non esse stipulationem conditionalem vere & propriè: quod & Nos probamus: sed non poterit conuincere esse puram, & statim producere obligationem: non enim sequitur, non est conditionalis stipulatio causa mortis: igitur est pura. Et enim minus quam conditionalis, id est, est infirma, interim nullum esse habet, cum pendeat a mera voluntate promissoris, quod implicat cum obligatione contradictionem. Secundum fundamentum est: stipulatio mortis causa intentio est, siue heretumia intentum a Consultis causa expediente talis donationis: & quare statim tradi non potest, per illam formulam pro-

mitte-

mitteretur. Sed traditio ipsa non posset recipere conditionem, *i.e.* absenti 38. §. 1. de adquir. poss. Igitur nec talis stipulatio. Hoc argumentum in idem tendit, probaret enim, non esse conditionalem hanc stipulationem: sed non probaret esse puram, & statim producere obligationem. Negamus etiam paritate cum venia præclarissimi viri. Traditio enim, quia est actus illico effectivus non admittit conditionem initialiam. Quia suspendi, & statim effici contraria sunt, que nunquam inter se coeunt. Promissio vero est actus statim non effectivus, quia tendit ad dandum vel efficiendum, *i.e.* obligationum substantia 3. de obligat. actionib. Quapropter omnem recipere potest conditionem, ut dixi proximo superiori capite.

Ex dictis tertio concludit sapienter, ut mihi videtur, stipulationem causa mortis ita esse concipiendam: *Causa mortis tua stipularis mihi? Promitto.* Sed quod inde dedit, ex hac formula praesentaneum refultare effectum, non probatur. Causa enim finalis, propter quam stipulatio fit secum fert totum actum in incertum, infirmum, reuocabilemque causum liberalitatis. Igitur non producit presentem effectum, imo prout nillum firmum effectum producit. Adstringit sic fortissime, ut fateor, argumentum. Antistius Labco, cuius principiæ auctoritate Seruius vtitur, dixit hanc stipulationem fieri ex causa mortis. Vnde deducit, si haec causa deficiat, manere stipulationem sine causa. Sed stipulatio sine causa, quanvis iniusta sit, carens æquitate, & per hoc elidenda per doli mali exceptionem, *i.e.* 2. §. circa de doli except. Efficax est mero iure, statimque producit actionem, quia stricti iuris contradicuntur, *i.e.* quid 99. de verbis obligat. Quod Nos superius in suo loco diximus. Ergo & stipulatio causa mortis, que ob defectum causæ inutilis ex postfacto redditur, ab initio efficax est. Hoc argumentum postulat, ut distin-

guamus

quamvis inter stipulationem, cui causa non est intrinsecus, finaliter, conditionaliter; & quae non est ex suppositione. Intrinsecus non est causa, vel utilissima causa dotis stipulatio emissa sit, & postea non sequatur maius nonum inutilis profusa stipulatio est, nec promissio indiget doli exceptione, l. 3. l. *Stipulationem* 217 de iure dicitur. Vel qui promisit futuro creditor i per stipulationem in pecuniam, quam ab eo accipere mutuari sperabat, si non accipiat, postea, ipso iure tutus est, nec indiget exceptione, l. qui pecuniam 30 de rebus creditur. Secus vero est, si ex suppositione causa enuntiatur, tanquam præterita, quæ reuera non processit. In hac hypothesi forma ipsa obligationis praest, ex forma nascitur actio in contractibus stricti iuris efficiacia vero, siue ex quitas actionis prouenit a iustitia causæ: ideò contraria illam actionem stricti iuris patitur exceptio in l. 2. §. circa de doli exceptione. *Di XII lib.* 8. *O pusculor. cap. 16.* *D* in hoc ipso tractatu cap. 7. ex num. 4. His positis, perquiramus, qualis sit stipulatio mortis causa? An insit ei intrinsecus causa finalis; an ex suppositione? Et cum expresse in causam mortis determinatur, ut stipulatio causa dotis fertur in euentum matrimonij: consequens est, ut euentu mortis non se diquato, ipso iure, & tanquam ab initio, nulla sit, fuitque predicta stipulatio. Quarè huius casui non adaptatur d. §. circa. Diuersitatem tentat demonstrare inter causam matrimonij sperati in stipulatione ob causam dotis: & inter causam mortis in nostra stipulatione: quia licet, inquit, tandem, quam mortis causa conditionem actibus iniciant, diversimode tandem influenter hec in resolutione causæ, quia destruit, sine causa stipulatio pura emissa. Illa vero in formatione, unde dotis causa suspendit, licet tacita sit: quia se habet ad esse vel non esse. Affluit pro ratione differentia principium congruens iudeostrina, videlicet stipulationem causam mortis ab initio puram esse, & in resolutione habere.

conditionem. Hoc ego principium nego; quia dico esse infirmam, nulliusque roboris, dum viuit promisor, & potest mutare voluntatem. Quare non tencor agnoscere rationem differentiae.

I. Iam agit auctoratisibus, & tanquam decreto iuram contra me aduocat, que ex meo Tryphonino desumitur, in l. si pater 76. de iure dicitur. Imo ut me meis consiciat, confodiatque armis, ostendit, dixisse me lib. 2. Opusculor. sect. 2. cap. 3. num. 5. in stipulacione causa mortis facta ex causa simuldotis, si promissorem pœnituerit, & voluerit obligationem reuocare, posse uti condicione incerti, ad repetendam liberationem per acceptilationem. Ecce ubi duplex conditio intrinseca concurrunt; prima quæ resultat ex cœnu mortis; secunda, quæ resultat ex sperato matrimonio; & nihilominus promissor obligatur. Igitur mortis causa promissio ab initio obligationem produceit. Faleat me oparum subtiliter expendisse Tryphonini textum in predicto loco, quem etiam attigit aliud intentum in tractatu Academico de fructib. num. 42. Est quæstio, utrum uxori promittere possit ditem causam mortis suæ. Negat Tryphoninus: quia inutilis esset constitutio dotis, cum nec deseruire posset oneribus matrimonii, quod morte esset dissolendum. Querit, utrum patre hilieis causa sua mortis promittere dorem profilia possit? Respondeat posse: quia matrimonium non pendet à morte, vitare patris. Dixi in num. 42. Quæ famus Nos, utrum hæc promissio dolis causa mortis facta, contracto matrimonio, ut supponit Tryphoninus, vel sperato, si et caecabilis ex penitentia patris? Ipse Consultus indicat: non esse revocabilem ex penitentia, sed tantum ex parte morte stipulatoris: illis verbis: sed si uniuspotestetur ei non remittatur obligatio per conditionem, scilicet stipulati qui vis alius promisisset, aut dorem alienum nominat. Ecce ubi penitentia non meminit.

Tryphonius. Etiam cum de extraneo loquitur, cui
in hac re comparat patrem. Peculiaris ratio, ut nunc
existimo, est: quia in datione, vel promissione dotis
non est locus poenitentiae: tantumque habet locum
conditio causa non sequuta, matrimonio non ce-
lebrato: ne frustraretur nuptiarum spes reuocata ad
libitum promittentis dotis promissione, cum sepe
sine dotibus nuptiae non copuiarentur. 1. nam & ser-
vius 8. de conditione causa dat. 1. si Ego 9. §. 1. de iure dör.
Dixi lib. 3. sect. 3. cap. 1. num. 4. & 5. Itaque datio aut
promissio facta nomine dotis illud speciale habeat,
ut in ea poenitentia locus non sit regulariter, nisi no-
minali in dictum sit, ut liceat poenitere. Coniugamus
nunc viramq; causam, quod promissum sit nomine
dotis, & causa mortis? Vtra ex his causis praeuale-
bit? Nunquid licet mutare voluntatem, quia mor-
tis causa promissum sit; an ei sit firma promissio eu-
tu moralitatis sequitur, quia facta fuerit nomine dō-
tis? Dicamus propter dōtem, causam mortis non
subiacere poenitentia. Tantumque in expressum ca-
suum desinere vires sortiri, vel superuiuentie, vel eu-
sionis periculi. Ex quo apparet diuersani rationem
militare in stipulatione causa mortis dotis nomine;
ac in facta ex causa donationis. Illa non pendet ex
libera voluntate promittentis regulariter, postquam
semel emissa fuit; haec vero pendet. In illa statim na-
scitur obligatio, qua illico adstrinxit in suo casu pro-
missorem: in hac vero non potest nasci, quia impli-
cat, quod in libera voluntate sit reuocare promissio-
nem; & quod sit obligatus is, qui promisit. Quare in
illa conditio incerti ad repetendam obligationem
necessaria est; in hac non ita. Et hoc existimo fuisse
acumen Tryphonii.

In 12 libro Opponit etiam textum ist. apud Celsum
§. 1. de doli except. Species est. Aiger, siue in acri-
dine constitutus promisit certam pecunie quanti-
tatem

itatem consobrino vxoris sive non affectu, aut animo liberali versus consobrinum; sed potius animo promittendi uxori, cui donatum volebat: cōualuit postmodum. Quæritur utrum posset uti exceptione doli, si à consobrino conueniaatur? Respondet Vlpianus aduocatis testimonijs Labeonis, & Iuliani, accōmodandam esse prædictam exceptionem promissori. Supponit cum Classicis, & Glosa fuisse donationem causa mortis, ex eo quod ab ægro emissa fuit promissio. Et, ut elidatur, requiri exceptionem. Vnde deducit, ipso iure produxisse obligationem. Sed Barbosa in d.l. que dotis 34. num. 90. & duob. seqq. optimè expressit acumen huius textus. Donatio potius facta fuit a moriente, vel ab ægro, quam causa mortis, fuit facta inter viuos. Si directo, & verè facta fuisset consobrino, quanuis conualuisset donator, id est promissor, nec posset reuocare donationem pure, & si in plicitè factam; nec opponere exceptionem villam peteat. Sed quia non consobrino consuluit, sed uxoris, velex expresse dicto modo ut illi res restitueretur, velex an illo iure ambo conuento, & communica-
to, incidit indispositionem; utrum hiec donatio inter viuos, quo uxori consulebat, efficitur posset esse? Respondent. Consulti exceptionem doli dandam esse promissori ad infringendam prohibitam donationem in uxorem collatam supposita consobrini persona. Itaque neque est causa mortis donationis, neque ex hoc textu probari potest, ad elidendam promissionem causa mortis necessariam fore exceptionem.

13. Fiebant etiam donationes causa mortis per acceptiones, nouationes, delegationesque, de quibus breuiter, sed sigillati in agendum est. Prima species est, quando donationis mortis causa nomine, creditor debitorem suum delegat, ut promittat ei, cui donare vult: interuenient quæ personæ, noua
pro-

proculdubio obligatio constituitur in faudrem do-
 natae ipsius vetus restitutus, quia donatoris obstrictus erat
 debitor; t. delegare i. r. de nouationib. Potest tam en dolo
 nator reuocare liberalitatem quo efficeret, ut debi-
 tor liberum sibi tenetur solvere. Quod est effectus hu-
 ius reuocationis sed non poterit efficeret, ut duret;
 nec fusciteretur vetus obligatio, quae pridem extincta
 fuerat, l. inter stipulantem 83. §. 8. u. m. de verb. obligat.
 liquires 93. §. aream 8. de solutioni. Itaque nec potuit
 fieri delegatio nisi per nouationem; nec sequuta no-
 uatione potuit vetus obligatio manere: quarè hic
 modus donandi non potuit celebrari aliter, quia in
 nouam obligationem inducendo. Igitur pœnitentia
 interueniente, per conditionem incerti sibi cre-
 ditore idemque donator debet consilere: ut cogat do-
 natarii acceperit ferre obligationem debitori; &
 iterum in debitorem, ut sibi promittat. Ponamus ta-
 men ita facile factam delegationem; ut debitor pro-
 mittat donatario, quod debet donatori, sub conditione,
 si donator in eadem voluntate perseveraverit,
 & prius non defecserit, quia a donatario potest quip-
 pe fieri nouatio sub conditione, l. quatuor 14. de noua-
 tionib. In hac specie, si donatorem pœnituerit, vel
 pœnitentem donatarius, non contingit nouatio:
 quarè vetus obligatio durat; nec conditione opus
 esse iudico. Si similis species est, dicet intricior,
 quando donator causa mortis debito rem suum de-
 legat, ut soluat donationis causam creditori illius, cui
 donatum vult. In qua quoad pœnitentiam, & reso-
 lutionem donationis, item quoad conditionem
 idem dicendum est, ac in superiori, variatis tantum
 personis. Illa tam en comita endatur inter utrumque
 casum differentias quod in hoc totum creditum ca-
 pere donatorem videtur, quia a toto debito liberatus
 fuit, quamvis ipse solvendo non esset; exceptio enim
 inopia non est peremptoria, l. in his 6. de dol. l. exceptio-

riores 7. §. i. de exceptionib. In primo casu vero, si debitor donationis causia delegatus donatario causa mortis minus idoneus sit, nec solidum facere possit; non plus capere censetur donatarius, quam consequi potuit ad debitore delegato: nomen enim non pluris estimatur, quam exigibile sit, & in reliquum inanis est actio, l. nomen 4. de heredit. vel act. vend. l. pupilli 26. §. soror. de solut. iuncta dgl. in anis. 6. de dolo. Hæc investigatione utilis est, quando soluta pecunia a delegato, agitur contra donarium causam mortis, conditione causia data causa non sequuta; ut in solidum agatur in prima species; in secunda vero agatur, in quantum exigere potuit, & amplius nihil.

14. Prosequamur formas, siue Schemata donandi causam mortis. Si donatus tradat tabulas instrumenti, censetur debitum in ipsis contentum transferre, cedereque in donarium, cui tradit, l. 1. C. hoc tit. de donationib. Et mutata voluntate vel pecuniam exactam condicit, vel vt iterum sibi cedat actionibus, tabulasque sibi reddat restituat. Vel debitori ipso animo donandi causa mortis tradit chyrographa: liberat illum virtute taciti pacti, l. 2. §. i. de pactis. Resoluta vero donatione, contra exceptio nem donatori replicatio dabatur; quia ipso iure pistina obligatio sublata non fuerat. Acceptatione etiam sit causa mortis donatio. Si accepto latum sit debitori in eum casum. Acceptatio non est in hoc similis stipulationi causa mortis: quia stipulatio potest præ celebrari, & sub conditione; potest etiam infirmari contrahi, & concipi in aliquem casum, ex quo valeat, vt interim nihil valeat, vt dixi superiori cap. Acceptatio vero estactus effectivus, vt traditio, ideo non potest recipere conditionem initiatuam, quæ suspendat initium, siue suspendat effectum in initio, vt ibidem etiam dixi. Potest tamen recipere tacitam conditionem, quæ resoluat effectum iam

ſequitum, efficiatque ut perinde habeatur, ac si accep-
 to latum non fuiffet, l. actus 77. de regul. iur. Quia
 reſi accepto latum ſit propter donationem cauſa
 mortis, ita in acceptilatio operatur effectum: quia
 impossibile eſt per retinē naturam, quod ſit accepti-
 latio, & non ferat statim acceptati obligationem,
 non tollat eam statim: ſed quia actus talis donationis
 ferit ſecum reuocationem, & mutationem volun-
 tatis, & hoc amplius tacitam, & inhaerentem condi-
 tionem, ſi non praedecellit donator: neceſſario
 euenit, ut quovis ex illis caſu contingente, reſolu-
 tur acceptilatio, euaneſcatque ex conditione reſolu-
 tivā. Igitur non eadē regula metiendae ſunt ſi-
 palatio, & mortis cauſa acceptilatio. Ad queſ spe-
 cies referendi ſunt textus, qui ita comodissime
 explicantur, licet confuſe loquuntur de omnibus
 praecedentibus hypotheſibus, in l. mortis 18. §. 1. l.
 quod debitori 24. l. aruanculo 28. l. mortis 34. §. 1. de mor-
 tis cauſa donar. In quibus omnibus pariter dicendum
 eſt. Vbi cumque per donationem cauſa mortis ſi bla-
 ta priulus fuerit obligatio, non poſſe amplius dona-
 tore nō experiri vetere actione: quia obligatio ſemel
 extincta non poſſet deinceps fulcītari, d.l. inter ſi-
 pulum 83. §. Sacram. 5. d.l. qui res 98. §. aream. Sed pro
 veteri actione exoriri nouam conditionem ſine
 cauſa, aut cauſa non ſequitur, incerti, per quam pe-
 titur, ut iterū in promittatur, quod debebarit ex ve-
 tere, & ſublata cauſa, l. ſi delegauerit 12. denouat. l. licet
 43. de iure dicitur. quam cum cura alibi exposui. Ex quo
 ſequitur, ſi prima obligatio, extincta, temporaria
 fuerit, & per conditionem iterū renouetur, per
 nouam promissionem diuerſam eſt natura, & eſſe-
 ctu: natura, quia ex prætoria, vel ædilitia efficitur ci-
 uilis: effectu, quia iam amplius tempore non finit
 d.l. quod debitori 24. Quæ de hoc ſubtili articulo no-
 taſſe post Clasicos ſunt ſatis: in quo, quid denuo attu-
 ieri-

lerimus, competeret, qui corum, nostraque scriptae
curiose contulerit.

Recolligamus, quæ circa formas do-
nationis hucusque diximus: siue per traditionem,
cessionem, stipulationem, inuationem, acceptila-
tionem; Hæc omnia inter presentes geruntur. Ig-
tur mortis causa donatio à praesenti in presentem
conferebatur ante Iustiniani constitutionem; quam
est propria notam huius donationis. Nos docet;
Consultus in l. inter mortis 3. 8. de mort. causa donat. Do-
natur enim, & traditur accipienti: promittitur stipu-
lanti. Sed in his verbis, traditur accipienti, igitur presen-
tia donatorum requiriatur; magna ambiguitas est, quam pa-
refacere debemus. Praesenti, quippe fieri donatione
duplici modo consideratur, & dicitur. Alio modo,
quando donatarius ipse vere præsens est, & ipse agei-
pit: alio, quando donator corporaliter a se statim
abdicatrem, quam donat, licet non tradat statim do-
natario, sed illam missat per nuntium, aut procura-
torem. Utrumque modum significat. Consultus in
d. l. 3. 8. per verbum illico. Ita exponunt Græci Inter-
pretes ad eandem lib. 47. tit. 3. his verbis. Inter mortis
causa donationem, & mortis causa cessionem hec est differ-
entia: quod mortis quidem causa donatio datur illico. Itaque
in hoc sensu dicimus fieri praesenti, quia illico tradis-
tur donatario, sive immediate, sive per interpolata
personam, ut agnoverunt. Hoc frusta litteram in-
querere tenter. Hotmanus sub hoc tract. de donat. causa
mort. Lib. 8. ob cruat. cap. 18. Gifan. in d. l. 3. 8. Melius,
quam Couarrub. in rub. de restam. 3. part. num. 16. &
quam in Petr. Barbola in d. l. que dotis num. 114. Sic
etiam exponitur textus in l. mortis 1. 8. §. Titia 2.
de mort. cau. In qua donatrix mortis causa tra-
didit Ageria instrumenta, ut post mortem suam illa
daret donatario: per quem circuitum statim tradita
consentitur; quia illico ea a se abiecit; abdicauit dona-
trix;

trix. Mandatum verò morte finitum non fuit: quia potius post mortem, vel in illud tempus collatu censetur: ad quod ex præsenti vires capit. Videndum erit cum fructu pro huius textus intellectu D. Doct. D. Didacus de la Serna, quondam Sedator noster studiosissimus, & sempèr ergà Nos, nostramque doctrinam affectu æquali, ingenio vegetus, rerum agenda rum, disciplinæque omnigenæ capacitate eximius, in suis exercitationib. Exercit. 7. ex num. 6. in quibus equidem omnia valdè laudo, nisi quod me nimis laudat: qui Discipulorum meorum exuberans ergà me in suis scriptis affectus, vt à me plurimi fit, tanquam uberrima disciplinæ meæ seges; ita inuidiæ me obijcere expertus testor, obtestorque illos, vt parciores in effuadendis, proiiciendisve elogij sint. Hinc per excessum querunt Interpretes nostri, vtrum mortis caussa donatio possit conferri in præsentem, tacentemque quæ investigatio locum habere potest post Iustiniani constitutionem in d.l. si quis argentum 35:9. pen. C. de donationib. hoc nostro tit. vbi nudà promissione efficaciter quivis obligatur ex quacumque causa donandi; nam olim siue per traditionem, siue per stipulationem celebranda esset, non poterant dati termini habiles quæstioni proponendæ, vt patet. Sub illo ergò supposito, illam valere negant, Aretinus, Crotus, & Decius: affirmant verò multi alii Veteres, & cum illis Couarrub. d. 3. part. rub. de testamentis num. 13. Vazquez Menchaca illustr. cap. 62. num. 13. Bozeras d. cap. 5. de donat. num. 9. Quam sententiam sequor ex principijs, quæ supra proposui cap. 6. num. 6. & 14.

116 Ad formam donationis caussa mortis pertinet quoque, quod in testamento potuit fieri, quod probauit in aduersarijs cap. 8. num. 8. Docentque post multos Classicos Tiraquell. in ll. connubialib. glossa 5. num. 84. Anton. Gomez d. 2. tomo cap. 4. num. 17. Petrus Barbosa in d.l. que dotis ex num. 114. Et nu-

per diximus lib. singulari de donat. int̄ cap. 10. in fine.
 Non tamē forma mutatur, ex eo quod in testamen-
 to fiat: quia in pr̄sentem cōferri debet, vel promit-
 ti pr̄senti, vt docet Gomez, & Barbosa vbi nupēr,
 in quo à legatis, & fideicōmissis distant. Addo Ego,
 debere donatorem aliqua expresa, specialique notā
 patefacere se donare velle, non legare, nec fideicom-
 missum relinquere: quia valde dubium est, quando
 donatio celebretur int̄ viuos, vel causa mortis, &
 per consequens maius dubium continet, si in testamē-
 to celebretur, vtrū sit legatum, veldonatio. Quæ-
 rūt Pragmatici notas, per quas differat donatio caus-
 am mortis à donatione inter viuos; quando donatio
 pr̄sefert aliquam mentionem mortis. Aliqui facta
 mortis mentione censem mortis causam celebrari
 donationem: quia mortis causa donatio ex eo vi-
 detur facta, quod propter mortē fiat; & mentio mor-
 tis nou ex alio capite videtur adiecta, quam ad deno-
 tandū propter illam causam finalem donari. Utū
 tur textu in d. l. Seia 42. in princ. hoc tit. Alij distin-
 guunt, vtrū executioni donationis adiiciatur men-
 tio mortis, vel initio donationis ipsius: vt in hoc ca-
 su mentio mortis, faciat donationem causam mortis;
 in illo verò tantū differat donationem inter viuos,
 eiusque effectum in tempus mortis; quam distinctio-
 nem probari existimant, ex d. l. Seia 9. vlt. eamque ad-
 mittunt Menochius lib. 3. de presump. presump. 35.
 num. 20. Guillelmus Oniciacus lib. 2. qu. est. Academic.
 quest. 39. Alij verò censem mentio mortis pro
 causa finali donandi esse, quando alia exuberantior,
 adstrictiorque causa donandi non adscribitur libera-
 litati; veluti remunerationis, meritorum, conlan-
 guinitatis, & similes: quae determinare posunt ani-
 mūm donantis perse: quo in casu mentio mortis non
 sumitur pro causa, Menochius d. presump. 35. num.
 39. Bornignus Caualcanus decis. 42. Quibus, & alijs
 di-

distinctionibus vtuntur Antonius Gomez d. cap. 4.
num. 16. Couarrub. d. 3. p. de testam. num. 25. Iulius Clari-
rus lib. 4. sent. verbo donatio quest. 4. Bozerus d. cap. 5. de
donat ex num. 12. vsque ad num. 29. Sed sine praejudicio
præd. opinionum, ea mihi magis placet, vt facta com-
memoratione mortis in dubio censeatur celebrata
mortis caussa donatio nisi tale pactum adiectum sit,
per quod remissum sit ius reuocandi donationem per
poenitentiam, & per præcocem mortem donatarij:
qui sunt termini textus, in l. vbi ita 27. de mort. caussa
donat. Neque in iure aliam invenio regulam præ-
criptam, vt possimus cognoscere, quando donatio
facta sub expressa commemoratione mortis posit
censeri facta inter viuos. Aliud tamen dicendum est,
si donatio ab ægrotto fiat; tunc enim inter viuos cen-
sebitur facta, nisi adiiciatur mentio mortis tanquam
causa: quia non est idem fieri a moriente, quod fieri
causa mortis, l. apud Celsum 4. §. 1. de dolimали, metus-
que except. quam superius exposui. Idcirco donan-
tibus consulendum est, vt quid sentiant, expresse di-
cant; est enim valde utilis expressio voluntatis ad-
hoc, vt qualitas donationis determinetur, nec liber
campus arbitrij iudicibus relinquatur, qui sub obtenu-
tu iuris scientiae hac in re errare solent, vt alibi dice-
bat Celsus adolescens in l. Servū 91. §. sequitur de V.O.
de cuius expressionis utilitate ex multis videndus est
amicus noster doctissimus Pontificij iuris Primarius
emeritus, benemeritusque, & Ecclesiæ Metropolita-
næ Valentini dignissimus prepositus D. Doct. D. Ioan-
nes Hieronymus de Iranzo in suo utili tractatu de profe-
stationib. considerat. 27. & considerat. 97. Quo exemplo
idem de donatione causa mortis intestamento facta,
& de legato dicerē, vt omne dubium tollatur: neque
enim sufficit tem tridere statim donatario; cum &
aliquando legata tradantur ab ipso testatore, vt in l.
Lucius 22. delegat. 2. Quanuistraditio in causa dona-

tionis de substantia sit, non vero in legato in quo nō per accidens: sed semel facta traditione, siue semel procedente de facto, merito poterit dubitari, vtrum donatio sit, an legatum; & alioquin inter utrumque genus liberalitatis magna intersit differentia, vt iam notaui mus.

17. Prius tamen videndum est de forma, quam Iustinianus dedit donationi causā mortis. In primis, vt dixi supra, ex nuda promissione valet, vt quaelibet alia donatio: quia in genere donationis cōuenit cum ceteris: nec credi debet specialis, limitandaque ad donationem inter viuos, constitutio noua, quae existit in d.l. si quis argentum 25. g. penult. C. hoc tit. Igitur quando incipit à promissione in absentem potest conferri: tenebitque in suis casibus, vt de donatione inter viuos notaui supra cap. 6. nec repeto. Id est, valebit, nisi reuocetur, vel præmoriatur donatorius: quia præsentia huius tantum propter formam stipulationis requirebatur eo iure. Docuit Osuald. ad Donell. lib. 14. cap. 33. litt. I. Deinde olim quaelibet donatio ex constitutione Constantini desiderabat insinuationem, si excedebat summam præscriptam, vt dicam infra cap. 19. & interim probat textus in l. donationes. 25. C. hoc tit. Iustinianus vero sanxit, vt donatio causā mortis insinuatione non indigeret, quanvis excessiva esset, l. vlt. C. de mort. causa donat. In quale-
ge, quoad formam, comparatur hæc donatio vltimis voluntatibus: vnde cum Theodosius in l. vlt. C. de co-
dicillis constituerit, vt nulla vltima voluntas, excepto testamento, quod plures exigebat, valeret sine
quinque testibus; consequens est, vt totidem requiri-
rat, siue sine scriptura fiat, siue in instrumento. Vix
enim præter codicillos alia vltima voluntas inveniri
potest, si hæc ab illa vniuersali propositione excipia-
tur. Scio, Franciscum Balduinum in suo Iustiniano, si-
ue de iure novo lib. 2. versic. subiungam, potius pag. mibi

¶ 9. & cum sequutum Petrum Eighum apud Bozerū d. cap. 5. num. 40. dixisse; constitutonem Iustiniani ad eum tantum calsum esse extendendam; quo donatio hæc excederet quingentos solidos: ut tunc coram quinque testibus esset conficienda; non si modica esset. Verum quanuis attentè legerim, & fuerim perscrutatus verbad l. vlt. nullum inueniò, ex quo colligi possit prædicta differentia. Quarè præfero communem sententiam, quæ docet, indistinctè requirere quinque testes, instar cuiuscumque ultimæ voluntatis excepto testamento. Quæ sententia apud Nos sanctitur in l. vlt. tit. 4. Partit. 5. Eam de iure communii præferunt Oſualdi, ubi proximè. Cujac. & Gifan. in d.l. vlt. Bozerus alijs relatis d. cap. 5. ex num. 39. usque ad num. 42. & secundùm ius Regium amplectuntur, ut patet, Gregor. & Hermosilla in d.l. vlt. glossa 7. & 8. Antonius Gomez, & Laynez d. 2. tomo cap. 4. num. 15. Apud quas Additionatores alij videri possunt. Contraria tamè sententiam amplexi fuerunt Petrus Barboſa in d.l. que dotis, ex num. 105. & Antonius Faber, quem cum satis aperire, & solidè reiecerit Oſualdus, supervacuum reputo respondere ad fundamenta Barboſae.

18. Ex qua doctrina censere debemus de quæſione valde agitatà, vtrum mulier, quæ prohibita est contractus celebrare, donare inter viuos; vel adire hereditatem sine licentia viri; vt apud Nos prohibetur per l. 55. Tamen prohibita censeatur cauſa mortis donare sine eius licentia? Quam exagirauit Tiraquelius, quæ solet copia, in l. connubial. glossa 5. ex num. 74. usque ad num. 85. relatis omnibus Antiquioribus, qui super hac inuestigatione pridem contenderant. In qua re variatum fuit, quia nulla lege expreſſè determinata est; sed ipsi alijsque placuit, ut si celebraretur per stipulationem haberetur pro contractu, & desideraret requisitum licentia; si vero in charta tanquam

codicillus, non requireretur. Apud Nos vero in re practica procluior sum, ut existimem, si facta sit reuocabiliter vel per paenitentiam, vel præcocem donatarij mortem, non indigeret tali licentia: quia hodie stipulationum nullus est usus; & talis donatio quanvis ingenere liberalitatis participet cum donatione inter viuos; in forma vero, & in natura reuocabilitatis magis conformis est ultime voluntati, & in eo quod effectus, & valor talis donationis in tempus casumque mortis confertur, & perseverantia voluntatis pedet sed propter has rationes testari, & codicillos facere potest sine viri licentia. Igitur poterit etiam dohare causa mortis. Ita Matienzus in l. 7. tit. 10. lib. 5. Compilat. glossa 2. ex num. 30. & noster Arias de Mella lib. 2. variar. cap. 39. num. 15. Quanvis Antiquorum distinctioni accesserint Gregor. & Hermosilla, in d. l. vlt. gloss. 1.

19. Iam ergo postremo querimus, in quo a legatis, fideiisque commissis dicitur donatio causâ mortis, & in quo cum illis conueniat? Ad cuius iustificationis resolutionem, recolendum etiam est, quod dixi lib. singuluri de donat. inter. cap. 10. num. 1. & 10. In omnibus, in quibus potest fieri fraus legibus testamentarijs, comparatas fuisse legatis donationes causâ mortis. Vbi dixi quoque in quantum differat a legatis in ratione cessionis. Quod caput legendum est, ne reperamus, que ibi dicta sunt. Ex hac doctrina idem caput sequentia iuris testimonia, in quibus minime necesse eradicare, inferuisse ali quâ verba Tribonianum propter constitutionem nouam de qua in l. vlt. C. de donat. causa mort. vt dixit Bozerus d. cap. 5. de donation. num. 45 in primis text. in l. illud 37. de donationib. causa mortis l. & fidei commissum 87. delegat. 3. Qiae desumptae sunt ex Vlpiano, & Paulo ex libris ad ll. Iuliam, & Papiam, circa quarum sanctionem Senatus censuit, vt ex libes, & qui capere non poterant ex cau-

caussa legati, nec capere possent ex caussa fideicom-
 missi aut mortis caussa donationis; quia per hæc com-
 menta facile esset legibus illudere. l. Senatus 35. de
 mort. caussa donat. notat Cujac. in l. vnic. §. 1. C. de ca-
 ducis tollend. & Nos alibi diximus repetimusque. Cui
 eaducariæ legicum Iustinianus derogaret, concludit
 in d. l. vnic. §. Hec autem 14. habere locum suam cō-
 stitutionem, tam in testamentis, siue in scriptis, siue
 sine scriptis habitis, quam in codicillis, & omni vlti-
 mo elogio, nec non in mortis caussa donationibus. Su-
 blata enim prohibitione capiendi ex testamento, con-
 sequens est, ut tolleretur de reliquis speciebus vlti-
 me voluntatis. Deinde legata non debentur ultra
 vires hereditatis; ultra quam ferre potest patri-
 monium, quod testator reliquit, l. i. §. si is
 qui quadringenta 17. ad Senat. Consult. Triebellian. Eodem
 ergo modo, & donationes caussa mortis ultra substan-
 tiā facte ipso iure inqles sunt. l. & si debitor 17 de
 mort. caussa donat. Notemus ex hoc exemplo in effe-
 ctu magis comparari donationes causia mortis lega-
 tis, quam donationibus inter viuos. Donationes quip-
 pe simplices substituentur, quanvis sit plus æris alieni,
 quam patrimonij, nisi fraude factæ sint, l. quod autem
 6. §. simili modo versic. in hos, quæ in fraud. creditor. Ut su-
 pra diximus. Donationes vero caussa mortis ipso iu-
 re nullæ sunt, ex eo solo, quod vires patrimonij exce-
 dent, licet fraus non arguatur, ut legata: quia liberali-
 tates, quæ post mortem conferuntur, magis debuerūt
 limitari, quam factæ inter viuos: & in quibus statim
 donator a se remdonatam perfectè abdicat, & ab-
 iicit, l. i. i. §. i. si quid in fraud. patroni. Se-
 cundum quæ principia castiganda est, & reti-
 nenda lectio text. in l. Circa 66. §. 1. ad leg. Fal-
 cid. verba postrema ita habent in libris vulgaribus, qui
 bus usi fuerunt Accursius, & Classici, usque ad Gouea-
 num. Quare si immodicum es alienum interueniat, ex re-
 mo-

mortis causa sibi donata nihil aliquis consequitur. In libro
 Gothofredi deest verbum nihil, sed est preli mendum
 mihi persuadeo; quod maiori acumine non indiget.
 Falcidia etiam ex mortis causa donationibus deduc-
 tur, l. cum pater 77. §. 1. de legat. 2. ut ibideim dixi.
 Igitur, si timeatur, plus esse in donationibus causa
 mortis, quam paritur legis Falcide ratio, erit cautio-
 ni locus, ut in legatis, & fideicommissis, l. et. §. in
 mortis 1. o. si cui plus quam per leg. Falcid. licuerit. Idem di-
 cendum est detractione veritatem super alimentis reli-
 ctis in ultima voluntate; nam & sic relicta censetur,
 quæ causa mortis fuerant donata. l. cum hi 8. §. haec
 oratio 2. de transact. Nec aliud obseruatur in edicto
 Praetoris, per quod remisit iuris iurandi conditionem
 ultimi dispositionibus apposita, quia eadem prohibi-
 tionis ratio militat in nostris donationib. l. que sub
 conditione 8. §. Et in mortis 3. de condit. institut. Vnde
 & receptum fuit, ut locus esse posset substitutioni vul-
 gari in donationibus causa mortis, videlicet donan-
 do alteri, si prior donatarius prædecessisset, vel muta-
 retur a donatore voluntas: quia & iam receptum erat,
 ut legatariis fieri posset subtitutio, l. ut heredibus 50. q.
 de legat. 2. Aliam conuenientiam attuli in aduersario
 cap. 8. num. 8.

20. Alia regula ex cogitatione ab Interpreti-
 bus, quæ generalior est; videlicet, ut quoties militat
 eadem ratio, procedat comparatio donationū causa
 mortis cum legatis: diuersificanturque ybi diuersa
 ratio inuenitur. Vnde, qui ob defectum capacitatist
 naturalis, expressionisve iudicij testari non potest,
 nec potest donare causam mortis. Videlicet si quis simili
 & mutus, l. discretis 10. C. qui testimoniū facere possunt. Pu-
 pillus, l. i. §. 1. de tutela, & rationib. distraherend. Ex diuer-
 so cui conceditur testari, multò facilius concessum
 intelligitur donare causam mortis: quia testimoniū
 factio presupponit habilitatem ciuilem, & capacita-
 tem

tem naturalem. Exemplum de filio fam. qui de Castren-
si peculio testatur extat in l. filius fam. 7. §. vlt. l. Mar-
cellus 15. hoc tit. Negatiue vero concepta prædicta
regula non procedit: multi enim sunt, quibus ratio-
ne Ciuali interdictum est facere testamentum , non
vero ratione naturali. Veluti filius familias, qui ex
nouis constitutionibus bona habet , vel si haberet ex
concessione patris, posset optimo iure testari; cum
posset de rebus suis sano iudicio disponere: & tamèn
rationes Ciules, quia familiam non habet, . & quia
testamenta ex parentum arbitrio, & facultate pende-
re non debent , non licuit ipsi testamentum facere.
Dixi lib. 1. Opusculor. cap. 22. num. 8. Poterit ergo per-
mittente patre, & bona elargiente, si aliunde non ha-
beat, causa mortis donare, quia in hoc actu talis pro-
hibitione nō reperitur, l. tam is 25. §. 1. de mort. caussa do-
nat. Nec obstat huic doctrinæ d. l. 25. in princip. verba
sunt. Tamis, qui testamentum facit, quam qui non facit,
mortis caussa donare potest. Quia non respiciunt hæc
verba potentiam , sed actum: non significant, posse
donare causa mortis indistinctè omnes, quibus pro-
hibitum est testari; quod esset absurdum dicere. Sed
donationes causa mortis posse fieri tam ab eo, qui
testatus decedit, quam ab eo, qui testamentum non
fecit; quia & ab intestato possunt fieri, ut cum Accur-
sio, & Gifanio docet noster Arias de Mesia, d. lib. 2.
variar. cap. 39. num. 16. quidquid aliter acceperit Pan-
cirolus lib. 3. thesauri variar. cap. 29. Vnde valde mihi
placet sententia Glosiæ in cap. quanquam §. vlt. de usu
ris, in Sexto. Existimantis prohibitionem faciendi te-
stamentum, quæ in poenam usurario manifesto, do-
nec resipiscat, & restituat, imposita est à Canone, ex-
tendi etiam ad donationem causa mortis : alioquin
enim illusoria prædicta poena redderetur. Quam sen-
tentiam præter congestos ibi à Barbosa, Ceuallos
communium contrà communes quæst. 11. Claro d. verbo

donatio quæ est. 7. tenent Arias de Messa ubi nuper. num.
12. Co uarrub. 3. part. rub. de testam. num. 11. Bozerus
cum multis d. cap. 5. de donation. num. 32. & 33.

21. Si vero militat, ut dixi, diuersa ratio, diversificatur donatio causa mortis a legatis. In primis reducta intestamento mortis causa donatio, quia ad causam totius testamenti spectat, licet non pendeat ex institutionis rescilione, l. etiam 11. de Iuofficio. testament. tamen, in eo legatis comparatur, quod qui impugnauit iudicium defunctie a fit indignus, l. in servitatem 16. §. sed & si quid 6. de bonis libertor. l. sub conditione 18. §. 1. de bonorum posse. contra tabul. Non vero fit indignus ea donatione, quæ extra testamentum facta fuit, quanvis illud impugnet, l. post legatum 5. §. qui mortis 17. de his quib. ut indignis. Ad quam speciem forte referri potest ext. in l. si vero 8. §. sed & si mortis de bonis libertorum. Nisi dicamus, donationem fuisse causa mortis, quæ a traditione incœpit, ita ut agnita non fuisset in vita (qualis est donatio rei depositæ vel commodata & facta ipius depositario, vel commodatario) agnitamque fuisse post mortem a donatario. ut tunc non possit impugnare testamentum principale: quia licet non sit pars testamenti conuenit cum eo in genere ultime voluntatis. Cætera dixi in aduersar. cap. 6. & 23. nec repeto. Ex eadem etiam ratione pro donatione causa mortis tradita a donatore in vita, non competit interdictum quorum legatorum; quia necessarium non est, ut alibi dixi. Si vero fiat per promissionem, interposita stipulatione, ut iure antiquo debebat interponi, ex alia ratione non competit, quia datur actio ex contractu; non vero actio, aut interdictum ex testamento. Quia verba contraxerunt, gesserunt non pertinent ad testandi ius, id est ad causam testamenti, l. 20. de V. S. In his itaque non conuenit donatio hæc cum legatis, aut cum testamento. Dicitur etiam in tota clementia: quia substantia testame-

ti consistit in libertate revocationis: si revocabilis non est voluntas, non est testamentum, l. si quis in principio 22. de legat. 3. vbi Classi, & Petrus Peralta in pecuniari ad eum textum Commentario, Antonius Faber, decad. 3. 9. error. 2. & seqq. Annæus Robert. lib. 1. rer. judicatar. cap. 14. præsertim pag. mibi 262. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. 4. num. 3. 9. Tichard. §. posteriore à num. 6. 1. inst. quib. mod. testam. infirm. & de acquir. hered. cap. 18. num. 4. 3. & alij plurimi apud Barbolam lib. 1. Mto de cœfuso 1. 1. Substantia verò donationis causâ mortis non consistit in revocabilitate voluntatis; salvatur enim eti irreuocabili voluntate fiat: sed in eo, vt nō aliter valeat, quā si donatarius non prädecedat, vt in superioribus manet animaduersum. Quare nunquam tam completè potest, potuitve fieri donationū causâ mortis, & legatorum exæquatio, vt in omnibus conuenirent. Quapropter Iustinianus in §. 1. inst. hoc rit. & in nouella 8. 7. post suam sanctionem dixit, fere per omnia exæquatas fuisse legatis: quia in omnibus exæquarum non potuerunt, relictâ unaquaque liberalitate ex his präcise in terminis talis liberalitatis. Ita de tota hac questione censeo, de qua parùm dissen- tiunt nisi in modo dicendi relati qd Arias de Mesia, d. lib. 2. cap. 3. 9. & Bozero d. cap. 5. ex num. 44. Barbosa in pastorali allegat. 1. 14. num. 3. 2. Fachihaus lib. 5. con- trouers. cap. 1. 5. Osvald. ad Donell. lib. 1. 4. comment. cap. 6. 13. 3. ex litt. G. Gifanius in l. illud 3. 7. de mortis causa donat. Antonius Faber decad. 4. 4. error. 1. 5. & seqq. noster Valentia lib. 3. illustr. 2. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 13

CAPVT XVIII.

Dereuocandis donationibus ob ingratitudinem.

MEMINISSE oportebit, quod diximus
suprà cap. 3. num. 3. Aliud esse, non re-
munerari, aliud, esse ingratum: non re-
munerari quippè consistit in actu ne-
gatiuo, non referendi gratias pro be-
neficio accepto: sed ingratitudo, esse ingratum, con-
sistit in actu politiuo malefaciēdi benefactori. Vtrum-
que sanè vitium est contrà Naturam: secundum quam
homo mouetur, adigiturque gratus esse benefactori
suo. Idecīcò ex tribus Gratijs, quas Gentiles singebāt,
una auct̄a pingitur, dux Nos respicientes: quia pro-
fecta à Nobis Gratia, duplex solet reuerti, vt conside-
rauit vetus, nobilisque Grammaticus Seruius ad I.
Aeneidos Virgiliane enarrans illud: *At memor ille --- Matris Acidaliæ.* Quapropter in iure dicitur species lu-
cri, adquirere beneficij debitorem, l. si pignore § 4. §.
I. de furtis. Ergo qui obliuiscitur accepti beneficij,
qui non reddit, cum reddendi opportunam occasio-
nem pactus fuit, qui morigerum, & obsequentem nō
se præbet benefactori in legem à Naturâ præscriptam
peccat. Ille verò omnium pessimus est, & dignus, cui
subducantur accepta beneficia, qui malum pro bono
reddit; qui benefactorem suum in iurijs prosequitur;
inimicicijs impetit, vitâ, honore, aut bonis spoliare
intendit. Videnda sunt, quæ ibi indicauit.

2 Vtriusque ingratitudinis species petūt
à Natura punitionem: cum sint peccata contrà ipsā;
peccata verò primæ speciei adeo sunt incerti iudicij,

vt

ut vix ad forum, & praxim reduci possint sinè maxima iudicantium, disceptantiumque confusione. De his accipiendus est Seneca lib. 3. de beneficijs cap. 1. cuius frequentè meminisc debemus, cum hac de re disputauerimus, sic inquit: Non referre beneficijs gratiam, & est turpe, & apud omnes habetur. Et infra. Multa sunt genera ingratorum, ut furum, & homicidarum: quorum una culpa est, ceterum in partibus varietas magna. Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit: ingratus est, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratisimus omnium, qui oblitus est. In tanta varietate sic responsum consignat eod. lib. cap. 7. Quid sit ingratus, nulla lex monstrat. Sæpè & qui reddidit, quod accepit, ingratus est: & qui non reddidit, gratus. Et cap. seq. in initio. Itaque non hæc parum idonea res visa est, quæ deduceretur ad iudicem, sed nemo huic rei satis idoneus index inuentus est: quod non admiriaueris, si excusseris, quid habiturus fuerit difficultatis, quisquis in eiusmodi reum exisset. Totam tamèn hanc tractationem concludit cum præclaro (nisi latissimus eset) Syntagmate de beneficijs lib. 7. ex cap. 26. Sub haec quæstione, quemadmodum ingrati ferendi sint? Qui locus legi debet, & prolixitatis vitanda gratiâ hic non interitur.

Non satis putauit Seneca notasse legem nullam in ingratos extare; fundat enim eod. lib. 3. cap. 6. nec ferri posse, aut debere. Nostri, inquit, Maiores, maximi feliciter viri, ab hostibus tantum res repetierunt: beneficia magno animo dabant, magno perdebat. Exceptu Macedonum gente, non est in villa data aduersus ingratum actio. Magnumque hoc argumentum est, dandam non fuisse: quia aduersus maleficium omne consensimus. Et homicidij, veneficij, parricidij, violatarum religionum aliubi atque aliubi diuersa poena est: sed ubique aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, ubique improbatatur. Neque absoluimus illud: sed cum difficilis esset incertæ rei estimatio, tantummodo damnandum, & inter eas reliquias,

Lego
omnes
cōsen-
timus.

que ad vindices (sic in plerisque legitur, & præfero) Deos mittimus. Ecce argumentum ab omnium populi consentu, qui in ingratis legem denegarunt. Sed cap. 17. eiusdem libri, ita aduersus se arguit. Quid ergo? impunitus erit ingratus? quid ergo? impunitus erit impius? Quid? malignus? quid? avarus? quid? impotens? quid? crudelis? Summo artificio inferit argumento responsionem, coniugens, commiscensque multa scelera, quibus puniendis leges modum, penam ve condignam non inuenierunt. Et ita resoluit. Impunita tu credis esse, que iniussa sunt? aut nullum supplicium grauius existimas publico odio? Aliud etiam argumentum proponit cap. 16. eiusd. lib. his verbis. Plures, inquit, ingrati erunt, si nulla aduersus ingratum detur actio. Cui statim cautelam, & responsionem præbet. Imo potissimum pauciores; quia maiore delectu dabuntur beneficia. Ecce ybi fundat interesse reipublicæ, aduersus ingratos actionem non dari, ut sic a profusionibus ineptis homines averteret: maxultque ius suffundere sanguinem eorum, qui beneficia acceperunt, eosque sub pudoris vinculo continere; quam ad certam legem retributionis adstringere, ut idem Philosopher docet lib. 5. cap. 21. distinctis tamen dicto lib. 5. cap. 14. leqq. verbis: Deinde pauciora erunt beneficia, sed veriora. Quid autem mali isti inhiberi beneficiorum temeritatem? hoc enim ipsum sequuntur, qui nullam legem huic rei constituerunt: ut circumspectius donaremus, circumspectius eligeremus eos, in quos merita conferrentur, &c.

Sed contra doctrinam Senecæ de consensu omnium populorum in nobis decernenda actione contra ingratis, & contra exceptionem de excepta sola Macedonum gente Critici nostri officias ingenunt. Primo, quia negari non potest Athenienses legem contra ingratis habuisse, ut locuples tellis est Valerius Max. lib. 5. histor. cap. 10. in externis §. 8. ubi de ingratitudine Reip. Atheniensis in Phocionem sic scri-

scribit: *Quod cum ubique, tūm prēcipūe Athenis intollerabile videri debet, in qua urbe aduersus ingratos actio constituta est, & recte: quia dandi, & accipiendo beneficij commercium, sine quo vix vita hominum constat, perdit, & tollit, quis quis bene inerito parem referre gratiam negligit.* Quam paulo inferius vocat legem ingratorum vindicem, & in fine §, iure iurando sanctam a ciuibus fuisse scribit. De reuocandis etiam libertis ob ingratitudinem in seruitute in commemorat legem; & formulam satis elegit item idem Valerius lib. 2. cap. 6. in extensis §. 6. & in §. seq. Ide Massiliensium instituto agit circā eamdem tem. Peras etiam contrā ingratos legem sanxisse, prodidit Xenophon. lib. 1. de educatione, & vita Ciri. Ex Plutarcho etiam, & Probo varia apophtegmata desumi possunt, quibus probetur Philippum Macedonum Regem, aliosque Principes multasse; & ad officium coēgisse ingratos, & eos, qui parūm memores fuerant accepti beneficij. Ergo nec sola gens Macedonica legem contra ingratos habuit; nec adeo in hac actione denegantia concors fuit omnium gentium consensus, ut Seneca scripsit.

5. Antequam respondeam, ut ad mentem Senecæ peruenire commodius possumus, notare expedit vitium, quod huius Philosophi tempore Roma inuaserat, videlicet auaritiae in ipsis elargiendis beneficijs: humanitis enim donis id prēcipūe agebant, ut a npliora, maioraque reciperent: neque bene me, ritis donabant, sed orbis, cælibibus, diuitibus à quibus speratam, & ferē pactam, retributionem recuperarent. An̄ nos idem Seneca lib. 3. cap. 15. Hoc unum, inquit, de est auaritiae, ut beneficia sine spōsōne non demus. Generosus animi, & magnifici sūstinentia, & prodeſſe: qui dat beneficia Deos imitatur, qui repetit, fœneratores, in quas liberalitates frēquens Satyra est Auctōrum illius temporis, aut circiter. Martialis vase, & apposite lib. 4. Epigram. 56.

Munera quòd senibus, viduisque eingentia mittis;
 Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
 Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
 Qui potes infidias dona vocaretua.
 Sic auidis fallax indulget piscibus hamus,
 Callida sic stultas decipit esca feras.
 Quid sit largiri, quid sit donare docebo,
 Si nescis, dona, Gargiliane, mibi.

reliqua huius Poëtæ Scommata curiosè tanquam dicitur ad fontem extenso, quæ ipsius phrasis est, indicabit ibi meus quandam, & sempèr mihi colendus cultissimus Ramirez de Prado. Vbi adduxit Petronij locum: Synchroni Seneca, qui Romam proscindit sub nomine Crotonæ Italæ oppidi, his verbis: Quoscumque homines in hac vrbe videritis, scitote in duas partes esse diuisos: nam aut captantur, aut captant. Alludit Satyrophorus ad artem captandarum hereditatum illo in seculo, & vrbe frequentissimam, cuius etiam in iure fræquens est mentio, & aduersus eam excogitata cautela, quam nolo hic inferere, aut prosequi. Agnouit etiam vitium hoc Gabriel Altilius apud Alexandrum Neapolitanum lib. 5. dier. Genial. cap. 1. pro explicatione epigram. 60. lib. 5. Martialis, & omnes huius Poëtæ expositores. Cui suppar fuit, & cœtaneus Cornel. Tacitus, qui cum de moribus Germanorum historiam attexisset, ut virtus Ciuitatis suæ manifestaret, per collationem, comparationemque cum populis illis barbaris, dignum historicæ notæ cessavit, Germanos, collato beneficio, nihil sibi deberi existimare, neque accipientes eo obligari. Semper existimo autem hunc libellum non esse puram, putanique historiam: sed mythistoriam, ex falso veroq; compositam: non ad narrandum, sed ad eradicandum; habeo illum in Clasi, in qua Cyropædiam Xenophontis, qui suum Principem describit, qualem optauit, in imi-

imitationem, & exemplar cæterorum, vt peruidit Cicero lib. 2. de oratore. Non concordat in hoc mecum Maximus ille, cum quo Ego semper concors sum. Sed iterum eius iudicissimum acumen apello. Ut ad Germanos reuertatur oratio, poterat videri Tacitus notam ingratitudinis illis affixisse per obliuionem beneficij: non tam ea mens fuit prudenterissimo Scriptori, quin potius altitudinem benefacientium animorum commendatam voluit; qui quasi nihil agentes beneficia spargebant, etiam in eos, quos hac illæcebra non esse captandos sciebant. Imitatus Senecam loco suprà relato, *magnō animo dabant, magnō perdebant. Quibus præiactis iterū ad Senecam redeamus.*

⁶ In primis de Persarum lege non probè capitur argumentum; quia ilia int̄ pueriles leges, Iudosque refertur à Xenophonte statim *in initio libri I. pag. mīhi 5.* ex illis verbis. Quæ autem cuique ætati imperantur facienda, narrabimus, in versione Philelphi, quæ vtor. nec inde potest argumentum duci ad vniuersum Regni statum. Quare nec Mureto, nec Grutero, nec alijs nouioribus placet, vt in textu Senecæ emendetur, excepta Persarum Gente, vel Medorum. Quia talis lex apud eos non viguit, quæ nostrum Philosophum conuincere poscit. Athenis fuisse legem de ingratis puniēdis, Probus, Valerius, Plutarchusq; testantur: sed ant tempore Senecæ viguerit, quis poterit comperire, cum huius obseruantia Auctores non meminerint. Imò si legatur Valerius, qui de tempore Reip. Atheniensis scribit, compertum fiet, legem ab ipsis latam, parùm vsu receptam, tam in statu publico, quam contra priuatos; de quo cōqueritur Valerius. Seneca verò de suo sāculo loquutus fuit, quo & multos ante annos in Imperium, ditinemque Romanorum Athenæ cesserant. Macedones orbis iam Romanierant, sed forte ex veteribus

institutis contrà ingratos legem retinebant in memoriam decantatissimi facti Philippi Macedonum Regis, quod narrat, extollitque idem Seneca lib. 4. cap. 37. & ab eo, tacito verò nomine, Ludouicus Cælius Rodiginus lib. 7. lection. antiquar. cap. 28. Petrus Arodius lib. 6. rerum ab omni antiquitate iudicatar. tit. 8. cap. 29. In summa, nemo alijs de beneficijs, & ingratiudine leges melius, accuratijsque cognouit, vel perquisivit suo tempore, quam Seneca, qui hoc sibi inuestigandum exactissime proposuit; ne eius diligentiam audeamus culpare.

7 Non potuit ignorare Seneca legis naturalis rationem, quæ ingratos proscriptit, & dilacerat testatam latissimè ab eodem Xenophonte lib. 2. de dictis faltisque Socratis, ubi ex Prodico Herculis Magistro, sic se merito in ingratiudinem inuehit: *Sentiens aliquando filium suum Lamprocleum, qui maiornatur erat, matris sue iratum: Dic mihi, o fili, ait, cognovisti ne homines quosdam, qui appellantur ingratij? Ita prorsus, inquit Lamproclus. Considerasti igitur, quos homines, & cum id agant, quo nomine appellant?* Considerauit, ait: filios enim, qui beneficijs acceptis non reddunt gratias, cum possint, ingratos appellant. *Hos vero ingratos cum iniuriosis connumerandos esse putas?* Et post alias interrogationum captiunculas ita concludit. *Si igitur hec tibi vera videntur, manifesta iniuria ingratiudine est profecto concessit.* Hactenus ex versione Cardinalis Bestiarionis. Ob cuius transgressionem ingrati inter scelestos, & patribus inobedientes collocantur à D. Paulo epistola 2. ad Timoth. cap. 3. Non etiam idem Philosophus ignorauit gradus ingratiudinis, quos recenset Angelicus Magister tam ab ipso definiptos, quam à cæteris eiusdem instituti Scriptoribus 2. 2. quest. 107. art. 2. ex illis verbis. *Primus ingratiudinis gradus est, ut homo beneficium non retribuat. Secundus, ut dissimulet, quasi non demonstrans se beneficium accepisse. Tertiū,*

tium, & grauiissimum est, quod non recognoscatur, siue per obliuionem, siue quocumque alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideo ad primum ingratitudinis gradum pertinet, quod aliquis retribuat mala pro bonis. Ad secundum, quod beneficium vituperet. Ad tertium, quod beneficium, quasi maleficium reputet. Legem etiam, quae Athenis quondam viguit, itemque apud Malsilenses, velex Valerio, sub Tiberio Scriptore, noscere debuit. Nihilominus ex neutro capite actionem contra ingratos esse dandam enixa est persuasit. Primo quia illiberalis animi est statim ingratitudinem accusare, & generosi viri est ex ingratibus gratos reddere, per beneficiorum repetitionem, & cumulationem. Ad quam perfectionem tendit moralis, & Christiana Philosophia: nisi accipiens euadat peior ex beneficijs multiplicatis. D. Thom. vbi proxime art. 4. Secundo, ut mihi videtur, quia Romani recipientes avaritiam in beneficijs latentem, magis huic morbo mederi voluerunt, quam in gratitudini: ut ab hac cauentes captatores cautiores fierent in projiciendis beneficijs. Valent hic verba Senatus Consulti, cuius meminit Tacit. lib. 13. annal. de libertis non reuocandis in seruitutem propter ingratitudinem: *Dispiceret quisque merita, tarde que concederet, quod datum adimeretur.* In quibus videtur mihi de esse negatio; legamus sic: *quod datum non adimeretur.*

⁸ Postea tamen res ad maiorem aequitatem reducta fuit; & caustum ut ingrati, qui mala pro beneficijs reddunt, priuentur beneficijs, & donationibus: sic de incerto non sit estimatio, sed certa & determinata maleficia, & scelera puniuntur. Imperium itaque Romanum Atheniensium, & Malsilensium leges imitatum fuit, siue in reuocandis libertis ad seruitutem, siue in rescindendis donationibus. Prima constitutio fuit Imperatoris Philippi, quae de donatione in libertum collata loqua fuit, *l. 1. C. de*

reuvocandis donationib. Præbuitque reuocationis causas, non præstari patronis obsequium à libertis: voluit tamèn, ut solis donatoribus facultas esset reuocandi donationes, non verò heredibus, aut filijs. Sed tunc meritò quæri potest: qui patrono obsequia nō præstat, ingratus est, l. *ingratus*. 19. *de iure patronat.* Sed propter ingratitudinem libertus in seruitutem reuocatur, l. 1. & 2. C. *delibert.* & eor. lib. l. *unic.* C. *de ingratis:* *libert.* cum alijs, quas liculenter, & ex profecto adducit noster Amaya lib. 2. *obseruat.* cap. 6. à principi. Ergo existente causa ingratitudinis, non est necesse quærere de reuocatione donationum, in libertum collatarum. Respondeo tamèn solo obsequij non præstati velamento, aut cauilla, non reuocari libertum in seruitutem, l. *solo* 30. C. *de liberali cauissa*, immo nec statim ob quaslibet iniurias illatas ad seruitutem reducendus est, sed querenda est emendatio, addictio ad seruitium patroni liberto per aliquot annos, t. *alimenta* 6. §. 1. *de agnoscendis liberis*, quæ sic accipi potest, maximè secundum *seculum Modestini*. Videnti sunt Amaya d. cap. 6. ex num. 13. Ræuard. lib. 1. *coniectan.* cap. 11. Oliuald. ad Donell. lib. 2. cap. 17. litt. C. Igitur ex sola causa non præstati obsequij donatione reuocatur: ex causa vero offendæ inflictæ patrono, reuocatur libertas, d. l. 2. C. *de libertis*, & eor. liber. Causas vero offendæ Iustinianus designauit in nonuella 78. cap. 2. Quam responsonem indicauit Donellus lib. 14. *commentar.* cap. 27.

9 Successit constitutio Constantini, quæ extat in l. 2. C. *Theodos.* *de reuocandis donationib.* lib. 8. tit. 13. in qua meminit cui sui constitutionis, quæ ius sit, ut ab ingratis filijs subducetur quæ munificientiæ, id est donationis titulo in ipsos patres contulerunt. Quæ constitutio repetitur per Theodos. & Valentin. in l. *donationem vlt. eod. tit.* & Cod. quæ refertur in l. *donationes* 9. Cod. Iusti, eod. tit. De matribus vero

verò non idem per omnia sanctū erat; donec Constantinus, & Constans in l. i. C. Theod. eod. tit. statuerunt, vt mater, quæ non transiuit ad secunda vota, haberet facultatem reuocandi pro dimidia parte donationem collatam in filium, si ingratus existeret. Modo res donatae nō fuissent bona fide alienatae ante iurgium, matre pacificā, quo in casu celsare reuocationem voluerunt. Matribus verò, quæ ad secundum matrimonium conuolarunt, prædictam negarunt facultatem, tanquam pietate indignis, arg. ex l. 4. C. de secund. nupt. cum similib. Prima constitutio emissa fuit ad Philippum: posteā aliam dederunt ad Orfatum, quæ est, l. si quis 4. eod. tit. & Codice, per quam non iam dimidiari parte in donatorum, sed totam donationem reuocari voluerunt. Ex vtrāque vnam fecit Tribonianus summo cum iudicio, & superfluis, abrogatisque sublatis, retulit ambas sub l. his solis 7. C. Iust. eod. tit. Iustinianus verò in auth. de nuptijs §. mater collat. 4. tit. r. quæ est Nonella 22. cap. 35. etiam matri, quæ ad secundas conuolauit nuptias, concessit facultatem reuocandi donationes in filios ex prioti matrimonio suscepitos collatas propter tres causas maxime ingratitudinis. Prima est, si insidias in vitâ matris parauerit. Secunda si manus impias in ipsam intulerit. Tertia, si litem ipsi mouerit de toto patrimonio. Quod quidem caput hodie refertur, in auth. Quod mater C. de reuoc. donat. Ad quam notauit Donell. dict. lib. 14. cap. 28: addendam esse causam conventionis, seu modi dicti donationi, l. vlt. C. eod. tit. Quam notam vt veram esse existimo, sic alero, nec multum esse necessariam, nec consonam tractationi prædictæ authenticæ. In hac etiam lege idem sanctum fuit circa personas, quibus competit ius reuocandi donationes. Nempe, vt solis donatoribus tribuatur, non vero filijs, aut heredibus: nec competit contra heredes, sed contra ipsos donatarios ingra-

tos. Reddunt rationem Impp. quia instar vindicationis est. Quod verbum significat vindictam, indigationem propter contumeliam illatam donatori, ut dicimus de actione iniuriarum, de querela inofficiosi testamenti, de actione male tractationis, & similibus nuper in aduersarijs de inofficio testamento cap. 16. maximè cap. 24. ut exposuit etiam Cujacius lib. 4. obs. cap. 19. & alij communiter, Osuald, lib. 14. cap. 30. litt. B.

10 Tandem Iustinianus in l. vlt. c. de reuocand. donat. generaliter constituit omnes donationes ritè celebratas firmas manere ; nisi donatarius ingratus extiterit versus donatorem. Declaratque causas ingratitudinis, videlicet si iniurias atroces in eum effundat. Vel manus impias inferat. Vel aliquā afferat iacturam non leuem circa substantiam patrimonij. Sed quanuis ex his tantummodo causis reuocari donationes voluerit Imp. Iustinianus; nihilominus Auctores nostri, grauiores iniurias, quam à Iustiniano expressas comprehendit in præd. Constitutione rectè existimant: quia taxatio tantum excludit minores causas, leuioresque, non grauiores, ut placet Molinæ, eiusque Adderibus lib. 1. cap. 9. num. 32. Illud etiam probandum est, quod docuit Couarrubias lib. 1. var. cap. 11. num. 8 cum qui verum crimen prosequitur aduersus donatorem causâ iniuriæ propriæ, vel suorum vlciscendæ, non posse dici ingratum: quia censeri non debet maleficium, aut malus animus in eo, quis sua causa, & non peruersio in donatorem affectu ad accusandum profilit. Ex quo cum iudicio doceat Nauarrus in cap. inter verba 11. quest. 3. cap. vlt. Corollario 60. Sotus detegendo s. crebro membro 2. quest. 5. ingratum iure exiliimari debere eum, qui impetrat donatorem suum accusatione publici iudicij, aut popularis, cuius accusatio cuilibet de populo competit: quia iniuriolium est beneficio affectum de-

deferre illum, aduersus quem cæteri silent: Nisi cri-
men sit perduellionis, hæretis, aut tale, quod nemo
dissimulare possit sine maximo Reip. præjudicio.
Quam etiam sententiam sequitur Couar. *vbi proxime;* vbi multos adducit nouissinius eius additiona-
tos Faria ex num. 64. *v. que ad finem aliosque Osuald.*
ad Donell.d.lib.14.cap.27. litt. C. In summa ad arbitrium
iudicis spectat, determinare quæ sint causæ
grauiores, item quando ex ingrato animo processerint,
nisi quæstio versetur circa expresas in d. l. vlt.
ità ex Tiraquelle in l. si unquam C. eod. tit. verbo omnia
bona, vel partem aliquam, ex num. 28. Menochio de
arbitrari. *caſu 72.* docet item Osuald. d. cap. 27. litt. D.
Sancit etiam iterum idem Iustinianus, remedium
hoc tantum competere donatori ipsi, & contrà dona-
tarium, non vero heredibus, & contra heredes; qui-
bus, & aduersus quos non licet instituere *primordium*
accusationis. In hoc etiam actio reuocatoria dona-
tionis propter ingratitudinem, comparatur quære-
læ in officiōsi testamento; quæ ad filios, heredesve
cæteros nō transmittitur, nisi preparata sit, *l. posthu-*
mus 6. §. vlt. cum duab seqq. de inoffic. testam. Præparare
quærelam, est vel inchoare iudicium, vel se compa-
rare ad controuersiam mouendam, instruire testes,
quærcere aduocatum, demonstrare iracundiam, vel-
leque illam in iudicium deducere. Dixi in prædictis
aduers. cap. 20. Hoc idem ergo in præsenti dicendum
est. Vnde facile asserit Auctoribus docentibus,
transire nostram actionem ad heredes, & contrà he-
redes, non tantum si iudicialiter līs super reuocatio-
ne cæperit moueri; sed etiam si extra iudicialiter
denuntiata sit. Ad quod recte expendunt textum in
l. 1. C. de reuocand. donationib. ibi: mutata voluntate. Vi-
dendi sunt Donell. d. lib. 14. cap. 29. & ibi Osuald. litt.
B. Henricus Bozarus de donationib. cap. 3. num. 97. Mo-
linus d. lib. 1. cap. 9. num. 37. Atticus Robertus lib. 1.
rer.

rer. iudicatar. cap. 14. pag. 243. in fine Antonius Gomez
 2. tomo var. cap. 4. num. 14. Cum ergo hæc actio per-
 sonalis sit, ex ingratitudine nascens, quod esse deli-
 citum in fas ipsum naturale, negati non potest; conse-
 quens est, ut per actionem personalem condicitiam
 res repetenda sit; id est, petendum sit, ut res per dona-
 tionem ab alienata, regrediatur in dominium dona-
 toris, ipsique restituatur: quia ipso iure non reuerti-
 tur. Donell. d. lib. 14. cap. 28. qui in effectu ita sentit,
 licet cap. 31. ex contractu oriri existimet, quem hoc
 nomine refellit. Bozerus d. cap. 3. num. 93. & licet
 in §. omnium 1. inst. de actionib. num. 14. frustra conetur
 persuadere esse actionem in rem contraria commune
 Interpretum placitum. Ex quo etiam deducimus,
 rem in dominio donatarij manere, donec per sente-
 tiam euicta, & ablata sit. Igitur non tenebitur resti-
 tuere fructus ante inchoationem iudicij perceptos,
 quia ratione domini illos fecit suos irreuocabiliter.
 Ita docent Tiraquell. in d. l. si unquam verbo reuertatur,
 num. 281. Gutierrez 1. part. de iuram. confirmator. cap.
 10. num. 7. Bozerus d. cap. 3. num. 102. Ex Iustiniani
 constitutione in d. l. vlt. desumptus fuit text. in §.
 sciendum inst. hoc. tit. Iuris Canonici Sanctio, quam
 Gregorius IX. collocauit in cap. vlt. hoc eod. tit. &
 Septempartita lex penult. tit. 4. Part. 5. Circa quas ni-
 hil amplius notandum existimo. Videndi erunt præ-
 ter relatios, plurimi, quos congerunt Barbosa, &
 Hermosilla in precitatis iuribus.

II. Ex quibus omnibus tale argumentum
 formari potest contraria nostram conclusionem. Om-
 nis donatio, praesertim post Iustinianum, tacitam il-
 lam conditionem habet, si donatarius ingratus non
 fuerit: qua eueniente, res ad donatorem reuertitur.
 Igitur donatio non est irredibilis datio. Respondeo
 non esse de essentia, immo nec de natura rei, quæ acci-
 denti contraria votum, contra intentionem operantis.

Mors,

Mors, & diuortium frequentè accidentunt, per quæ
frequentè dissoluitur matrimonium: nihilominus
datio dotis perpetua est, *i.e.* *i.e.* de iure dotum, *i.e.* pro-
dore, quia euentus illi tristes sunt, qui accidentunt con-
trà votum celebrantium matrimonium: qui curant
de sobole procreanda, *i.e.* solum matr. per quam eo-
rum personæ, siue immortales, siue rediuiuæ censem-
tur, *i.e.* cum ratio 7. 9. plures 3. de bonis damnator. quarè
nunquam in iure expectantur, aut considerantur, *i.e.*
ter stipulatum 83. 9. sacram 9. de verb. obligat. Pariter ergo
modo, cum animus donantis sit gratum, & morige-
rum sibi facere eum, in quem contulit beneficium,
quia gratitudo naturalis est homini, ut recte disser-
uit, & comprobavit cum suo Gabriele Atilio dispu-
tans Alexander Neapolitanus lib. 5. diem 1. Genit. cap.
i.e. circè finem, consequens est, ut ingratitudo tam
contrà votum donatoris sit, quam est
contra hominis naturam. Idcirco in
diffinienda donatione minime
consideramus, euenire posse
ut donatarius ingratus sit:
quia euentus expe-
ctari non debet.



This image shows a single page from a medieval manuscript. The text is written in a Gothic script in two columns. A large, ornate initial 'Q' is positioned at the bottom right of the page. The parchment appears aged and slightly yellowed.

QVARTA PARS.

De medio virtutis liberalitatis, quod constitutiones Ciuiiles excogitarūt ad cohibendas liberalitates profusas. Pro explicatione verbi LIBERALIS nostræ diffinitionis.

CAPUT XIX.

Ad legem Cinciam muneralem.



T postremam hanc partem ingrediamur, seu aggrediamur, recolere necesse est, quæ notauius cap. I. num. 6. & 14. Liberalitatis virtutem in confinio vitiorum positam esse: hominesq; benè natos, benè educatos potius in extremū profusionis, & prodigalitatis declinare, quam in extremum auaritie, & avidæ rerum retentionis. Leges ergo Ciuiiles, quarum interest ad publici status tutionem, ne Ciues rebus suis abutantur, procurarūt modum donationibus imponere; & illis talem formam

mam præbere, ut donatores satis considerarent, quid agerent donando: serio, tardèque hunc actum exercent, & quandoque cum externo consilio; ne si citò prosilirent ad faciendas largitates, serà pœnitentiā corriperentur. De quibus in præsenti agendum est, ut institutum tractatum absoluamus. Et primum de lege Cincia.

2. Quam à muneribus còercendis muneralem appellauit Festus Pompeius I. Consultus inschedis Fuluij Vrsini litt. M. ibi: *Mineralis lex vocata est, qua Cincius cauit, nec cui liceret munus accipere.* Utiturque testimonio Plauti, quod hodie non extat in eius comædijs. Schedulæ istæ epitomatæ fuerunt à Paulo Diacono: quare ex illis ferè nihil comperire possumus. Fuit Plebiscitum, ut non malè probatur ex l. Plebiscito 16. de off. presid. quam de lege Cincia accipiunt Cujac. lib. 6. obs. cap. 18. & Anton. Contius in annotat. marginalib. rogatum à M. Cincio Alimento Tribuno plebis, fudente Q. Fabio Maximo, qui Cunctator appellatus fuit, M. Cornelio Gethego, & P. Sempronio Tutidano Coss. id est ab V. C. 549. vt ex Cicerone de senectute iuncto Liuio lib. 29. comperiunt Prateius, Charōdas, Antonius August. Hotmanus, & cæteri, qui cathalogos legum veterum Romanar. scripserunt, aliquæ infra referendi. Præcipua cautio, aut pars legis Cincia fuit, qua ob causam orandam, dicendam, donum, munus, vel pecuniam capere prohibuit, de qua Tacitus grauiter lib. 11. 13. & 15. annal. alluditque Plinius lib. 6. ep. 4. & 5. quia cæperat esse plebs stipendiaria Senatui, ut conquerebatur Cato apud Liuium lib. 34. cap. 4. ex partitione Grutheri. Quæ S. C. moderata fuit, & recoacta lege Julia repetundarum: sed hanc partem mislam facimus: quia propriè ad nos nō spectat, & quia cerno tractatum nostrum excedere iam modum relectionis.

3. Secunda pars pertinuit ad cohendas,

moderandasque profusas donationes inter priuatos.
 Quod solet probari ex Vlpiano in fragmentis tit. 1.
 de legibus, & moribus §. 1. Sed admonendi estis, hunc
 librum nouiter inuentum, editum fuisse à Ioanne Til-
 lio cum nonnullis lacunis, & defectibus, quos secunda
 editione suppleuit Petrus Si. hætis, & statim breui-
 bus, sed doctissimis notis illustrauit Iacobus Cujac.
 Quæ oīnnia recensentur in prefationibas ad Codicē
 Theodosii quem idem Pithæus publicauit. In prima
 ergo editione sic incipiunt fragmenta: Prohibet exceptio-
 nis quibusdam cognatis; & si plus donatum sit, non rescindit.
 Notemus lacunam, & absēsam orationem, in qua
 nulla mentio sit legis Cinciae, post modum Pithæus
 de suo ingenio suppleuit defectum sic: Imperfœla lex
 est, veluti Cincia, quæ supra certum modum donari. Et cum
 in textu Nouelle Iustiniani 162. cap. 1. vbi de donatio-
 nibus inter virum, & uxorem agitur, legeretur legis
 Sentie reposuit Cincia, quæ de donationibus egit, nō
 Alia Sentia; quæ emendatio vālde placuit Cujacio
 d. cap. 18. & ad d. nouellam. Nihilominus Cujaciū par-
 rum fidens Pithæi supplemento, inter sua fragmenta
 non retulit d. §. 1. nec tres seqq. tituli. Et quod magis
 est, cum de legibus perfectis, & imperfectis ageret in
 recitationibus ad l. 1. de iust. & iur. Versic. notandum, cum
 meminerit legis Voconis, noluit meminisse legis Cin-
 cia; quam fortè agnoscere solebat. Tandem vero
 lib. 18. obs. cap. 30. vbi retractat quædam ex fragmen-
 tis, legem Cincianam, & supplemen- tam agnouit me-
 rito quidem, quia expreſſe de ea fit mentio, in liuxta
 4. C. Theodos. h. c. tit. & assignatur eadem exceptio de
 quibusdam cognatis, quæ præd. supplemento magnam
 assert probabilitatem. Suadetur ex l. contra 29. de le-
 gibus, quæ defunxit ex Paulo lib. singulari ad l. Cin-
 ciam, vbi docet facere contra legem, qui directe facit
 quod lex prohibet: in fraudem vero legis, qui saluis
 yerbis legis sententiæ eius erudit, cap. vlt. dereg. iur.

in 6. l. non dubium s. c. de Legib. vbi notatur addendi que sunt incommuni de materia tractantes Vazquez Menchaca illustr. cap. 30. Donell. & Osuald. lib. 1. cap. 14. litt. E. Cujac. lib. 30. q. Pap. in l. debitor 12. ad l. Falcid. & lib. 15. qq. eiusdem in l. heres 11. de His, quibus ut indignis, Costain. & starbitratus ampliat. 10. Faber in Iurisp. tit. 2. princ. 6. in princ. Mendoza lib. 1. de paci. cap. 4. ex num. 38. Sed admentem Pauli non aliudne potest sumi ex exemplum, quam ex hac parte legis Cincia: contra quam directe facit, qui expreſſe maiorem summam donat, quam lex permisit; indirecte vero, & contra sententiam mentemque legis, qui per fraudulentas venditiones, aut permutationes, vult gratuito in alterum conferre, quod aperta donatione non posset, li. Quod contra 4. §. 1. ad l. Iuliam repetund. norant Hotmanus de donat. cap. 8. & 9. Cujac. lib. 29. qq. Pap. in l. Atilius 27. hoc tit. & dicam in selectione de donat. inter. cap. 4.

4. Videamus de modo, quem donationibus impoluit lex Cincia. De qua re nihil ausus fuit diffidere Scipio Gentilis lib. 4. de donat. inter cap. 18. inde ciliumque reliquit Gifanius in l. in adibus 9. §. 1. hoc tit. Hotmanus vero in disp. de donationibus cap. 9. in princ. existimat esse dodrantem bonorum, quod postea in testamentis fecit lex Falcidia, quem sequuntur noster Richardius in rubr. inst. hoc tit. num. 10. & Mendoza lib. 3. de paciis, cap. 9. quasi s. num. 16. Sed Merillus lib. 2. obs. cap. 21. Centum aureos praeditos fuisse existimat, siue decem millia sextertia, quae eadem summa efficiunt, cum centum sextertia pro uno aureo computarentur, ut docuit eruditissimus Budaeus lib. 2. de aſſe in princ. quae sententia praecepſ non est: quia lex Iulia repetundarum, quae in multis imitata fuit Cinciam, totidem aureos accipere permisit urbanis Magistratibus, si ob iudicandam non accepissent, l. cap. 6. §. leg. 2. ad l. Iul. repetund. Et quia forte cum my-

sterio Plinius lib. 6. ep. 3. suppōsuit centum milium numerum, quæ sunt deinceps extertum, stetisse agrū, quem donauerat nutrici suæ. Sed idem Hotmanus de legibus in lege Cincia, & Cujac. d. lib. 6. cap. 18. usque ad ducentos aureos concessam donandi facultatem existimauerunt, moti ex l. Sancimus. 34. C. hoc tit. vbi Justinianus laxans donandi facultatem usque ad tercentum aureos donare permisit, non usque ad solos ducentos, ut ante a licebat, & vidit Accurius in l. 5. §. 11. verbo modum, dedoli except. quæ antiqua permisio nulli alij legi, aut Constitutioni imputari potest, quæ Cinciae: quia de nulla alia extat mentio. Quæ sententia recipitur in hac scholæ nouioribus calculis, ideo & nobis gratior est. Sed est notandum Justinianum nō dixisse usque ad tercentos aureos; sed solidos. idem verò est aureus, ac solidus, immo aureus non diminutus dicebatur solidus aureus, ut post D. Isidorum docent Budæus lib. 5. de aſſe pag. mihi 163. Couar. de veter. numismat. collat. cap. 3. §. 2. num. 3. Carranza demonet. 2. p. cap. 3. Bozerus de donat. cap. 13. ex num. 60.

Ab hac moderatione excepit lex Cincia quosdam cognatos, quibus in infinitum donare permisit. Vlpianus d. tit. 1. §. 1. qui locus nihil amplius exprimit, quare eius intellectus, & explicatio petenda erit ex alia valde simili, quæ est lex Iulia repetundarum, ut dixi, quæ Magistratibus urbanis donare permisit, non tamen ob iudicandum, à sobriniis, proprioribusque cognatis, veluti ab uxore, fratribus, & sororibus, l. 1. §. 1. l. Lex Iulia 7. ad l. Iul. repetundar. Ergo idem dicendum erit de lege Cincia. Sanè in domines 17. §. 1. quæ in rānd. creditor. vestigium extat immodicæ donationis in filiam collata: de alijs non dum vestigia obseruantur. De uxore autem dūbitant cum Cujacio viri docti. an lex Cincia sine modo maritis permisiterit donare uxoribus? quia inter virum, & uxorem prohibita fuerat donatio antiquissimis

simis populi Romani moribus. Si ergo nulla donatio, quid est, quod de lege Cincia quare potest? Nihilominus cum ex multis causis inter virum, & vxorem valeat donatio, quae recensentur in l. quod si vir 14. cū seqq. l. inter virum 43. de donat. inter. tunc censendum est locum esse permissione, & laxamento legis Cinciae, ut in illis casibus sine modo, & sine taxatione licet marito in vxorem conferre donationem. Ex quo contra magnum Cujacium d. lib. 6. cap. 18. & Gétilem lib. 2. de donat. inter cap. 11. interpretor textum in l. sed si vir 8. de donat. inter. In quo docet Pomponius, si vir die natali, vel Kalendis Martijs, que matronis dedicatae erant, vxori misericet immodicum munus esse donationem, & per consequens non valere. Respondeo enim, non valere, quia moribus tantum permisum fuit consueta munera dare, ut dicam infra suo loco: ideo qui insolita mittit, in fraudem interdictionis facit, qua ex parte inutilis donatio est, non vero quia sit immoda. Quia lex Cincia de immodis donationibus non spectauit ad eas, quae in uxores conferuntur. Pro illustratione textus videntur inter in Pancirola lib. 2. Thesauri variar. cap. 54. Ræuard. lib. 3. coniectan. cap. 4. Henricus Salmuth in notis ad memorabilia eiusdem Panciroli lib. 1. tit. 64. pag. 346. relatiisque ab Osualdo ad Donell. lib. 3. cap. 12. litt. F. & G.

6. His ergo exceptis personis, non licuit per legem Cinciam ceteris donare ultra ducentos aureos solidos. Ad quam partem alludunt Consulti in l. in edibus 9. §. 1. l. cum de modo 11. hoc tit. in quibus documentur, in modo, in taxatione donationis non computari fructus rei donatae, quia sunt partes accidentales, ut alibi dixi: nisi primo, & principaliter fructus ipsi donati sint; quo causa admodum legis Cinciae computantur. Disputat etiam Modestinus in l. Modestinus 23. hoc tit. an remissio surarum coercetur, si immo-

dicam quantitatem contineat, per legem Cinciam? Et respondet non coerceri: quia genus liberalitatis est remittere usurpas debitas, sed non est donatio. Igitur non spectat ad legem, que de donationibus loquuta fuit. Ita sentiunt Cujac. lib. 15. RR. Modestini in d. l. 23. & lib. 29. qq. Papin. in l. Atilius 27. hoc tit. Gifanius in d. l. 23. Itaque remissio, vel perdonatio debiti non est donatio, nec regulatur per formam datum donationi, ut supra dixi cap. 5.

7 Fuit equidem lex Cincia imperfecta in hac parte, quia ultra modum praestitutum donationes factas non rescidit. Vlpianus d. tit. 1. §. 1. ut notant Cujac. lib. 19. obs. cap. 30. Mendoza lib. 1. de pact. cap. 4. num. 43. & seq. quidquid Hotmanus d. cap. 9. existimat inmodicas donationes per hanc legem ratas non esse. Huic tamen parti acriter opponitur textus in l. ut mihi 21. §. 1. l. fideiussori 24. hoc tit. l. pure 5. §. si eum 5. de dolii except. in quibus quod supra modum legis datum est, reperitur a donatore. Ergo donatio rescinditur per legem Cinciam, in quantum est excessiva. Ergo perfecta lex fuit, arg. ex l. nondubium 5. de legibus. Cujac. ad tit. C. de condic. ex lege, existimat hanc conditionem esse ex l. Cincia; quod si verum est, constat apertius dedisce repetitionem, & sit grauior difficultas contra Vlpianum. Quare mihi non aliud suppetit, quod respondeam, quam dicere ad legem Cinciam varia S. Consulta facta fuisse, ut constat ex illo, quod referat Tacitus lib. 11. & 13. annal. Suetoniusque in Nerone cap. 17. quo legi Cinciæ derogatum fuit in honorario Oratoribus, & aduocatis concessio: ergo forte aliquod S. Consultum dedit donatori repetitionem summae, aut partis donatae supra legis modum, ad quod prædicti textus referendi sunt. Quod ante me placuit viro eruditissimo, & ornatissimo, Archiepiscopalis amplissimi Collegij nobilissimo alumnino, Codicis Cathedræ dignissimo Antecellotri, nunc iusto meritoru

suffragio Regio Fiscall in Pinciana Chancellaria, Dr. D. Ferdinando de Bargas in priuato adhuc commentaria de Lege Cincia, quod humanissime mihi communicauit.

Repetenda vero est doctrina superiori numero preposita pro maiori expositione textus in d.l. ut mihi donares 21. §. 1. hoc est cuius donationis speciem attigi supra cap. 5. Talis est, cum tibi donare vellem, delegavi tibi debitorem meum, qui meo nomine tibi promisit: id est obligatio, qua mihi debitor meus tenebatur, mutata fuit; & caput tibi teneri ex causa nouae obligationis, cui causam desit liberalitas mea ergate. Donatio fuit immodecum id est supra modum à Lege Cincia praestitutum in donationibus, excessit ducentos aureos, qui ardebitum, cuius nomine de legatus fuit debitor, praedicta quantitatem superabat. Quæritur, si donatarius meus, cui delegatus fuit debitor meus, pecuniam sibi per stipulationem promissam exigere velit, an possit à debitore quodam meo repelliri per exceptionem immodecum donationis ex Lege Cincia resultantem? Respondeat Consultus debitori talem exceptionem non competere, quia eius non refert, arg. ex l. loci corpus 4. §. competit 7. si seruit vindic. nihil enim eius interest integrum, vel mihi soluere, vel ei, cui debitor meum delegavi. Note musideo Celsiū non defuisse debitori meo exceptionem, quia nihil eius resferebat, igitur cessante hāc ratione exceptio debitori meo competere posset ex lege Cincia; vel potius ex S. Consultis ad eam factis. Quærit secundò Consultus, si non dum debitor quondam meus pecuniam soluerit ei, cui promisit ex donatione mea immodecum, an vulnus remedium mihi supersit ad rescindendum, repetendum ve id, quod supra legis modum donatum, & promissum fuit? Respondeat competere conditionem incerti: cuius conditionis exitus est,

ut donatarius. Idemque novus creditor acceptum
 ferat meo quondam debitori id, quod excessit quanti-
 tatem, quam lex Cincia donare permisit; rursusq;
 meum quodam debitor promittat mihi illam ipsam
 quantitatem, ad qua per acceptationem donatarij
 liberatus fuit. Quae in eis extitum predictarum condi-
 tionis in obtriido ceterum in similibus speciebus, quae
 versantur in lib. 3 de Iur. dot. b. si quis delegaverit 42.
 donatum. Tandem querit Celsus, quid dicendum
 sit, si debitor natus pecuniam soluerit donatario,
 utrum in milie aliquam actio, repetitiove competat ad
 eoh dicendum quantum supra modum legis do-
 natario. Respondebat, competere conditionem ex le-
 ge Cincia, si de ex Senatus Consultis adicata fuit;
 que eadem condicione est. Quia condicione ex lege
 competit, quae si obligatio aliqua lege introdici-
 tar, nec ciuetur a deinde in lege, quo genere actionis ex-
 peri invidum sit, tamen de conditione ex lege, dixi sup. cap. 72
 propositum. Ecce ubi propter excessum donationis
 rescinditur obligatio, vel repetitur, quod supra legis
 modum donatum est. Igitur quia lex Cincia, quae ab
 initio imperfecta fuit, ad perfectionem redacta fuit
 per Senatus Consulta. Sic enim de hac lege, in qua
 ignorantiam ex parte donatoris praesulisse nec super-
 ponio, nec videtur mihi optuisse supponere, licet sub
 his terminis eam explicare voluerit electissimus,
 elegantissimusque Sectator meus, cuius nomen ex-
 primere cum sententiam eius non sequor; abs re, nec
 etiapi acutum nullum esse: sequitur iesum
 Sequitur iesumdem legis alia pars, quae
 pertinuit ad formam donationum, ne videlicet ali-
 tam esset donatio, quam si traditione aut manu-
 pulatione perficeretur; luxuriamque sequitur cap. 73. Theo-
 desius hoc est modo eiens Cuiuslibet lib. si cap. 18. & q. nouell,
 26. 27. 28. in lib. 14. lib. 15. Et atque in multis locis, Hoc manus de
 donationib. cap. 18. Scipio Gentiliis de donationib. inter. lib.

4. cap. 18. Donell. & Osuald. lib. 5. cap. 2. litt. B. Men
doza lib. 3. de pact. cap. 9. que est s. ex num. 16. Gutherius
de iur. manum lib. 3. cap. 7. Quod idem dicendum
existimode in iure celsione, ut mihi probat dissentus
textus in h. 3. C. Hermagevianode donat. Traditio est sim
plex de manu in manum translatio, mancipatio est
solemnis traditio, quæ siebat per imaginariam vend
ditionem. Dixi supra cap. 4. In iure celsio erat cede
re coram Magistratu iuri, quod quis in re, vel ad rem ha
bet, Vlpianus in fragment. tit. 19. §. in iurecessio. Per tra
ditionem, & mancipationem transferebatur res cor
porales, siue immobiles, siue mobiles. I. si servus 43. §.
I. de Adquir. rer. domin. l. possideri 3. in princ. de Adquin
posseb. Per cessionem vero etiam iura, actiones, &
ceteræ res incorporales, quam corporales donari
potuerunt: veluti ius habitationis, l. in edibus 9. I. Ati
lius 27. l. Lutius 32. hoc tit. colendi agri. l. quia alienum
14. hoc tit. portio hereditatis cedendo iuri, quod quis
ad eam habet, l. hereditatem 23. ff. l. portionem 13. C. hoc
tit. l. 2. §. l. l. vlt. si quis omissa causa testam. l. apud Celsum
4. §. si cum legitima 28. de doli except. Quæ non erit re
rum donatio, sed iuris qualis qualis. Sic actio, quam
aduersus debitorē donator habet, potest donari Ter
tio, videlicet vel per cessionem, vel per delegatio
nem, l. cum debitoris 11. versic. delegationes. C. l. patet 3. 4.
l. vlt. §. vlt. ff. hoc tit. Potest etiam obligatio ipsi debi
tori remitti ex causa donationis per acceptationem,
vel per pactum de non petendo, l. si donationis 18. C. hoc
tit. Sed hæc magis perdonatio est, quam donatio,
vt notauis supra. In summa etiam spes, quæ ad heredes
transire potest, potest, per cessionē donari, l. spem 3.
C. hoc tit. Addendi de rebus, quæ posunt donari, Mo
zzius de donat. tit. de reb. quæ donari pos. Hotman. cap. 8.
10. Eam tamen differentiam conside
rat inter donationem rerum, & donationem iuris;
quod donatione rerum non aliter valere poterat, quam

si singulæ res, distinctæ que donatae, traditæ, vel mancipatae essent d. l. i. C. Hermogen. de donat. cuius pars hodie est in l. cum de bonis 1. 1. C. hoc tit. Eiusque rei vestigium extare cerno in l. Scia 42. de morte. causa donati. Illam enim moram, aut morositatem voluit lex in donando adhiberi; ut cautior donator fieret, propterea existimaret, quid dimitteret, quid ab alieno ret ex titulo liberalitatis; quando vero celebrabatur donatio per cessionem in iure de eo, quod non dum quæ situm erat donatori, sed quæri poterat: sufficiebat cessio absolute, seu vniuersalis, ut in hereditate non dum adira probari potest ex d.l. Apud Celsum 4. §. si cum legitima 28. dedolt except. Multoties vero in iure legimus per vniuersitatem totum patrimonium, vel partem, vel portionem hereditatis acquisitæ donari, ut in l. cum facultates 4. C. de His, qui num. liber. vel pauper. excusat. mer. lib. 10. l. omnes 17. §. 1. Quæ in fraud. creditor. Sed in his, & similibus locis supponendi sunt termini habiles, videlicet singulae res fuisse traditas, quanvis pars honorari donata fuisse. Sic docent Cu-jac. d. l. cum facultates 4. Hormanas de donat. cap. 8.

In sup. 11. In hac parte perfectam fuisse legem Cinciam, irritasque fecisse donationes aliter factas, innuit Vlpianus d. tit. 1. §. 1. Siquidem imperfectam hanc legem appellant, quatenus modum, taxationeque præstituit donationibus. Igitur, quoad formâ traditionis perfecta, fuit, & reliquas donationes, quæ à promissione inciperent, irritas fecit. Quod mihi persuadent duo difficultia. 1. Consultorum testimonia, quæ ad hanc partem refero, sub eruditorum lima, & censura. Primum n' extat, in l. 1. §. cum vendor ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. solu. ad cuius expositionem prius obseruandum est, pignus remitti non solum nudo patro, quando conuenit inter creditorem, & debitorem, ut dilicetur a pignore & sed etiam nitida voluntate, quahodo aliquo ligato coactat, nolle creditorem ius pig-

pignoris retinere, quanvis debitoris voluntas non concurrat, l. si rem 9. §. omnis 3. in fine de pignorat. act. I. soluitur s. quib. mod. pignus vel hypoth. solu. l. maior 23. C. de pignor. l. 2 l. cum te 4 l. creditricem 7. C. de remiss. pignor. Docent Cujac. lib. 19. obs. cap. 27. Pater Molina de Inst. & iur. disputat. 537. & post alios Ioannes Dominicus Gaito de Credito. cap. 4. quæst. 12. noster Arias de Mella lib. 1. variar. cap. 33. num. 5. Ex quo apparet facilius remitti pignus, quam debitum principale: quia leuius indicium voluntatis sufficit ad remittendum illud, quam istud. Debitum quippe principale remittitur ipso iure per acceptilationem; ope vero, exceptionis remittitur per pactum de non petendo, l. 3. §. nunc de effectu, l. non solum 7. de liberat. leg. Acceptatio autem ne dum reciprocum consensum, sed solemnia verba requirit §. item per acceptilationem Inst. quib. mod. tollit. obligat. pactum vero saltem requirit reciprocum consensum utriusque pacientis, l. 1. de partis. Vnde si voluntas adest creditoris remittendi debitum, vera, simplex, & formata; quanvis ad hoc non sufficiat, quia non efficit pactum; cœletur remissum pignus, quia talis remissio illa sola voluntate contenta est. Quod si voluntas deficiat omnino, vel per errorem, vel per dolum, vel aliud accidens, quod causet simpliciter involuntarium: nec debitum principale remissum cœletur, nec pignus; l. debitum 5. de remission. pignor. quam in effectu sic accipiunt, & cum d. §. cum vendor concordant Cujac. ibidem lib. 11. RR. Pap. Conanus lib. 4. com. cap. 19. num. 1. Iul. Pacius legum Conciliar. Centur. 5. quæst. 23. noster Valentia. lib. 3. illustr. tract. 1. de legat. cap. 2. num. 27. omisis glosa, & Scipione Gentili lib. 1. de donat. inter. cap. 21.

12 Secundum hæc principia species textus manifestanda est. Titius vendidit prædium Mænilio centum aureis; quinquaginta statim soluit, de alijs quinquaginta prorogata fuit solutio, fides habi-

ta fuit de dimidio pretij, pro quo iure pignoris totū
 prædium retinuit. Postea verò litteris ademptorem
 missis, id est per Epistolam, illi dimidium pretij dona
 uit. Bona venditoris ad fiscum peruererunt: velut
vacantia, l. bona 4. C. debon. vacant. lib. 10. vel confisca-
ta, admissio capitali criminis, ut supponunt Cujac. &
Valentia, vbi proximè num. 22. & 26. vel alijs multis
 causis, sunt enim plurimæ, ex quibus bona ad Fiscum
 deferuntur. Statim constitit Epistolam non sufficisse
 ad donandum, siue perdonandum pretij debitum
 emptori, & per consequens Fiscum illud perseguiri
 posse, sed an saltem pignus remitteretur ex illa Epi-
 stola apud Papinianum tractatum fuit. Responditque
 donationem, siue perdonationem pecuniae per legem
 inutilem fuisse: pignoris tamen valuisse remissionem.
 Quia illi legi locus non est in pignore liberando, leges
 enim, quæ impediunt donationes, non habent locum
 in remissionibus pignorum; quia donationes non
 sunt, l. & si pignus 18. Que in fraud. creditor. de quo am-
 plius dicam in selectione de donat. inter. Quæ sit hæc
 lex, quæ inutilem fecit pecuniae donationem, varie
 disputant post Accursium, & Classicos in d. §. cum pē-
 ditor. Conanus, Gentilis, & Valentia, vbi proximè,
 Cujac. lib. 25. obs. cap. 18. & lib. 26. qq. Pap. in d. l. & si
 pignus. Ego ex ultimo fuisse legem Cinciam, nō ex qua
 parte taxauit donationes; quia non fecit inuiles eas,
 quæ ultra modum erant; ut notaui; sed ex ea parte,
 qua petiuit traditionem, vel in iure cessionem rei
 donatae; in qua perfecta fuit. Cum enim ageretur de
 donando, aut perdonando pretio debito, necessariū
 fuit aliquod factum ex parte emptoris; alioquin inu-
 tilis fuit nulla voluntas donandi ex parte venditoris:
 factum vero, quod lex desiderauit fuit celsio iniure,
 per quam transferret in debitorem omne ius, quod
 creditor habebat: vel per equipollēs, necessaria erat
 acceptatio, aut pactum de non petendo: quorum
 nihil

nihil interuenit, sed sola voluntas creditoris manifestata per epistolam, quæ nuda est, l. qui negotia 34. ff. mandat. ut ibi notat Cujac tract. 8. ad African. Ergo valere potuit ad remissionem pignoris; sed non ad donationem debiti arg. ex l. an inutilis 8. q. vlt. de acceptilitate.

250 13. Restat tamen probandum, in præd. specie solam nudam voluntatem adesse ex parte venditoris; non vero concurrisse voluntatem ex parte emptoris, & sic pactum de non petendo non potuisse formari: quod ex ipsis verbis textus colligi potest. Primum ex illis verbis: eo defuncto, donationem inutilem esse quibusdam modis constabat. Igitur non ante constitit, quam post mortem vendoris: quia tunc deficiente eius voluntate, sero emptoris concurreret voluntas, quæ pactum de non petendo efficeret. Deinde ex illis verbis: cuius pignoris solutum esse pactum prima voluntate donationis constabat. Ecce meminit primæ voluntatis donatoris, ad remissionem pignoris; ergo denotat expresse, non accessisse secundam voluntatem emptoris ad perdonationem pretij debiti, quæ secunda voluntas efficeret pactum de non petendo. Ex hoc textu deducimus perdonationem debiti utriusque voluntatem requirere, creditoris scilicet, & debitoris: quia licet genus liberalitatis sit, non est propriissimè donatio, sed remissio, quæ debet fieri per acceptilationem, vel per pactum. Ex quo obiter ex duabus opinionibus communibus, teste Stephano Gratiano disceptat. Forens 409. num. 19. placet mihi opinio glossæ in l. Modestinus 23. hoc tit. docentis, in remissione debiti non desiderari insinuationem: quia non est donatio, cui videtur accedere Anton. Faber in Cibecis. Sabiuenda lib. 8. tit. vlt. diffinit 3. quanvis alij aliter distinguant apud Hermosallam in l. 9. tit. 4. Part. 5. gloss. 15. ex num. 5. Laynez ad Ant. Gomez 2. tomo variar. cap. 4. num. 10. Donatio vero, quæ nō est conuenit.

uentio, non requirit concursum voluntatis donatoris, ut substineatur in esse liberalitatis. De quo egi supra cap. 6. nec repetere necesse est. Notemus denique, ex hoc textu donationes per Epistolam non posuisse fieri per legem Cinciam; cum nuda voluntate absque facto traditionis, vel cessionis in iure rata, non essent. Per epistolam vero probatus factas fuisse, & traditionem, vel cessionem intercessisse. Maxime si inter praesentes epistola data sit, vel de adepta possessione constet. Quomodo accipiendi sunt textus in l. quedam 77. de rei vindicat. l. Atilius 27. l. Lucius 32. hoc cit. l. si donatio s. C. eod. l. prædia 48. de adq. posses. l. 2. C. de crimin. Stelonat. vt notat Cujac. lib. 10. RR. Pap. in d. l. 48.

14 Alterum, & apertius testimonium extat in l. purè s. §. si donavi 2. de doli mali, metusque excepto. Proponitur alicui rem donata non fuisse, nec traditam: Igitur nihil actum fuit, quia sine traditione nulla est donatio per legem Cinciam. In ea re, siue in illa area donatarius edificauit conscientia, & non prohibente donatore. Igitur donator retinuit possessionem: quia rei immobilis non amittitur possessio, quanvis ab alio occupata sit donec vetus possessor derelinquit; siue desponeat animum possidendi, l. cl. am possidere 6. §. qui ad nundinas, de adquir. poss. commenitium quippe reputo, quod docuit Accursius in praesenti verbo sciente, scientiam, & non contradictionem pro traditione esse: nisi eo animo fiat, ut dixi alibi. Postquam donatarius edificauit, donator iterum apprehendit detentationem naturalem rei, quod voluit significare Consultus, cum dixit, nactum fuisse possessionem: neque enim illam amiserat. Donatarius petebat edificium conditione naturali, quæ datur contra eum, qui vult locupletari cum iactura alterius, l. perpetuo 6. de condic. ob turp. caſſ. l. rerum 23. rer. amator. quia iniustum est naturaliter ex aliena iactura fa-

Facere comprehendit, l. nam hoc natura i. 4. de condicione indebet. Sic supponendum est: quia rei vindicatio soli domino competit, l. in rem 23. de rei vindicat. & publiciana non competit nisi ei, cui tradita fuit possessio. Exceptis casibus, qui proponuntur in l. 1. §. vlt. cum seqq. ll. de Publiciana. Igitur neutrum remedium in hoc casu competere potuit donatario: ideo illi conditionem naturalem attribuit. Donator excipiebat in factum, nullo iure imposuisse ædificium donatum in area aliena, cum nulla fuisset donatio, & id circa perdidisse impensas, maxime cum ædificij possessionem non retineret, l. adeo 7. §. cum in suo de adquir. rer. dom. §. certè illud constat in s. de rer. diuis. Contra quam exceptionem respondet Consultus datu[m] de do[nato] replicationem donatario: ut donator patiatur tollere impensas: dolo enim fecit, cum sciens pa[ci]us fuit in area ædificari.

H[oc] recte procedunt, & ex ipsa Consulti suppositione: sed videtur alia causa fuisse, ob quam non valuerit donatio iuxta illa verba textus: ego excipiam, quod supra legitimum modum facta est. Igitur ideo non valuit donatio, quod fuit immo[do]ca: non verò quod deesset traditio. Erata plerique censem. Verum negari non potest, traditionem non intercessisse, cuius defectus coiure irritabat donationem. Vnde forsitan contra utrumque caput legis Cinciae haec donationio fuerat: quia immo[do]ca donatione fuit, & quia non interuenit traditio. Quod recte Vlpianus expressit uno verbo, supra legitimum modum. Ad verbum enim supra ita significat excessum, ut denotet etiam idem, quod contra. Sic Cicero lib. 1. epistolar. ad Q. fratrem epistol. 2. dixit. Ecce supra caput homo leuis, ac sordidus, sed tamen equestri censu, Catiens: etiam is lenietur. Significans aduersum fuisse Q. Fratri. Explicauimus ergo rectissime prædicta verba, contra formam, modumque præscripta à lege Cincia. Alioquin, si vacillaret donatione,

ex eo solo, quod immoda esset, valeret usque ad permissam quantitatem, ut supra dixi: nec in totum alienum esset ædificium supra donatam aream impo situm. Sed quia omnino inutilis fuit ob defectum tra ditionis, nullius partis ædificij factus fuit dominus donatarius. Ex qua expositione apparet, hodie no uo iure, de quo infra agam, non posse allegari huius legis decisionem nisi tota donatio nulla sit, & contra formam nouarum Constitutionum.

Hæc pars correcta fuit ab Imperatore Antonino Pio circa filios: constituitque donationes à parentibus filiis factas etiam sine tradizione substineri ex nuda parentum voluntate, l. iuxta 16. C. Theodos. hoc tit. Paulus lib: 4. sentent. tit. 1. §. filiorum. Ex quo apparet, potuisse patrem omne patrimonium suum simplici voluntate in filium con ferre: quia prima pars legis Cincia de modo imposito donationibus, filios non comprehendebat, nec quosdam cognatos, ut supra dixi: & quia secundæ parti, per quam traditio rerum desiderabatur, derogatum fuit per Antoninum, ut ex facto proponitur, in l. cum facultates 4. C. de his, qui etat: aut num. liber. excusat. mer. lib: 10. l. omnes 17. §; 1. que in fraudem creditor. que hoc modo recte etiam accipiuntur, quanuis ex alia suppositione recte etiam accepta maneat: supra num. 10.



CAPUT

CAPUT XX.

*De rescripto eiusdem Antonini Pij, quo
cautum fuit, ne donator conueniretur
in plus, quam facere
possit.*

I **H** EC forma pertinuit ad liberalitates, quæ incipiebāt à promissione. Olim habebat locum in stipulationibus, id est in promissionibus per sollemnem stipulationem factis, post Iustinianū verò etiam in nudis promissionibus, *i.e.* si quis argentum 35. q. penult. C. de donat. hoc sit. Ut sèpè dixi, repetui, nec inculco. Fauor hic, suè priuilegium, quale sit, dislerte exponitur, *in l. in condemnatione 173. de regul.* iur. in qua respectu donatoris, & cæterarum personarum, quibus reuerentia debetur, & eodem iure gaudent, ut conueniantur in quantum facere possunt, nō in plus, hæc regula statuitur: *vt non totum, quod habeat,* extorquendum sit, *sed ipsarum ratio habenda sit, ne egeant.* Id est, non est auferendum totum patrimonium, non est abradenda res cum pulvisculo, ut ait ille: non est vendendum totum patrimonium, ut ex precio redacto tatisfiat creditori, vel donatario: sed relinquendum est donatori, promissori ex causa liberalitatis, id, quod ad vitam, congruamque substantiationem necessarium sit. Pragmatici nostri dicunt, *esse relinquenda alimenta, vt socio omnium bonorum, marito, parenti, patrono, parentibusque patroni, militi armatae militiae, Clerico, suè militi ecclesiæ militiæ, in præclarâ nobilitate constituto;* & alijs ex identita-

te rationis. Quod priuilegium concessit donatori Imperator Marcus Antoninus Pius, ut Vlpianus testatur in l. D. Pius 28. de regul. iuris, l. si extraneus 33. de sure dotum. Constitutio verò per eamdem relationē appellatur in l. Nersenius 41. §. vlt. de re iudicata. Admonendi tamē sumus, Antoninum non rescripsisse specialiter circa donatores, sed etiam circa alias personas, quæ eodem gaudent priuilegio, ut constat, ex l. non tantum 20. de re iudicata. Quod solā exceptione videtur esse contentum: satis enim consultum est donatori, vel promissori ex causa liberalitatis, si possit elidere intentionem donatarii; oppositā inopia exceptione, ut sibi congrua sustentatio referuetur, l. nam 6. de dolo. Nihilominus pinguis est, nam si forte solverit, quod ex liberalitate promisit, & propterea in egestatem redactus sit, conceditur illi actio in factum, ut a donatario repetat ex rebus donatis, quæ sunt vi, cui necessaria. Hanc rationem habet communis Pragmaticorum doctrina, videlicet, donarium teneri præbere alimenta donatori, quando donator in inopiam incidit propter donationem: & si non statim egestatem cœpisset experiri, sed post tēpus. Quæ equidem doctrina verificari potest in donatione maioris partis patrimonij, vel rei valde considerabilis, non in donatione parua, aut rei non admodum precluse. Utuntur etiam ad id fundandum alio non contemnendo fundamento: videlicet, ingratum esse, qui benefactori suo denegat subsidia viæ necessaria, cū illis indigeat. Et cū perueniant ad casum reuocandi omnino donationem, quasi transigunt cum præstatione alimentorum. Quæ sententia admodum mihi placet, eamque latius sublinnet post Glossam in l. vlt. C. de reuocand. donat. verbo voluerit, vbi Baldus Salicetus, & Ripa num. 163. Multi antiquiores apud nostrum Ioannem Lopezium de Palacios Rub. in repetit. rub. §. 70. num. 24. & 25. noster etiam Corduba

de Lara in l. si quis à liberis, §. idem index de agnoscend.
 lib. num. 58. & 59. qui laudat Hypolitum Ruminaldū
 in §. 1. inst. hoc sit. latè de hac quæstione differentem
 dicentemque opinionem, quam substatim, esse
 æquam, & rationi conformem: & Philippum Cor-
 neum lib. 1. consl. 120. num. 3. & 5. qui fatetur, ab illa
 se non ausurum recedere in decessione causatum. Iu-
 lius Clarus lib. 4. receptar. sent. §. donatio, quest. 21. num.
 3. ubi in simili refert se ad notata eodem lib. verbo fædum
 quest. 23. Petrus Surdus omnium latissimè de alimen-
 tit. 1. quest. 48. à princip. vsq; ad num. 20. strictimque de
 donatario omnium bonorum post Giurbam decis. 5.
 ex num. 19. D. Salgadus in Labyrinth. credit. 1. part. cap.
 24. num. 108. & seq. Guillelmus Onciacus qq. Acade-
 micar. lib. 2. quest. 38. num. 4. docens, multo melius
 posse donatorem, quasi virtute retentionis, ante re-
 rum donatarum realem traditionem, licite, & libe-
 rè quasdam alienare provisū necessario, & alimen-
 tis. Noguerol allegat. 14. num. 39. & 40. qui allegat
 Castagnam in tractat. de beneficio deducto ne egeat, quest.
 12. ex num. 16.

2. Rescripti ratio est, quia iniquus esset do-
 natarius, qui donatorem suum vellet spoliare omni-
 bus bonis, omniisque substantia, periclitarique ex li-
 beralitate, ut Tryphonius meus dixit; in l. ne libera-
 litate 50. iuncta l. antecedenti de re indicata. Non est fe-
 rendus primus diligens, exactor acervus, & credi-
 tor contumeliosus, l. si bene 3:3. de usur. Multo vero
 minus tollerandus est, donatarius crudelis, l. si extra-
 neus 3:3. de iure dor. Verum creditorem appellavit
 Paulus in l. ex heredatum 49. de resid. eum, cui ex com-
 mutatiua causa debebatur, veluti ex mutuo, vendi-
 ditionibus, & similibus: ut illum opponeret donata-
 rio, cui ex causa liberalitatis promissum fuit: quasi
 huic debeatur ex causa non admodum necessaria; vt
 contentus sit eo, quod possit modestè exigere; nec

velit ad vivum resecare. Prima uia ergo causa semper inspicienda est, licet ita noua accedit, ut nostro beneficio locus detur. Ideo qui liberalitatis causa promisit, licet denuo constituat, se soluturum, tantu conuenitur, in quantum facere potest, l. qui id quod. 33 hoc tit. Et quanuis in solidum condemnetur; tamè cum ad exactionem peruenitur, per actionem iudicati, eodem modo excutiendus est: semper enim durat vetus causa debēdi, quæ fuit liberalitas, l. Nensennius 41. §. vlt. dere iudicata. Notant Petrus Faber, Jacobus Gothofred. & alij in d. l. D. Pius 28. deregul. iur. Stephanus Gratian. tomo 3. discept. 509. ex num. 9. D. Ioannes de el Castillo, tomo 6. controvers. cap. 155. ex num. 1. D. Salgad. in Labyris 3. part. cap. 11. ex num. 84. ad hanc illam In aliquibus tamè causibus cessat hoc priuilegium. Dicamus in primis generaliter, tantu habere locum in persona donatoris, cui reverentia debetur. Cessat ergo in persona heredis, l. sciendum 25. dere iudicata. Heredis vero nomen, quanuis filios soleat significare, ex facto 17. §. si quis ita 8. de condic. & demonstrat. in præsenti tamè significat heredes extraneos, ut etiam in l. maritum 12. l. quia tale 13. soluto matrimoni. Filius enim, qui patri heres extitit, non minus succursus debuit, quam donatori ipsi, l. etiam 18 eod. tit. Generaliter etiam notandum est, cessare priuilegium in hoc, quoties is, qui illo gaudere intendit, dolo fecit, quoniam possideret; inopi quippe, & egenti succurrum est, non fraudulentio, vel bonorum suorum occultatori, l. si quis dolo 51. de re iudicata. In specie vero cessat, quoties res ipsa donata actione intermititur a donatario contra donatorem, qui illam possidet. Hypothesis extat, deciditurque, in l. Nensennius 41. §. fundum 1. de re iudicata. Donauit quis fundum per cessionem in iure, per quam fundi dominium traxit in donatarium retentâ possessione, ut in l. Seis 42. demort. causa donationib. dixi
 ali. e addi

*s*uperiori cap. agens de lege Cincia. Donatarius iure
Ciuli dominus effectus vindicabat suum fundum à
possessore, vt in l. in rem 23. de rei vindicat. ibi, vel iure
Civili. Possessor erat donator; qui tueri se volebat ex-
ceptione, ne conueniretur, nisi in quantum facere
posset. Respondet Paulus, non posse priuilegio se
defendere; quia pulsatus rei vindicationis iudicio,
non conuenit tanquam donator, sed tanquam pos-
sessor, l. officium 9. de rei vind. l. vnic. C. de alienat. iudicij
mutandi causa facta. Quærerit postea de fructibus per-
ceptis ex fundo; docetque pro extantibus in solidum
esse condemnandum; quia eadē actione petuntur;
eodemque iure, quo petitur fundus, l. item veniunt 20.
§. fructus de petit. heredit. cum similibus. Possidet quip-
pe illos, & tanquam possessor conuenitur: & quod
magis est, quantumuis sit inops, non est dignus fau-
ore; quia si fundum statim restituisset, non pericli-
retur, iungendus est text. in d. l. ne liberalitate 50. de re
iudicata. Notemus, pro coniunctis fructibus non
idem dici; quia non petuntur vindicatione ipsa, qua
petuntur cum fundo fructus extantes: petuntur verò
condictione, l. mala fide 3. C. de condic. ex lege. Cui con-
dictioni locum fecit donatio fundi, cui accedit fru-
ctuum donatio, l. in edibus 9. §. 1. hoc tit. de donat. Ergò
pro consumptis tenebitur actione personali, vt do-
nator, non vt possessor. Igitur in consumptis gaudet
priuilegio: itaque fructus, qui ipsius congruae
substentationi cesserunt, non extorquebuntur avarè
à donatario. Quid verò dicendum est, si consumpsit
malā fide, malo animo; non vt se aleret, sed vt fructi-
bus fraudaret donatorem, quem iam iniurium habe-
bat? Tunc in solidum condemnandus erit: quia dolo
desist possidere; & per hoc pro possidente damnatur,
d. l. si quis dolo 5 1. de re indicata, iuncta, l. is qui dolo 6 9.
cum sequentib. de rei vindicat. Hæc est sententia text. in
quo de perceptis ante, vel post litem contestatam
nullam

nullam mentionem invenio; sed tantum proposi-
tam distinctionem in extantes, & consumptos.
Illa quippe verba, si statim restituisset, tam possunt re-
ferri ad instas celebratae donationis, quam ad instantes
litis contestatae. Nihilominus omnes fere Classici,
docent fructus ante litem contestatam perceptos,
(nec extantes) non debere, usque ad Cujac. lib. 14.
qq. Pauli in d.l. 41. §. 1. Qui tamen lib. 17. Digestor. Iul.
in l. qui sine 63. de regul. iur. docet extantes, & si percep-
ti sint ante litem contestatam, restituendos esse. Cui
postrem sententiae accedere videtur Emund. Me-
rillus lib. 1. variant. ex Cujaci cap. 46. Et videtur com-
muniior opinio, ut apparet ex notatis a Peregrino de
fideicommissis art. 49. pricipue ex num. 141. Cum enim
Paulus tantum releuet fructibus consumptis donato-
rem; consumpti post litem contestatam, extantes de-
bent censeri: quia talis debet restituire, qualis erat
tempore litis contestationis, l. si fundus 31. dreb.
credit. l. 2. l. videamus 38. §. si actionem de usur. Et sic
frustra ab illis cuperet releuari. Ut explicemus illa
verba, si statim restituisset, cum pullatus in iudicio fuit.
Quae sententia mihi ad rationem iuris iaceat magis placet. Hic locus videtur opponi doctrinæ pro-
posita supra num. 1. posse, nempe, donatorem a dona-
tario alimenta exigere, & per actionem in factum
deducere de re donata. siquidem in solidum excati-
tur conuentus actione in rem. Facile tamen respon-
detur, non quemvis donatarium teneri donatorem
fauimus; nec ex quacumque donatione resultare
talem obligationem; sed ex ea, quæ considerabilis
est, & quæ causam dedit in opia, ut post multos a se
laudatos docet Diana 8. part. resolut. moral. tract. 6. re-
solut. 55. Quæ propter optimè stat, egeredonatorem,
& damnari nihilominus in solidum. Quid in modo, nec
in hoc textu negatur, posse iudicem ad modum do-
nationem redigere; si viderit propter eam inopia
pe-

periclitari donatorem: cum doceamur in §. vlt. eiusdem l. in solidum condemnatum posse gaudere beneficio rescripti in exequitione sententiae, si egestatis exceptionem opponat. Accipienda ergo est decisio textus in casu communis rei vindicationis: sed adhibenda, admittendaque est specialis limitatio, nisi talis sit fundus donatus, ut propter donationem illam, in paupertatem donator detrusus sit. Exposui hunc §. in tract. Academico defructib. num. 99. ferè eundem sensum retinens; nisi quod supposui cum Antiquioribus fundum traditum fuisse, & solenniter mancipatum: nunc verò dico, translatum fuisse eius dominiū per cessionem in iure; per quam res datur, retenta possessione, ut alibi dixi. Quæ suppositio nunc videtur mihi opportunior, & concinnior litteræ Pauli.

* Alius casus, in quo priuilegium cessat, proponitur, in d. l. Nensennius 41. in princ. de re iud. Quando donator, qui donare volebat Titio, delegatus fuit per donatarium, ut alij promitteret; promisitque de qua specie egisuprà cap. 5. ex num. 8. Quæritur, si à creditore, cui per delegationem promisit, conueniatur, an in solidum condemnandus sit? Nec simplicitè proponitur quaestio, sed per varias species; veluti si donatarius delegauit, ut alij promitteret, ex causa donationis? Velsi, qui vxori donare volebat, promiserit viro dotis nomine? In his omnibus casibus quæritur, utrum donator in solidum excutiendus sit? Respondetque Paulus, in solidum esse condemnandum sine auxilio beneficij. Ratio est, quia non conuenit a donatario, sed a Tertio, qui respectu donatoris extraneus est, l. 2. §. idem iuris 3. cum seqq. hoc tit. l. si quis delegauerit 12. de nouationib. Comparat ergo hunc donatorem, conuentum a Tertio, heredi extraneo, qui nō gaudeth hoc beneficio: vel fidei usori, cui etiam exceptio in opia non suffragatur,

tur, l. exceptiones 7. in princ. de exceptionib. Hæc secundum ius strictum, siue in re iure dicenda sunt. Secundum quod ius consultur per obliquum donatori, contra eum, cui donatum volebat; & per actionem in factum ab eo repetit totum illud, quod per exceptionem posset retinere ad congruam substantiationem, si a donatario ipso conueniretur. Hunc sensum esse existimò illorum verborum: licet is, qui ei delegatus est, id est donator, poterit uti aduersus eum, scilicet remedio per viam actionis, cuius nomine promisit, qui est donarius, cui delegatus donare volebat. Cui similis est maritus; maximè si constante matrimonio petat. Ordo ergo est, ut donator a Tertio in solidum excutiatur, quia eius respectu extraneus est: donarium vero conueniat, ut sibi resarciat, quod ab extraneo seruare non potuit oppositâ paupertatis exceptione. Rursus donarius Tertium, cui ipse delegado donavit, pulsabit secundo iudicio, ut sibi reddat, resarciat, quod intulit donatori. Faciamus eumdem ordinem in constitutione dotis. Maritus solidum consequetur a donatore, qui non sibi donatum voluit; sed vxori: donator conueniet vxorem, ut sibi restituat, resarciatque quanto plus soluit marito. Vxor maritum adiget per iudicem, ut sibi reddat, quod donatori impedit. Secundum hoc ius respondit Paulus ad consultationem sui Apollinaris. Verum omnes istæ ambages refecatae fuerunt faciliori expeditione. Cautumque ut donator ipse posset opponere Tertio illam in opere exceptionem, quam posset opponere donatario: quia successor ex causâ lucrativa ijsdem exceptionibus repellere potest, quibus auctor suus posset repellere, l. apud Celsum 4. §. si quis autem 29. iuncto §. de auctoris 31. deducili mali metus que except. quem exposui d. cap. 5. num. 9. Auctor Tertij est donarius, qui posset repellere. Igitur, & Tertius repellendus erit. Si vero Tertius creditor esset donatarij, cui ex causâ onerosa delegatus

tus fuit donator, non posset repelli, quia nec donata-
rius, quidquam à Tertio posset repetere, l. si quis dele-
gauerit 1.2. de nouat iuncta; l. repetitio 4.4. de condic. in-
debiti. Secundum hanc æquitatem Vlp. in l. si extraneus
3.3. de iure dotium, supposuit potius, quam decidit, ma-
ritum non debere esse nisi sollicitum, in excusien-
do donatore, qui sibi dotem promisit, quem non
posset conuenire, vltra quam facere potest. Ea vide-
licet ratione, quia licet causa dotis censeatur one-
rosa respectu viri, qui sublinet onera matrimonij, l.
pro oneribus 20. C. de iure dotium. Respectu tamen do-
tantis liberalis fuit, & maritus suppositus fuit in lo-
cum eius, in quam liberalitas conferebatur: quare
eadem exceptio, quam contrâ vxorem habebat, co-
petit donatori contrâ maritum. Non est novum,
nec in iure reputatur antea omnia, quod alter Consul-
tus strictum agendi ordinem proponat, & rigorosum
cursum negotij: alter vero effectum intueatur, &
refecatis ambagibus, quid faciendum sit simplicius
doceat. Ex epli. cum eximio Cujacio dedi lib. 2. Opus-
tulor. sect. 2. cap. 4. num. 3. Quod huic interpretationi
valde quadrat. Aliter utrumque textum acceperunt
Cujac. lib. 1.2. obseruat. cap. 17. Antonius Faber, lib. 2.
coniect. cap. 13. & forsam aliter laudati à Genoa, qui
antinomiam notauit, in lib. legum concil. pag. mihi 722.
Quibus cum disputare instituti nostri ratio non finit.
Noster vero intellectus, licet alijs principijs innita-
tur, non multum distat ab eo, quem in fine relectio-
nis præbuit Donell. in d. l. Nensennius 41. sub lib. 27.
commentar.

Sequitur speciale quoddam ius, quod li-
bro singulari de iure singulari notauit Iulius Paul. in l. ma-
ritus 5.4. solut. matrim. quoad hoc priuilegium inter
donatorem, & ceteros, qui eodem priuilegio gau-
dcent, ne conueniantur vltra quam facere possunt. Vi-
delicet respectu donatoris, prius deducendum esse

Omne æs alienum, quod debet creditoribus ex causa necessaria, non ex causa liberalitatis: respectu vero cæterarum personarum non esse faciendam distinctionem inter creditores; quia omnium æqua conditio creditorum est. Quæ differentia inuenitur quoque in l. qui ex donatione 12. hoc est l. inter eos 19. d. is quoque de re iudicata. Proptèr quam Paulus in l. ex heredatum 49. in fine eod. tit. dixit, pingius esse hoc beneficium respectu, & ratione donatoris, quam cæterarum personarum: rationemque adiicit Tryphoninus noster in l. seq. Ne liberalitate suâ inops fieri pericitetur. Sed videamus, in quo consistat ius hoc singularissimum, quod Paulus sub lib. de iure sing. nobis notatum reliquit? In eo consistit: ut si contra filium exheredatum, vel contrâ nobilem agitur, aut contrâ cæteras personas, omnes creditores concurrunt; omnium creditorum ratio simul habetur: & habitâ omnium ratione, consideratur, ne egeat debitor: id est debitoris ipsius ratio habetur. Igitur relinquetur debitori minus subsidij: assignabuncur debitori parciora alimenta: decrescunt enim alimenta præstâda debitori, quanto magis crescit numerus creditorum. D. Salgadus 1. part. Labyr. cap. 24. ex num. 117. At vero si agitur contrâ donatorem, omnes veri creditores ex causa commutatiua, & necessaria prius deducunt, quod sibi debetur. Quod postmodum superest, consideratur, & ex eo prius deducitur quantum opus sit, ne egeat donator, superfluum vero relinquitur donatio. Notemus etiam aliud singulare inter promissionem ex causa liberali factam, & inter donationem veram, propriamque quæ incœpit à traditione. Donatio propter veteres veros creditores, quibus obligatione personali obligatus erat donator, non rescinditur, nisi fraudis consilio facta sit. Dixi supra cap. 8. num. 12. Promissio, vero, ex causa liberalitatis facta, non præiudicat veris anterioribus creditoribus, d.l.

d.l: & exheredatum 49. de re iudicata... Patet: quia si vult
 donatarius exequi obligationem, prius omne æs
 alienum deducitur. In summa promissio talis, com-
 paratur legatis, quæ non debentur nisi ad vires patri-
 monij deducto ære alieno, l.i. §: Marcellus, al. qui
 quadringenta 3. cum seq si cui plus quam per leg. Falcid. l. i.
 §. si is qui quadringenta 17. & seq ad S.C. Trebell. Hæc
 sunt, quæ incasudonationis, quæ nostra prouincia est,
 circà rescriptum Antonini, quod eas in exitū refor-
 mavit, & ad modum reduxit, notanda censui: post
 Gagnolum, Petrum Fab. Gothofred. & alios, qui cō-
 mentaria ediderunt ad tit. de regul. iuris, in d. l. D. Pius
 28. & relatos à D. Solorzano 2. tomo de iure Indiar. lib.
 3. cap. 11. num. 66. & seqq. In cōmuni verò de eodem
 rescripto, aut priuilegio multa, multosque adducunt
 Gregor. per text. ibi: in l. i. tit. 15. Part. 5. Canonistæ
 vsque ad Barbosam, & Praeceptorem nostrum, quon-
 dam iuris Pontificij meritissimum Primarium, nunc
 Regni Galliciæ doctissimum, spectabilissimumque
 Senatorem D. Doct. D. Antonium de Graña Nieto,
 qui exactè de illo agit in commentario cap. 2. de solution.
 Petrus Surdus de alimentis tit. 1. quest. 88: Petrus Bar-
 bosa in l. maritum 13. solut. matrim. Ioannes Gutierrez
 de iuramento confirm. 1. part. cap. 16. & 17. Eaeza de ino-
 pe debitore cap. 17. noster Pichard. in §. ult. in fl. de aet. &
 2. part. manuduct. ad praxim §. 9. D. Salgadus 1. part. La-
 byrinthi cap. 24. Extatque & frequenti manu hodiè
 teritur priuata charta, sed doctissima, plenis-
 simaque de personis, quibus hoc priuilegiū
 conceditur magni, & illustrissimi Præ-
 ceptoris mei D. Ramos, ex qua
 cupio ut huius tractatus.
 cognitio desu-
 matur.

CAP. XXI.

De forma data donationibus à Constantino, & sequentib. Principibus, & maxime de insinuatione.

I **C**ONSTANTINVS, qui Imperatorū piissimus, liberalissimusque fuit maxime erga Ecclesiam Dēi, quam coluit vt Matrem, & Magistrā, vt notatum relinquō *suprā cap. 13. ex num. 17.* fuit, qui magis liberalitatis cohibuit, vt forsan nimiae restrictionis possit notari. De cuius rigore multum remiserunt sequentes Cæsares, vt in medio virtutis permaneret facultas donandi. *Quorum constitutiones enarrare cura fuit Cujacio, & Gifanio in l. donationes 25. & in l. Sancimus 34. C. hoc tit.* Hotmano *in disput. de donationib. cap. 1. 8. & 9.* D. Ferdinandο de Mendoza lib. 3. *disput. de pact. cap. 9. quæst. 5. num. 16.* Non parc am nihilominus labori, & ad integratrem tractatus, referam, & ipse ordine singulas, non sine aliquo incremento post tantos Interpretes.

² **C**ONSTANTINVS ergo in primis retinuitius ex lege Cincia, vt non aliter rata esset rerum donatio, quam si res singulae traderentur, manciparenturque. Deinde voluit, vt super donatione instrumentum conficeretur, quod contineret nomen donatoris, donatarijque & rei donatae; & vt aduocarentur vicini, & multi testes, qui posse testificari poscent super regesta. Tadem voluit, vt insinuaretur qualibet donatio, quantumlibet minima, & inti-

intimaretur coram iudice, l. 1. §. in conscribendis, C. Theod. hoc tit. Quam postremam de insinuatione partem imputat patri suo Constantio, qui cum Gallerio imperauit, in l. 1. C. Theod. despon salib. Ipse vero constituit ad occurrentum fraudibus, ut insinuatio fieret coram iudice domicilij, l. promulgatum 3. C. Theod. hoc tit. Coniunctissimis personis remisit necessitatem traditionis, ut dixi supra cap. 19. sed non remisit necessitatem insinuationis, l. data 5. C. Theod. l. data 26. C. Iust. hoc tit. Merito, quia traditio ad maiorem deliberationem, & ad exactius indicium iudicij desideratur: qui affectus erga personas necessarias, & coiunctissimas vel supponendus est, vel presumendus, arg. ex l. rem alienam 10. C. de legat. Insinuatio vero occurrat fraudibus, quae magis metuenda sunt, quanto magis sunt coniunctae personae, ut notauit Cujac. in d. l. 26. & al Paul. lib. 4. sent. tit. 1. §. filio, & lib. 20. obseruat. cap. 2. Hæc continentur in d. §. in conscribendis. Addamus nunc aliam conditionem, quæ donationi adiecit idem imperator in l. 2. C. Theod. eod. tit. de donationib. confirmaruntque Constantius, & Constans filij, in L. à venerabili 6. codem titulo, & Codice, cum lege seq. scilicet, ut non aliter valeret, quam si a donatario expresse acceptata fuisset. Notemus quatuor cautelas a Constantino inductas. Primam, ex veteri lege Cincia retinuit, de traditione, mancipatiōneque singularum rerum. Secundam, ut conficeretur de donatione instrumentum. Tertiā, ut insinuanda esset. Quartam, ut ante acceptationem non valeret. Videamus modo, quid, & quæ arte sequentibus constitutionibus reuocatum fuerit.

3 In primis Tribonianus, qui ex anterioribus Codicibus miro ordine, & summo cum iudicio suum composuit, referens d. l. 1. in l. donationes 25. C. Iustin. hoc tit. & de insinuatione agens adiecit hæc verba: ubi hoc leges exposulant, per quæ fatis constat de-

buit,

buit, non quamlibet donationem, insinuatione indi-
gere. Deinde referens d.l. 2. quæ loquitur de accepta-
tione int. si quis 26. C. cod. tit. totam illam clausulam
amputauit, in qua olim sanciebatur, debere accepta-
tionem intervenire. Notemus, ex iure Codicis Theo-
dosiani sublatum fuisse requisitum acceptationis per
Compositores Codicis Iustiniani; ut hoc argumen-
tum præbeamus ultra proposita supra cap. 6. quibus
euincere intendimus iure Romano, quod hodiè in
eius libris prostat, non fuisse necessariam acceptatio-
nem, ut perfecta esset donatio in esse liberalitatis.
De qua specie tacitæ reuocationis dico sequenti cap.
num. 6.

4 HONORIUS, & THEODOSIUS reti-
nuerunt, & explicarunt ius Constantini. Primo circà
rerum traditionem constituerunt, vt res verè esset
tradenda; nec sufficeret tradere per modos fictos, ve-
luti retinendo usum fructum, vel precario rogando à
donatario, l. donationes 8. C. Theod. de donat. Huic par-
ticulari derogarunt ijdem Cæsi: in l. seq. sancientes,
vt reteatō usufructus esset pro traditione. Quarè
Tribonianus, qui abrogatas constitutiones suo Codi-
ci non inseruit, hanc postremam tantum retulit, in l.
quisquis 28. C. hoc rit. Deinde de iudice competenti
ad insinuationem sanxerunt, vt quæ donatio fieret
Constantinopoli, vel in vetere Roma, insinuaretur
apud Magistrum census. Hic erat Primus officij cen-
sualis, apud quod officium conficiebantur, seruabanturque publica instrumenta. Cuius fit mentio, in l.
orphanotrophos 32. l. repetita 41. C. de Episcop. & Clericis,
l. testamenta 18. l. consulta 23. C. de testament. & ibi Go-
thofredus Paacirola in notitia Imperij Orientalis cap. 14
Lipsius ad Tacit. lib. 5. annal. annotat. 6. Si verò fieret
in prouincijs, vt insinuaretur coram Praefide, si in ur-
be matrice celebraretur: vel apud Municipales Ma-
gistratus, si in illo opido fieret, quod per illos regere-
tur.

tur. Hi sunt, qui solent Duumviri appellari, de quibus Cujac. lib. 1. Pauli ad edictum, in l. ea quæ 26. ad municipal. & in l. 55. C. de decurion. Scipio Gentilis, lib. 1. de iuris dict. cap. 32. Petr. Pithœus lib. 2. aduersarior. cap. 18. Suarez de Mendoza lib. 1. ad leg. Aquil. cap. 2. sect. 5. Vel apud defensorem plebis, si copia Duumvirum non esset in loco. Ita ut insinuatio fieret, vbi sita esset res donata. Hæc in d. l. donationes 8. Quæ constitutio in Codicem Iustiniani relata non fuit; quia alia forma placuit.

5. THEODOSIVS, ET VALENTINIANVS in l. in extraneos 29. C. Iust. hoc tit. derogarunt iuri Constantini sancientes, vt scriptura non esset necessaria, nisi de ea conficienda inter partes conuenisset. Quo iure vtimur, vt in cœteris negotijs, de quibus in l. contractus 14. C. de fide instrum. 9. 1. insl de empt. & vendit. Extat hæc constitutio integrior in l. si donationis 8. C. de sponsalib. in qua hoc amplius contrâ Constantini sanctionem statuerunt, vt non quævis donatio, sed quæ excederet ducentos solidos, insinuatione indigeret. Non tamèn hæc pars traducia fuit ad Codicem Iustiniani; quia maior summa praestituta fuit nouioribus constitutionibus.

6. LEO PRIMVS in l. in hac sacratissima 30. C. hoc tit. recoxit Honorij, & Theodosij constitutionem circa iudicem competentem, apud quem facienda esset insinuatio. Videlicet, vt Romæ, & Constantinopoli, fieret coram Magistro census: quod prædicti Cæsares sanxerat. In prouincijs vero posset fieri ad arbitrium donatarij vel coram Præside, vel coram Magistratibus municipalibus, vel coram Defensore. ANASTASIVS in l. secundum 32. C. hoc ebd. tit. ea:ndem constitutionem confirmavit poena adiecta aduersus transgressores: quarè eius constitutio cum præcedent coniungenda est.

7. ZENO in l. donationes 31. C. hoc tit. derogat.

gauit iuri Constantini, in quantum vicinos, multos. que testes exegerat: sanciens, vt quæ sub instrumēto publico siebat donatio, testibus non indigeret, si in actis insinuanda foret, quià summam permillam, id est ducentos solidos, excederet. Substulit etiam necessitatem testium de illa donatione, quæ insinuatione non indigens, coram tabellione celebrabatur, & in instrumento à tabellione confecto. Testes verò iussit adhiberi in illis donationibus, quæ siebant sine scriptura, & sine insinuatione.

8. IVSTINIANVS verò, vt nouam plerumque, sic magis absolutam formam tribuit donationi. Quam referam. In primis in l. si quis argentum 35. g. pen. C. hoc tit. contrà caput legis Cincie, & constitutionem Constantini sanxit, vt sine tradizione, nuda promissio ex causa liberali facta efficax esset. De quo dixi *soprà cap. 5. & 6.* Deindè circa summam sanxit in l. Sancimus 34. C. eod. tit. vt usque ad trecētos solidos non esset necessaria insinuatio, amplians Theodosij, & Valent. constitutionem, cuius memini *soprà num. 5.* Quam si excederet donatio, valeret usque ad permissam quantitatē: siue in pecunia fieret, siue in rebus. Quod ius, quidquid diffiteatur Gifanius, lege etiam Cincia obseruabatur, & eo vtimur, vt cum multis docent Cancerius lib. 1. variar. cap. 8. ex num. 1. D. Salgadus in *Labyrinthe* 2. part. cap. 4 ex num. 44. D. Olea de *cess. iur. & action. tit. 8. quest. 1. num. 15.* Idemque seruandum statuit, si multæ donationes in unum, eundemque donatarium eodem tempore conferrentur ab uno eodemque donatore; securus vero si fierent diuersis temporibus; quiā nō sunt coaceruande, sed ligillatim considerandæ, vt magis valeant, quiā vt pereant, d.l. 34. g. vlt. quem ita explicant Classici usque ad Gifanium *ibidem.* Clarus lib. 4. sentent. verbo donatio quest. 17. Gutierrez de *iuram. confirmator. 1. part. cap. 7. num. 17.* & alij apud Hermo-

mos illam in l. 9. tit. 4. Part. 5. glossa 1. ex num. 29. Deinde in l. si quis pro redēptione 36. §. vlt. C. eod. tit. circa summam etiam, extendit quantitatē permīssam ad quīngentos solidos, quæ est constitutio post Consulatum Lampadij, & Orestis, emissā post compositionem Codicis; qua propter derogat anterioribus; & l. illud 19. C. de sacro sanct. Eccles. qua cautum fuerat, ut donatio permīssa esset in fauorem piorum locorū usque ad quīngentos solidos; cum iam quālibet donatio usque ad eam sumnam sinē insinuatione possit fieri. Et iuri Constantini derogans, per quod omnes omnino donationes insinuari debebant, sanxit, ut donationes causa mortis insinuatione non indigeret, l. vlt. C. de mortis caussa donat. iuncta l. donationes 24. C. de donat. inter. de quibus alibi ex professō dixi. Exemit etiam à necessitate insinuationis, illas donationes, quas ante nuptias maritus futurus conferbat in uxorem minorem vigintiquinque annis, nec patriæ potestati subiectam, l. vlt. §. 1. C. de iure dotium, quod prius, ut videtur, sanxerant Theodos. & Valent. in l. minoribus 17. C. dedonat. ante nupt. Sed Iustinianus in nouella 127. cap. 2. indistinctè porrexit ad omnes donationes, quæ uxoris lucro cedunt: ius sit verò ut insinuatione indigerent, quæ cederent lucro mariti. Item donationes quaslibet pro redēptione captiuorum, sinē insinuatione valere statuit, l. quis pro redēptione 36. C. hoc tit. Et in Græca constitutione sine auctore, quæ extat in libris Gothofredi, in l. qui sua 39. C. de Episcop. & Cleric. cauetur, ut donatio rerum mobilium facta monasterio ab ingrediente religionem valeat sine insinuatione vsq; ad quamcunque summam. Tandem donatio collata ab Imperatore in priuatum, velecontrā gestis non indigere statuit, nouella 52. cap. 2. vnde extrahitur auth. item, & priuatis C. hoc tit.

LEO PHILOSOPHVS nouella sua 50. constituit,
Ddd 2 vt

ut donationes quæcumque quæ coram tabellione fierent, non indigerent insinuatione. Sed ius Leonis parum viguit etiam apud ipsos Græcos.

ALPHONSVS SAPIENS *in l. 9. tit. 4. Part. 5.*
 ius Iustiniani ferè per omnia imitatus fuit. Nisi quod sanxit, ut donatio facta Ecclesiæ, hospitali, aut pio loco non indigeret insinuatione; ita exponunt verbum *sine charta* pater Molina de iussit. *& iure tract. 2. disp. 279. versic. his tamen.* Clarus d. verbo donatio *quest. 17.* Hermosilla cum alijs *in d. l. 9. glossa 12. num. 1.* licet aliter exponant Gomez *2. tomo var. cap. 4. num. 10.* Fontanella de *pact. nuptial. clausula 4. glossa 21. part. 2. num. 19. & seqq.* Et quod insinuatio facienda sit coram maiori iudice prouincia, vel loci; non coram magistratibus municipalibus. De quingenitis solidis institueram tractatum edere; sed serio opus ingressus compervi, maiori paraturæ ei opus esse, quam possim in præsenti adotnare: quarè consultius duxi ab eo abstinere. De quo & alijs questiōnibus ad hanc de insinuatione materiam spectantes adiri poslunt Gomez *ubiproximè*, & relati ibi à Laynez *num. 7.* Donell. *lib. 4. commentar. cap. 19.* & ibi Osuald. *litt. B.* Molina, & Addentes *lib. 2. de primog. cap. 8. ex num. 14.* Farinacius *in nouissimo repertorio de contract. quest. 23.* plurimi etiam, quos fo-

llitā sedulitate adducit doctissimus

Olea *in predicto tract. tit. 4.*

quest. 3. num. 12.



CAPV T XXII.

De donationibus ante, & propter nuptias, & reliquis contemplatione matrimonij celebratis.

TRACTATVS hic, quem aggredior, cæteris, qui in superioribus manent expositi, utilior est, si Pragmaticorum controversias, de eoque frequenter agitatas quæstiones intueamur, qua propter Auctores nostri latissimis commentarijs illum exornant. Verum pro diuersis prouincijs iuribusque municipalibus, diuersa Regnorum praxis est; quare vniuersaliter in singulas praxeis singularū prouinciarum inquirere longius, curiosusque eset, quam ex re vestra. De praxi apud Germanos egerūt Hartmanus Pistor quæst. 14. lib. 1. & Collegium Lyp-sense in subiecto consilio apud ipsum, aliisque innumeris apud Henricum Bozer. in tract. de donat. cap. 4. cum 4. seqq. Scipio Gentiliis lib. 4. de donat. inter. ferē per totam. Apud Gallos Boerius quæst. 22. & 165. cum alijs relatis à Iul. Claro, & Additionatoribus lib. 4. sentent. 6. Donatio quæst. 11. Apud Italos est etiam de eadem re locupletissimus tractatus apud relatōs ab Antonino Diana 8. p. resol. moral. tract. 6. de donat. resolut. 25. & seq. & resol. 29. & resol. 126. Apud Nos vero latè examinatur quæstio de his speciebus donationum ab Ant. Gomez, & cæteris Classicis in l. 50. Tauri, Ioanne Matienzo, & Azeuedo ad tir. 2. lib. 5. Compilat. Joanne Lopez de Palacios Rubios, Didaco Couarr.

patre Molina, patre Thoma Sanchez, Ioanne Petro Fontanella, Iacobo Cancerio, & alijs innumeris infra referendis. Nos vero breuiter enucleabimus, quid de Iure Romano censuerimus, simulque de iure nostro; ita ut nec intactam relinquamus materiam, nec tot Auctorum scrinia compilemus: praxique indulgebimus aliquid, qua præcipua dote indiget hæc donatio. Reservauimus autem postremo huic loco; cum, quia nulla pars vniuersi tractatus nostri est, quæ magis regulata sit per Constitutiones, aut ius positivum, quam hæc, quam in praesenti suscipimus discutiendam: tum, ut ex ea appositè transitum faciamus ad singularem librum *de donat. inter.* qui statim sequitur. Quibus prefatis rem ipsam aggrediamur.

2. De donationibus ergo ante, & propter nuptias acturus, prius opportet percurrere omnes species donationum, quæ sunt contemplatione nuptiarum; ne ludamus in ambiguo; quia cum perspicuitas in enodando iure summe necessaria sit, nulla est pars, quæ maiori claritate indigeat, ut comprehendatur, quam hæc in praesentiarum à me suscepta. Quædam ergo donatio est facta a sposo, vel ab eius consanguineis sponsæ futurarum nuptiarum, & in honorem postea contrahendi matrimonij; pura tamen & absoluta; quæ statim dominium transfert statimque valet, cu[m] uia sine villa reservatione, pacto, aut conditione. Hæc donatio cognita fuit iure Digestorum, ut patet ex l. 1. §. 1. hoc nos strit. de donat. l. si sponsus s. de donat. inter. l. si ante 8. cum sex ll. seqq. C. de donat. ante nupt. cu[m] alijs, quas adduco cap. 2. huius tract. De qua donatione nihil aliud dicere conuenit, quam diximus de donationibus ab extraneis in extraneos collatis. Et in tantum pura, & absolute fuit, ut licet postea matrimonium non sequeretur, donatum repeli non posset. Quid probatur dilectè ex l. 6. tibi

tibi 11. C. de donat. ante nupt. Vbi manet quantumvis matrimonium contrahi non posset imperfecto ab hostibus sponso , & ex l. & filie 10. anteced. in qua idem respondetur , licet ex quacumque causa nuptiae postea celebratae non sint. Sed huic parti. poste a dero, gauit Constantinus in l. cum veterum 15. C. eod. tit. cum qua apud Nos concordat textus in l. 3. tit. 11. Part. 4. Sanciens , ut quaevis donatio in sponsam collata ab sponso , vel ab ei necessarijs personis concinatur facta sub conditione , si nuptiae sequutae sint , quibus non sequutis donatori repetitio detur. Quae est l. 2. de Sponsalibus in C. Theodos. De qua constitutione latius infra erit agendum. Docent , & prædictam Iuris Veteris , & Constitutionis Constantini differentiam agnoscunt post Antiquiores , quos refert Anti Gomez in l. 50. Taurinum. 2. Palacios Rubios in rubr. de donat. inter. §. 3. num. 5. breuitèr Couarrubias 2. p. de matrim. cap. 3. §. 7. num. 14. Matienzus in rubr. tit. 2. lib. 5. Compilat. glos. 3. num. 2. pater Molina de Inst. & iur. tract. 2. disp. 290. in princ. pater Sanchez lib. 6. de matrim. disp. 1. num. 1. & disp. 18. num. 2. Pichard. in d. §. est & aliud num. 3. Osuald. alijs laudatis , ad Donell. lib. 14. cap. 9. litt. A. Cujac. in paraphrasi ad tit. C. de donat. ante nupt. in princ. breuitèr , ut & Scipio Gentilis lib. 4. de donat. inter. cap. 16.

3. Sed quod nostri Interpretes non valde curant , distingueda est , & olim fuit ab hac donatione missio munerum solemnium , quæ intuitu nuptiarum sponsus , vel procul mittebat sponsæ , vel pactæ . Solemnia munera nuptiarum solent appellari nuptalium , l. inter donum 194. de V.S. de illis etiam agitur in l. complures 12. §. cum tutor 3. l. tutor 13. §. vlt. de admin. tut. l. 1. §. sed & si munus 5. detut. & rat. distract. & multi ex professo de his muneribus multa commentatur , quos addaxi 2. cap. huius tract. principalis . Hec ergo missio munerum sollennium etiam ante

antè Constantiū tacitam, & inhibitām habuit conditionem, si matrimonium sequutum fuisset. Quod probatur ex l. 2. C. de donat. ante nupt. ubi hæc munera matrimonio non sequuto repetuntur ab eo, qui ea missit. Ratio olim differentia fuit, quia hæc munera nullam aliam causam habebant, quam nuptiæ, & ideo nuptalitium dicebantur trahentia nomine ab ipsa causa. Quare nuptijs non sequutis condicebantur, quasi causa non sequuta. Ut de dote ab uxore, vel ab alio eius nomine tradita dixi lib. 2. Opusci sect. 2. cap. 3. Donatio vero simplex facta à sponso habet pro causa finali liberalitatem, & munificientiam l. 1. §. 1. hoc tit. & pro impulsu matrimoniū futurū quare statim, & ante contractas nuptias perfecta dicitur in l. cum te g. Et in l. si mater 12. C. dedonat, antenupt. prout condistinguit ab illa donatione, cuius effectus confertur in tempus, quo iam celebratum est matrimonium, & ideo non valet; l. quod sponsæ 4. C. eod. tit. vt dico in eod. tract. de donat. inter. cap. 1.. Defectus vero causa impulsu non vitiat actum, vt notatur, in l. cū tale 72. §. falsam de C. & D. Semel tamē sequuto matrimonio existimo perfici donationem munerum, quasi impleta conditione, quam expectabat; nisi specialiter pactus fuit sponsus, vt quouis modo etiam per diuortium dissoluto matrimonio, munera missa ad se reueterentur: quem sensum esse existimo text. in l. sic um. ante 7. C. de donat. ante nupt. Ex quo apparet seclusio præd. pacto munera apud vxorem renianere, licet sua causa, & per diuortium separatum sit matrimonium.

Hæc munera à pragmaticis vocantur vestes, & jocalia, apud Nos dicitur joyas, y donas. De quibus mox actu i sumus. Disputant circa hæc Doctores Forenses, vtrum donata nuptiarum tempore à consanguineis viri vxori efficiantur vxoris, vel viri. Existimo vxoris fieri, quo casu eius fierent ab

ab ipso viro donata: parui enim refert, an à viro, an ab eius consanguineis contemplatione viri detur. Ut cum multis tenet Azeued, *in l. 4. tit. 2. lib. 5. Compilat. num. 17.* Quando vero ea mulier non lucratur, de quo casu infra acturus sum, non dubito quin ad maritum spectent, non ad ipsam uxorem: quia donata contemplatione mariti ab ipso marito profecta censemur, ut fuit originalis doctrina Bartholi *in l. sed si plures 10. §. in adrogato num. 4. de vulgar. eamque contra Alciatum tenent Rollandus à Valle lib. 1. conf. 10. ex num. 8.* Iul. Clarus *lib. 4. sent. verbo donatio quæst. 10. in princ. Tobias Nonius Conf. 91. ex num. 6.* Farinacius *in nouiss. repert. de contract. quæst. 52. num. 5.* quam etiam videtur sequi Gothofredus *in l. cum te 9. iuncta l. si mater 12. C. de donat. ante nupt.* Disputabant etiam pragmatici, utrum vestes, & monilia pretiosissima censeantur donata, an tantum uxori ad usum concessa, ut ornatior ad virum traduceretur arg. *ex l. si vi certo 5. §. interdum ff. Commod.* & quidem Menochius *de arbitrar. casu 218. arbitrio iudicis discernendum remittit, Clarus vero d. quæst. 10. ex modo donandi vult, ut dignoscatur, an sit animus donandi, vel in usum tantum coedendi.* Sed Andreas Gaillus *lib. 2. obs. cap. 91. ex num. 2.* Henricus Bozer. *in tract. de donat. cap. 9. ex num. 7.* censem in dubio donatas vide ri propter munificentiam, quam eo tempore exercerent libenter sponsi. Quæ opinio apud Nos receptissima est, *ex l. 52. Tauri d. l. 4. Compilat.* quæ pro donationis reputat indistinctè omnes res ab sponso traditas, & ita sine distinctione docent Gomez ibi, *num. 4. Azeued. in d. l. 4. num. 21.* Gregorius *in l. 3. tit. 11. Part. 4. & alij.*

5 Post hæc commodissimè de arrhis videndum est, & ut de iure Romano priùs aliqua dicatus, arrha dicitur pignus, *ut in l. unica C. si recto prouinciae:* quia in fidem, & sponzionem contrahendi

hendi matrimonij tradebatur. Dicebantur etiam
 sponsalia, d. l. unica, l. i. C. si nuptiae ex rescripto petant.
 qui titulus in C. Theodos. ita legitur, si rector prouincie
 sponsalia dederit. Notat Couar. cap. 1. de sponsalib. num. 5
 non vero fuit res, aut quantitas destinata, quæ no-
 mine arrharum traderetur. Quod enim hodiè mo-
 ribus Christianis terdecim dentur numismata in
 signum despensationis, quæ paracho cedunt, non
 sponsæ; prouenit ex nouioribus Europæ institutis,
 vt pervidit Brissone lib. sing. de rit. nup. in princ. Quæ
 numismata, quanuis arrharum nomine insignian-
 tur, ad hanc inspectionem non spectant: potuerunt
 forte originem, aut similitudinem trahere ab illis
 tribus Attilibus, quos apud Gentiles præsertim Roma-
 nos, de patris domo sponsa secum deferebat ad
 domum mariti alterum in pede, alterum in manu,
 tertium in sacciperio, primum donabat marito, se-
 cundum Dijslaribus sacrabat, tertium in compito
 recondebat, teste Nonio, verbo *nubentes*, à quo
 post Costanam notauit Gothofredus in tit. C. de spon-
 salibus. Idcirco concors sententia est, rem quamlibet,
 vel quamlibet pecuniaæ quantitatatem nomine
 arrharum dari potuisse, vt exempli causâ de ancilla
 data nomine sponsaliorum, idest arrharum doce-
 mur in l. vlt. C. de ingenuis manumiss. de annulo in l. si
 donatae 36. §. vlt. de donat. inter. quæ pro arrha recte su-
 munt, qui hanc sententiam defendunt Scipio Gentilis
 lib. 4. de donat. inter cap. 12. præceptor noster D. Ni-
 colaus de Castro prælect. 3. Salmanticensi §. 24. Vbi
 alios laudat. Ex quo inspecto iure Romano sublineri
 non potest Bartoli, & Abbatis opinio, qui censebant
 arrhas excedere non posse dotis quantitatem: nulla
 enim Constitutio est, quæ secundum ius illud talem
 modum præcribat, ut docuit Couar. de matrim. cap.
 3. §. 7. num. 11. vbi etiam pro certo statuit, & recte
 non à promissione, sed à traditione incipere debui-
 se;

se; quod supponitur, in l. si quis officium 38. de rit. nupt. l. arrhis 3. l. mulier 5. C. de sponsal. innuiturque in Nou. Leonis 18. Quare ex ultimo scripturam, aut instrumentum factum super donatione arrharum; non respicere ad obligationem contrahendam ex parte viri, vel sponsi, qui illas dedit, & tradidit; sed ad obligationem iam contractam ex parte vxoris futuræ circa arrharum restitutionem, de qua statim sum acturus, & ita accipio text. in l. Contractus 17. C. de fide instrum. Itaque donatio arrharum in tempore, quo siebat in rebus, quarum siebat, non distinguebatur ab alijs sponsalit ijs largitatibus; sed tantum in intentione: idcirco non aliter arrharum nomine res censebatur donata, quam si id nominatim inter sponsos actum fuisset, ut docet Ant. Gomez in l. 50. Tauri num. 12. Vtrum vero hæc donatio reciproca olim fuisset ex parte sponsi, & ex parte sponsæ dilputant. Audores nostri: Veteres, à quibus non dissentit Couar. ubi proxime, tenent reciprocam esse solitam: quod ex nullo textu mihi probant. Quare contrariam sententiam veriorem iudico: nempe tantum ex parte sponsi solitas intercedere, quam præferunt Hormanus de donat. cap. 5. num. 16. Cujac. lib. 4. obs. cap. 20. Scipio Gentilis d. lib. 4. cap. 12.

6 Sed prosequamur adquisitionem, & restitutionem arrharum. In primis sequuto matrimonio vxor illas sibi retinebat iure proprio, & in quemcumque casum: uno tantum excepto, forsam posterioribus Constitutionibus, quando habens ex priori matrimonio filios ad secunda vota transiit: quo in casu contenta solo usufructu quoad vivat, omnem liberalitatem, quam à marito accepit, tenetur referuare filiis ex priori matrimonio procreatis, quibus vitricum paravit, l. fæmina 2. l. hæc dicit ali. 6. C. de sec. nupt. Notat Ant. Gomez in l. 14. Tauri ex num. 3. pro cuius materiae illustratione adeundi sunt

Molina, & Addentes lib. 2. de Primogen. cap. 10. & num.
 59. Farinacius in repertor. de Contract. quest. 51. Tauri-
 stæ in l. 15. Matienzus, & Azeued. in l. 4. tit. 1. lib. 5.
Compilat. Quod si matrimonium sequutum non fuit,
 multiplex obseruatio fuit ex iure Romano. In pri-
 mis si mors sponsæ disrumperet spem sponsalium,
 arrhæ restituebantur marito futuro; quod si sponsus
 decederet, propter cuius obitum nuptiæ sequutæ nō
 sint, redibant arrhæ ad heredes, si filij escent, pater,
 matervè; nō, si escent extranei, l. 2. C. Theodos. de spon-
 sal. quæ est l. cum veterum 15. C. de donat. ante nupt. in
Iustiniani C. Sed prout hodie extat, non legitur ver-
 sicul. vltimus, in quo proponitur præd. distinctio.
 Vnde appareat secundum ius Iustiniani non obserua-
 ri: nam tacitè derogata fuit, ex quo verba illa non
 fuerunt relata, ut in specie notant Cujac. in paraphrasi
 ad tit. C. de sponsal. noster Castro d. prælect. 3. §. 24. num.
 69. videnda sunt alia exempla eorumdem tacitarum
 derogationum C. Theodosiani apud Cujac. ad Paul.
 lib. 5. sentent. tit. 9. §. 2. Osuald. ad Donell. lib. 20. cap. 5.
 litt. R. Ex quo apparet ex mente Iustiniani omnimo-
 do arrhas esse restituendas, si casu matrimonium se-
 quutum non fuisset, l. arrhis 3. C. de sponsal. Quod de
 casu mortis diximus ad alios similes extensum fuit:
 veluti si propter iustam causam poti sponsalia ve-
 nientem, vel antea non cognitam, matrimonium
 sequutum non fuerit; redundunt quippe arrhæ, nec
 vlti alij pœnar locus datur, l. mulier 5. versic. his C. de
 sponsal. qui versic. repetitus extat in l. si legibus 16. C.
 de Episc. aud. Ibi iultæ causæ referuntur, & ingressus
 religionis alterius ex coniugibus pro iusta causa ad-
 ditur à Iustiniano in l. sancimus 53. §. vlt. l. Deo nobis
 56. C. de Episc. & Cler. quæ repetitur in Nou. eiusd. 22.
 cap. 5. Nou. 117. cap. 2. Nou. 123. cap. 39. & Nou. 140.
 cap. 1. de quârum illustratione pulchre agit noster
 Castro ubi proxime num. 68. addendus Bellarminus

1. tomo controuers. lib. 2. de Monachis cap. 35.

Controuersum etiam fait, utrum possent arrhæ ab sponsa retineri, quando matrimonium celebrari non potuit ob impedimentum iuris? & quidem si ignari contraxerunt sponsalia, vel spōsa ignorauit impedimentum, nullam pœnam substituet, sed simplas arrhas restituit: quod si sciuit, & nihilominus sponsalia contraxit, pœnam patitur, de qua postea acturus sum, quia sibi debet imputare, cur illicita contraxerit sponsalia d.l. mulier s. Cum vero in ea non decidatur, cui applicandæ sint pœna, & arrhæ, existimant Cujac. Giphan. & Gentilis caducas fieri, & fisco applicari: sed videnda erunt, quæ dicto de dote caduca in tractatu de donat. inter cap. 3. Excipienda tamen sunt nuptiæ ille, quibus impedimento est ratio potentatus, præsidatus, aut tutelæ; in quibus virginis prouincialis, aut pupillæ parcitur, quia censentur seductæ, vel concusæ, l. Præfectus 63. de rit. nupt. l. vlt. de leg. 1. in his receptum est, ut si contractis sponsalibus, postea in matrimonium ducere nolit, possit sponsa arrhas retinere, sibi lucri facere, l. vñica C. si rector prouinc. ibi: Sed extrinsecus data pignora lucrativa habeat, si eam non potest reddenda. Ecce loquitur de sponsa, quæ retinere potest arrhas, & cui dat potestatem eas non reddendi præfecto, qui ea tradiderat; igitur pignora hæc lucratur sponsa. Cui ex dicto metro videtur opponi textus in l. si quis officium 33 de rit. nupt. vbi in eodem casu permittit, non celebrari matrimoniū, quod non potuit celebrari inter dicentibus principum mandatis, sed de pignoribus sic respondet Paulus. Arrhistant ammodo redditis. Ergo sponsa eas non lucratur. In qua antinomia compendia mirum est, quam Auctores nostri de fatigati sint. Véteres putarunt text. digestoram corrigi per legem Codicis, quam sinceram esse veritatem modello confessus fuit Cujac. lib. 4. obs. cap. 22. Per con-

trarium Genoa breuitè admodum, & remissiū
 lib. L. Conciliat. pag. mihi 811. nihil contrarium in
 his textibus reperi admodum reliquit: quod cum
 manifestare debuisset, non fecit. Cytillus græcus
 Scholiastes, quem sequuntur Cujac. ubi proximè, &
 noster Castro d. 24. num. 68. ad fin. Intellexit d. l.
 38. de omnibus quibuscumq; officialibus, quibz per
 mandata interdictum est vxores ducere ex prouin-
 cia, in qua officiū gerunt, de quibus agens in cōmuni
 Paulus voluit, vt nec matrimonium sequeretur, sed
 redderentur arrhæ à sponsa. Imperatores vero lo-
 quentes specialiter de maioribus magistratibus sta-
 tuisse, vt arrhæ retineantur. Et sic priorem legem
 generalem esse; posteriorem vero specialem, & sic
 generi per speciem in sua specie derogatum fuisse
 existimat. Sed hæc ratio conciliandi pugnat cum
 postrema parte, d. l. vnicæ, in qua idem statuitur de
 Alioribus, Comitibus, & domesticis magistratuū.
 Quare Brisionius de iur. Connub. col. mihi 274. magis
 generalem existimat fuisse, d. l. vnicæ quam ius anti-
 quum; si quidem veterē prohibitionem extendit ad
 eas, quas memorauī personas. Qui fidenter nimis
 existinat posse præstare vtriq; loco verū intellectū,
 fid. l. vnicæ accipiatur de ea sponsa, quæ cum præside
 matrimoniani defacto contraxit; Paulum vero de
 ea, quæ ante contractum matrimonium recelsit à
 sponsalibus, vt illa lucretur, hæc restituat arrhas præ-
 fidū. Quam Brisionij solutionem fassam esse aperit
 dicit Cujac. in paraphrasi ad tit. C. si rector prouinc. &
 quanāis non indicauerit veram rationem, facile ex
 verbis text. colligitur, cum loquatur de spōsa, patre
 vñ, qui mutarunt voluntatem. Ergo matrimonium
 sequutum non fuit. Denique Hotmanus lib. 2. ami-
 cab. cap. 11. quem sequuti fuere suppresio nomine
 Cujac ubi nuper, & expressio Scipio Gentilis d. lib. 4.
 cap. 12. textum Pauli recipiunt de necessitate reddē-
 da-

darum arrharum, quam remissam esse volunt perd.
I. vnic illis verbis, si et non per reddenda: quasi urba-
nius sit arrhas reddere, quam auarè eas retinere. Sed
hæc animum non explent; quia sic inducitur prioris
textus correctio, quanvis velatè proponatur.

8. His ita relectis, vel insuper habitis,
videamus, si quid nobis aptius exit ad viriisque loci
veram expositionem, quam non perfundoriè quæ-
sui. Ad quod animaduerto, Præfectus non fuisse in-
terdictum Iponsalia contrahere cum mulieribus suæ
prouinciæ; sed matrimonium celebrare. Quod do-
cemur in l. 38. iuncta l. eos 65. derit nuptiæ notant
Brisonius, Gentilis, & Castro proximè adducti, &
Cujac. lib. r. diffinit. Pap. in l. prefectus 63. eod. tit. De-
inde obseruandum est lege Iulia de mariti ordin. da-
tum fuisse præmij loco his, qui sponsalia contraxe-
rant, ut censeantur maritati, excusenturque à poe-
nis cælibatus, si maturauerint nuptias, illas contrahē-
do intra biennium, ut indiffinitè tradit Suetonius in
Augusto cap. 34. expressius de biennio loquens Dio-
Casius lib. 54. histor. in gestis anni 736. cuius mentem
optimè expresſit Ioannes Zonaras lib. 2. annal. non
procul à fine, idèoque verba referam. Quia nonnulli in-
fantibus sibi desponsis, cum fraudem legi facerent, præmij con-
iungum fruebantur: sanxit, ne qua sponsalia rata essent, nisi
post bienium nuptiæ celebrarentur. Iustæ vero causæ
protelabant, & differebant tempus bienij, quæ refe-
runtur à Caio in sepe 17. de sponsal. Notant Cujac. lib.
16. obs. cap. 35. Brilon. derit. nuptiæ in princ. & de iure
connub. etiam in princ. Lyspius ad Tacit. lib. 3. annal. an-
notat. 45. cap. 3. Balduinus de L. Papia pag. 78. Ia-
cob. Gothofredus in 4. fontib. iur. Ciuit. subead. L. pag.
274. & 320. Magnus, & Illustriss. præceptor meus
D. Ramos ad easdem LL. 1. p. cap. 1. num. 2. & 3. Inter
quas necessarias causas existimò esse administratio-
nem in prouincia alicuius potestatis, si forte cum
oriun-

oriunda sponsalia contraxerit: quia in matrimonii coire non potuit obstantibus mandatis Principiū.

⁹ His possitis non difficulter perspicitur utriusque textus intellectus. Paulus enim expreſſe ſupponit, Præfectum sponsalia contraxisſe cum oriūda; quod minimè prohibitum erat: poſt depositum verò officium voluisse matrimonium celebrare, quando iam nulla extabat prohibitio d. l. 65. vel quia finiuit administratio ante biennium, vel quia bienniū in longius tempus productum fuit propter necessitatē officij: & cum iam eſſet in ſtatu habili, (vt ſic dicam) ſponsam nuptias recuſaſſe. In hoc caſu reddit arrhās, & nullam aliam pænam patitur; quia forte concula fuit, vel eſſe potuit in ſponsali- bus contrahendis. At verò Cæſares in d. l. vn. lo- quuntur de ea (vel eius patre, aut tutoř), quæ cum tempore administrationis cum Præfecto deſponsata eſſet, durante Præfectura reſiliuit à ſponsalibus; quam lucrifacere arrhās, ſi voluerit, conſtituerunt: vt ſic maior libertas eſſet recedendi à ſponsalibus, nec ſper- randi in illo habitu matrimonij: itaque quaſi præ- mío proposito inuitarunt ſponsas, vt recederent, nec expeſtarent tempus; quo administratione finiretur, vt ſic metu amissionis arrhārum deterreantur Præfecti à prohibitis matrimonij, cum viderent impunè fruſtrari poſſe ſponsalia, imo & cum lucro ſponsarū. Dicendum ergo eſt mediam viam elegiſſe Cæſares non prohibentes ſponsalia, quæ anteā permitta erant, ſed cohibentes affectus Præfectorum, ne de facili, & cum aliquo metu amissionis arrhārum illa celebra- rent. Nihilominus permisſerunt, vt matrimonium illud contrahi poſlet poſt finitam administrationē; quia tunc abſque terrore, & concuſſione celebrari cognouerunt, maximè præd. cautela amissionis ar- rhārum propoſita. Ex quibus liquet utriusque textus non contrariam, ſed diuersam eſſe ſpeciem. A quorū ex-

Expositione antequam abeam, noto Paulum I. Consultum mentionem arrharum fecisse in sponsalibus; nec facile credo Hotmano d. lib. 2. amicab. cap. 1 i. docenti veteres I. Consultos nostras arrhas nuptiales non agnouisse. & ob id imputanti Triboniano verba illa Pauli in d. l. 38. arrhis tantummodo redditis, multo enim verius est tempore Pauli, & Anteriorum in usu fuisse, ut decuit Gentilis d. lib. 4. Sed quia nullum testimonium affert illius temporis, quo expresse conuincatur Hotmanus, nō granabor in medium proferre locum Apulei, in quem incidi, & lib. 1. metamorphos. aurea, vbi verba refert, quæ Cupido ad Psychem proluquutus fuit de sorore. Ego vero sororem taam, & nomen, quo tu censeras, aiebat, arrha, atque his nuptrijs coniugabo. Ecce expressa mentio extat de arrha nupciali. Apuleius vero natus postremis temporibus Adriani floruit, scripsitque sub Antonino Pio, & M. Antonio Phylosopho, & Lucio Aurelio Vero, quos Diuos fratres Consulti appellare solent, fuitque Iuliani discipulis suppar, vt cum eura peruerit Petrus Colvius in vita Apuleij, quam ante eius opera dedit. Alij alia similia testimonia investigabant, vt nos pergamus.

10. Agendum ergo superest de his, qui datis, acceptisque nuptialibus arrhis, sine causa à sponsalibus recedunt, nec matrimonium inire volunt. Vetera constitutione, cuius Auctorem ignoro, foemina, quæ post sponsalia celebrata nuptias inire recusabat, arrharum quadruplo plectebatur. Id est restituzione arrharum, & triplo. Cuius constitutionis sit mentio in l. patris 5. C. Theodos. de sponsal. l. unicas rector prouincie spons. dederit in eod. C. Quam poenam Leo, & Anthemius reduxerunt ad duplum, id est ad restitucionem arrharum, & alterum tantum l. mulier 5. C. de sponsal. Olim etiam pupilla, si maior decennio delapsata erit eadem pena multabatur,

quam subsidiario remedio à tutoribus curatoribus
ve seruare poterat; d. l. pratri s. poste à verò immunis
à pœna facta fuit, d. l. mulier s. olim vero & hodie
parentes, qui pro filia arrhas accepissent, pœna pre-
dicta afficiuntur, cum in eorum potestate sit (loquor
de iure Civili), filias nuptui collocare, vel non col-
locare, ut ex eisdem textibus manifestatur. Sponsus
verò per quem stetit, quominus matrimonium ce-
lebraretur, arrhas traditas amitterebat, & eodem
quadruplo sponsæ applicando multabatur, ut suppo-
nitur in l. vnic. C. Theodos. si inupti ex rescripto petantur.
Sed ex præfata constitutione Leonis, & Anthemijs,
vers. que omnia amissio arrharum iniuncta fuit, & al-
terius tantæ quantitatis refectio. Licet tamen qua-
drupli pœna abolita fuisset, tamen ex conuentione
partium potius ad usum reduci, si ita inter ipsos cō-
ueniret, ut quadruplo teneretur, qui ab sponsalibus
recederet d. versic. que omnia: sic enim abrogata fuit
vetus Constitutio, ut valeret, si contrahentibus pla-
cuisset. Et haec fuerunt legitimæ pœnæ statutæ aduer-
sus eos, qui fidem in sponsatibus datam frangerent,
notant Cujac. Giphān. & Gothofred. in d. l. s. in fine,
& alijs supra laudati; ultra eas alias ex voluntate par-
tium imponere non licet, quia contenti esse debe-
mus pœnis in legibus comprehensis, I. stipulatio 19.
de V. Q. ubi notatur. Et quia matrimonia libera de-
bent esse, nec metu pœnæ adstringi, l. Tnia 134. eod.
tit. Docent Cujac. lib. 11. R.R. Pap. in l. ex parte 121. §.
1. eod. eit. & ad tit. C. de sponsal. & in multis obserua-
tionibus, quas refert Gothofredus in d. l. mulier s. in
fine. ubi Giphān. Couar. de matr. d. cap. 3. §. 7. num. 7.
& §. 3. num. 6. Molina lib. 2. de primogen. cap. 13. à
primo. ubi Addentes multos referunt. Ex qua ratio-
ne confutata manet Nov. Leonis 18. per quam affe-
ctavit præd. iuri derogari.

11 Nunc de arrhis dicendum est ex nostro ro-
iure,

iure, & in primis animaduerto has; quas de iure cō-
 muni exposuimus, apud Nos non frequentari: posse
 tamen aliquid paruæ, vel magnæ quantitatis arrha-
 rum nomine dari ad fidem fangiendam matrimo-
 nij, & olim à Rege Legionensi datum fuisse suppo-
 nitur in cap. & si necesse de donat. inter. quam donatione
 arrharum potius fuisse, quam dotem existimo, vi-
 dendì sunt Roderic. Suarez tit. de las arrhas, ex num. 4.
 Palacios Rubios in rubr. de donat. inter §. 24. num. 2.
 Valascus Consultat. 4. num. 13. & pro vera historiæ
 textus cognitione legenda est erudita, & culta selec-
 tio culti, & eruditæ togati Archiepiscopalis maxi-
 mi Collegij acerbo fato, & immattro nuper præ-
 repti D. Emanuelis de Villalusso, quam typis man-
 dauit. Aliam verò formam apud Nos acceperunt in
 tantum, ut Alphonsus Sapiens in l. 1. tit. 11. Part. 4.
 & in l. 7. tit. 18. ead. Part. & in l. 3. tit. 15. Part. 6. dixe-
 rit arrhas apud Nos idem esse, ac donationem prop-
 ter nuptias, & sic appellari. Quæ tamen expositio
 analogica est, & impropria: multum enim adhuc iu-
 re nostro distat inter donationem propter nuptias,
 & arrhas. Itæ quippe sunt, quæ dantur in præmium
 virginitatis, & pudicitiae, l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori Le-
 gum, l. 50. Tauri, l. 2. tit. 2. lib. 5. Compilat. notant,
 differentia inque obseruant Couar. d. cap. 3. §. 7. ex
 num. 12. Ant. Gomez in d. l. 50. num. 9. & 12. Valas-
 cus consultat. 2. Villa Diego in l. 6. tit. 1. lib. 3. Fori In-
 dic. vulgo del fuero juzgo, num. 16. possuntque vel sta-
 tem donationis titulo tradi, vel in ipsi tabulis nup-
 tialibus promitti, quod plerumque fit, ut ex ipsis
 textibus constat. Sed apud Nos a multis retro actis
 sacerulis arrharum nomine dari, promittiue non po-
 test vltra decimam partem bonoram sponsi, adeo,
 ut quæ excedit promissio ipso iure in excessu non
 valeat, cui legi renuntiari non potest per sponsum;
 adeo ut tabellio, qui scriplerit renuntiationem pri-

uetur officio d.l. 52. Tauri, taxationem hanc accep-
tam fecimus Recensuido Gothorum Regi Ara
689. anno Christi 651. in Hispano C.est d.l. 6.tit.1.
lib.3. Fori Iudic.in C.verò Latino, quem edidit Fri-
dericus Lindembrogius est, l.5.eiusd.tit. & lib. Sed
noto in nostra lingua arrhas appellari, quam dicunt
dotem à marito vxori datam verba latina d.l. 5. in
qua de arrhis nulla est mentio. Ut ex hac nota magis
firmetur intellectus, quem præstidi d. cap. & si necesse
de donat. inter.

I 2 Ex iure Vetere Gothorum vxor post
contractum matrimonium sibi arrhas lucrabatur, l.
6. latina eiusd. tit. quæ etiam de dote vxori data lo-
quitur, & præcipit ut pater, mater, fratres ve puellæ
dotem exigant à marito, & illam vxori reseruent, &
sóluto matrimonio restituant. Idem præcepit lo-
quens de arrhis, l. 7. Hispana eiusd. Fori, & tit. cum qua
concordat, l.3.tit.2.lib.5. Fori Legum. Sed hodie non
obseruatur: quoniam constante matrimonio mari-
tus retinet arrhas promissas, & traditas vxori, & ea-
rūm fructus lucrifacit; vnde meritò notat Villa Die-
go post alios in d.l. 7. eas Leges per non usum, siue
per contratuum usum abolitas esse. Ante matrimo-
nium verò non lucratur eas, sed dimidiam partem
retinet per osculum, l. 4. d.tit. 1. lib. 3. Fori Iudic. l. 5.
tit. 2.lib.3. Fori legum l.52.Tauri, l.4.tit.2.lib. 5. Com-
pilat. In quo à iure cōmuni recessum fuit, nihil enim
tale in arrhis per ius Rom. receptum fuerat, sed tan-
tum in sponsalitia largitate. Sed ius nostrum utram-
que donationem confudit.

I 3 Circa computationem decimæ partis bono-
rum inspicitur tēpus, quod vxori utilius sit, vel pro-
missionis, vel mortis. Anton. Gomez in d.l. 50. Tauri
num. 13. Roderic. Suarez tit. de las arrhas num. 10.
Ayora de partit. 1. p. cap. 7. num. 18. Matienzo in l.2.
tit.2.lib.5. Compilat. glos. 2. num. 5. Palacios Rubios in
repet,

repet. Rubr. de donat. inter, §. 24. num. 2. Sed hæc doctrina non est indistincte intelligenda, ut ignari calculatores faciunt, sed quando qui arrhas promisit, expressè utrumque tempus respexit, promissionis, vel futurum, de bonis superlucratis, ut dicunt Auctores prædicti. Et cum alijs pater Sanchez de matrimonio lib. 6. disput. 29. maxime num. 5. Accidit tamen aliquando, ut qui arrhas promittit, bona libera non habeat, sed tantum maioratu*m* subjecta; quo in casu fulet dubitari, quomodo ineundus sit valor bonorum? respondetur redditus annuos reducendos esse ad estimationem censu*m* vitalitij, & ita est facienda computatio. Veluti hodie censu*m* vitalitij estimantur ad decem pro centumi: si ergo possessor maioratus habeat in redditibus mille, censemur in proprietate habere decem millia; & sic poterit promittere redditus integrlos vnius anni: sic iuxta diuersitatem temporum accipienda est doctrina Antiquorum, quos refert, & sequitur Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 41. cuius doctrinam confirmant ibi, Addentes cum patre Sanchez d. lib. 6. disput. 31. num. 1. Gutierrez 2. tomo. pract. quest. 17. num. 4. De quibus bonis arrhae soluendas sint, disputant quoque Auctores nostri? & certè demariti bonis esse soluendas, procul dubio dicendum est: quod si sint lucra constante matrimonio adquisita delucris solvuntur: ita ut nō deducatur de parte lucrorum, quæ ad maritum spectat, sed cum dote de ipso bonorum cumulo, cum ceteris debitibus, quæ illum diminuant: sic de communī decidunt arrhae, ut docet peritissimus calculator Ayora d. cap. 7. num. 16. cumque sequutus noster Pichardus in §. quædam 20. inst. de act. ad l. 1. fam. ercisc. num. 55. Arrhas deductas ex bonis lucratis constante matrimonio, non tenetur vidua reseruare filijs ex priori matrimonio suscepitis, si ad secundas nuptias transierit; qui nō habet illas ex bonis mariti, sed ex lucris,

quæ etiam ipsa fecit : quare de huiuscmodi arrhis idem usus obseruat, ac demedietate lucrorum, quæ ad uxorem spectat, quamque predictis filijs reseruare non tenetur, l. 14. Tauri, l. 6. tit. 9. lib. 5. Compilat. Couar, de matrim. 2. p. cap. 3. §. 9. num. 10. Sed quas vi-dua consequuta fuit ex bonis proprijs mariti procul-dubio filijs ex priori matrimonio suscepitis reseruare tenetur, si secundo nupserit. Suarez d. tit. delas arrhas num. 67. Palacios Rubios in d. rub. 27. ubi vterque Ad-ditionator refert nouiores, apud quos & Sanchez d. lib. 6. disp. 27. & seqq. videri possunt alij minus fre-quentes questiones, cum res inciderit.

14 Iure etiam Regio muneribus nuptialibus certa taxatio imposita est, l. 1. tit. 2. lib. 5. Compilat. videlicet ut non possint excedere octauam partem dotis, quam reuera uxor tradidit marito. Hæc mu-nera nuptialia appellantur in ipsa lege joyas, y vestidos, quæ apud nos frequentissimo usu appellantur vistas: & distinguuntur ab spōsalitia largitate, ut mox vide-bimus. Lueratur vero munera hæc eodem modo uxori, & in iisdem casibus, in quibus arrhas lucratur, ut constat ex d. l. 52. Tauri, l. 5. tit. 2. Compilat. Sed ta-men nō potest retinere simul munera hæc, & arrhas; sed alterutrum, habetque ipsa electionem, quam facere tenetur intra viginti dies à morte mariti, si per eius mortem dissolutum fuit matrimonium; quam si non fecerit ad monita ab hereditibus viri, ad ipsos transiitius exigendis l. 52. & quod de uxore super vi-uente diximus, de herede etiam eius intelligendum est, cui etiam in eodem textu effecto attribuitur. No-tandum etiam est, quod legitur in eadem lege, de lo que el marido le hobo dado, siendo en ella desposado: quæ verba denotant, revera munera intercessisse. Vnde si munera realiter non interueniunt, non debetur uxori octaua pars dotis; in quo magna est corruptela in nostra ciuitate, & prouincia adiacenti; nam uxori-ribus

ribus octaua pars dotis soluto matrimonio ex bonis mariti adjudicatur, quando arrharum promissio non interuenit; licet non constet villa munera missa fuisse. Est etiam alia corruptela: nam vestes pretiosae, & munera estimantur ad rationem valoris, quem habebant, quando fuerunt missa, quamvis tempore matrimonij vnu attrita sint, vel consumpta: quod est contra verba legis proxime relata, & ibi: *Todo lo que hobo el esposo dado.* Quæ ad ipsas res, si permaneant, restringunt dispositionem, non vero ad earum valorem. Quare vbi res istæ consumptæ sunt, nihil praeter dotem uxoribus debetur, si non sint arrhae. Sed nec marito imputantur in suum capitale, vt eo plus censeatur habere: quia cum perissent vnu ex eius voluntate, qui donauit, à computatione sui patrimonij exierunt. Hæ sunt frequentiores questiones, & quæ omittuntur a nostris interpretibus forsitan quam nimis faciles, & ex verbis legum facile colligendæ, & nihilominus in his quotidie perniciosè erratur, quod expertus testor. Aliæ videri possunt apud Ant. Gómez in d. l. 52. Taurinum. 5. & ibi, Tauristas, Matienz. & Azeued. in l. 1. & 4. tit. 2. lib. 5. Compilat. Nuñez de Abendaño 1. part. de ex eq. mandat. cap. 15. pat. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 24.

15. Sponsalitia vero largitas etiam apud Nos alia est ab arrhis, & ab his muneribus nuptialibus, quæ ipso die contrahendi matrimonij mittuntur: hæc propriè est cathena, aut iocale, aut quid pretiosum, quod sponsus de futuro ipso sponsaliorum die, siue sponsalium contrahendorum frequenter dat sponsæ. Quæ largitas apud Nos nullam habet taxationem: siue in iocali consistat, siue in qualibet alia re, quod video notasse, & distinxisse Abendañum, d. p. 1. cap. 15. num. 1. versie. 2. quem sequitur Sanchez d. disp. 24. num. 2. Sed ad hoc ut censeatur sponsalitia largiras verè, & propriè, necesse est, vt ea lege done tur

eur à marito, vt nullo casu ad sponsum reuertatur: quæ propriè largitas dicitur, l. 1. §. 1. hoc tit. Alioquin si absolute detur, censemur res donata ob causam nuptiarum; quibus non sequutis, matrimonioq; non consumato, sponsa res donatas non lucratur, niū medietatem per osculum, l. cum veterum 15. l. si à sposo 16. C. dedonat. ante nupt. l. 3. tit. 11. Part. 4. & in hoc casu hæc donatio iocalis non distat à muneribus missis in die contrahendi matrimonij; quinimò utraquæ largitio coniungitur, & simul computatur, ne exceedat octauam partis dotis à marito receptæ, d. l. 1. tit. 2. lib. 5. Compilat. docent Palacios Rubios in repet. rubr. §. 3. num. 4. & 5. Abendaño, & Sanchez ubi pro-

xime.

16 Quibus præmissis tempus est, vt de donationibus, quas Ius Ciuale admissit ante, & propter nuptias dicamus. Si priùs obseruauerimus cum Cujac. lib. 5. obs. cap. 4. alijque apud Osuald. ad Donell. lib. 14. cap. 9. lit. E. Hoc genus donationis ab vsu iam recessisse in Europæ prouincijs: quare quæ circa eam annotaturus sum, tantum scholasticæ disputationi deseruient. Vt ego censeo ante Iustinianum hæc donatio celebrari non posuit, nisi ante nuptias: à quo & nomen sortita fuit: ipse vero Cesar cum patre Iustino imperans constituit, vt fieri posset etiam constante matrimonio, si eo tempore mulier, vel pro ea aliis dotem auxiliet, l. si constante 19. C. dedonat. ante nupt. vnde & nomen mutatum fuit, cæpitque appellari donatione propter nuptias, vt sic apriori vocabulo potestas rei significaretur §. Est & aliud 3. Inst. hoc tit. Donatione hæc ANTI PHERNE græcè dicebatur, id est dos reciprocæ, dos contraria; vt enim dos ab uxore marito data dicebatur PHERNE, ita dos, quam maritus dabant uxori, dicebatur dos contraria, sive ex altera parte, l. cum multe 20. C. eod. tit. Unde rectè deducit parti passu donationem propter nuptias cum dote am-

ambulare: tam in constitutione, quam in effectu.
 Nam ut dos constante matrimonio potest dari, &
 frequenter promittitur ante contractum matrimo-
 nium; sic & donatio nostra; qua est prima compa-
 ratio. Secunda est, ut dos ab ipsa vxore, & a patre,
 vel ab extraneo potest promitti, sic & donatio prop-
 ter nuptias ab ipso marito, vel ab alio nomine eius,
l. si liberis 18. C. eod. tit. de donat. ante nupt. Tertia com-
 paratio est, ut vxori pro dote a se data, quandoque
 soluto matrimonio competit tacita, priuilegiaria-
 que hypotheca, *l. assiduis 11. C. qui potior. quæ incipit*
 a quo tempore tradita vere est, sic marito eadem hy-
 potheca competit pro donatione propter nuptias,
 quæ ab eodem tempore competit *d.l. si constante 19.*
Quarta, ut maritus constante matrimonio vindica-
 re potest res dotales, *l. doce ancillam 9. C. de R. vind. l.*
 in rebus 30. C. de iur. dot. Sic & vxori actio in rem con-
 cessa fuit ad vindicandas res donatas sibi propter
 nuptias. Ut Iustinianus constituit in *Anath. permissa C.*
de donat. ante nupt. quæ extrahitur ex Nou. 61. Quin-
 ta, ut vxor transiens ad secundas nuptias non tene-
 tur reseruare filiis ex priori matrimonio suscepitis
 dotem, quia suum proprium patrimonium est, ita
 nec maritus eo in casu tenetur reseruare ijsdem filiis
 donationem suam propter nuptias eadem ratione,
d.l. si liberis 18. C. auth. pater C. eod. tit. siue Nou. 119.
cap. 1.9. cap. 2. Sexta, omnia pacta, quæ circa dotem
 placuerunt inter coniuges, repetita censentur circa
 donationem propter nuptias, adeò quidem ut si ali-
 quid diuersum circa lucra ab alterutra parte conuen-
 tum sit ad æqualitatem suam in reddituatur per le-
 ges, *l. ex morte 9. l. Leonis 10. C. de part. conuent. d.l. cum*
multa 20. C. de donat. ante nupt. In summa eò deuentu
 fuit, ut præcise maritus teneretur tantam quantita-
 tem vel in rebus, vel in pecunia propter nuptias do-
 nare vxori, quantum ab ipsa dotis nomine recepisse.

set, d. l. 20. §. fin autem. Nouel. 97. cap. I. auth. æqualitas
C. de pact. conuent.

17 Ex his sequitur ut seorsim videamus, an vxor lucraretur fructus rerum sibi à marito propter nuptias donatarū, vt maritus lucratur fructus rerum dotalium constante matrimonio ad eius onera substituenda, l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. cum similibus. Pro parte negativa facit textus in l. vbi ad. huc 29. C. eod. tit. de iur. dot. in quo conceditur mulieri, vt marito vergente ad inopiam possit suam dotem repetere etiam constante matrimonio, vt ex fructibus tamen eius, quam donationis propter nuptias substituere possit matrimonij onera, quibus impar, & minus idoneus maritus sit. Igitur si in hoc speciali casu fructus donationis propter nuptias vxori conceduntur; indicium est, in ceteris idem ius ipsi non attribui. Deinde, quia si vxor sibi lucrifacaret fructus donationis propter nuptias, exinaniretur commodum dotis, cuius fructus marito cedunt: cum æqualis donationis æquales fructus vxor perciperet siue sumptu, & sine obligatione: at hoc est contra æquitatem naturalem; igitur non est credibile ita Romanis legibus fuisse statutum. Ex quibus sic censent glossa in nostro §. est. & aliud. & in auth. dos data C. de donat. ante nupt. & alij. Veteres apud Ant. Gomez in l. 50. Tauri num. 11. vers. Secundo, Hotmanus in disput. de dotib. num. 22. cum quo in hoc conuenit Scipio Gentilis lib. 4. de donat. inter. cap. 16. pag. 461. Osuald. à Donello dissentiens lib. 14. cap. 9. litr. C. Fontanella de pact. nupt. claus. 4. glos. I. num. 9. & 10. dum reprehendit quemdani aduocatum contrarium sentientem.

18 Verum si constitutionum verba intuemur contraria sententia defendenda est: nempe fructus donationis fure proprie ad vxorem pertinuisse, vt dotis fructus pertinent ad maritum: & per con-
fie.

sequens non retineri ab uxore in pignus dotis à se
data: sed in recompensationem compendij, quod
ex fructibus reportabat maritus, quæ sententia fun-
datur, quia omnimoda æqualitas, quam Iustinianus
desiderauit, ut proxime dixi, non aliter daretur, quā
si fructus lucraretur uxori, vt maritus. Deinde quia
Iustinianus ipse recognoscens per hanc donationem
compendium maximum spectare ad uxorem, &
posse fieri constante matrimonio se excusat, &
prætensis coloribus inter hanc, & simplicem quarit
differentias in l. cum multe 20. per totam C. de donat. an-
te nupt. Sed vix esset villa comparatio, nisi mulier
sibi fructus perciperet. Ergo hoc est concedendum.
Deinde si de hac donatione propter nuptias acci-
piendus est textus Constantini (quod vt certum non
statuo) in l. Lex que tutores 22. C. de admin. tut. ex eo
constat non potuisse fieri donationem propter nup-
tias à minore sine decreto iudicis, & consensu cura-
toris. At si minor sibi reseruaret fructus, & tantum
quasi in pignus dotis rem donaret, nil amitterebat, cu-
potius sic inalienabilis res donata efficeretur, vt pro-
bat nosler Pichard. in h. g. est & aliud. Ergo fatendū
est alienable fructus, qui ad uxorem spectabant. De-
nique in d. l. 20. docemur donationem hanc à dote
neque nomine, neque substantia distingui: paribus
que passibus ambulare in restituzione, amissione, &
cæteris, l. Consensu 8. g. vlt. C. de Diuort. Sed præcipua
qualitas, imo substantia dotis in eo consistit, vt ma-
ritus lucrificiat fructus pro oneribus matrimonij,
d. l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. Ergo in hoc, quod
præcipuum est, & substantiale, non debet distingui
nostra donatio à dote. Ex quibus hanc sententiam
veriorem iudico, quam docuit Donell. d. cap. 9.

19 Qua retenta non obstant funda-
menta contraria. Ad primum quippe deductum
ex d. l. ubi autem, respondeo facile, nil momenti affer-

re illi sententiae : cū potius ex ea constet ad inopiam
 marito vergente non tantum donationis fructus, vt
 antea, ad vxorem pertinere; sed etiam dotis, vt ex
 fructibus utriusque substantiaz possit onera matri-
 monij sufferre. Aequum enim est, vt vxor quæ ma-
 net in administratione bonorum, subveniat famili-
 æ necessitatibus tam ex fructibus dotis, qui oneri-
 bus matrimonij destinati sunt, quam ex fructibus do-
 nationis, qui ipsi vxori cedere debebant, quia cum
 maritus impar est oneribus sustinendis matrimonio-
 ni, vxor ipsa illa sufferre tenetur. Ut docet Petr.
 Barbosa 2. tomo in l. si constante 25. num. 57. & 53. sol-
 matr. Aut. Quesada diuersar. quest. Iuri cap. 25. num. 17.
 versic. Contra quem, & seqq. Palacio's Rubios in l. 61.
 Tauri num. 11. versic. an & quando Castillo in ead. l.
 num. 23. Petr. Siguenza de clausulis lib. 1. cap. 10. num.
 3. Non obstat denique consideratio, quam propo-
 fui, exinariri per hoc commodum dotis, si tantum-
 dem percipiat vxor ex fructibus donationis, sine
 vñis oneribus: fatemur enim libentissimè hoc in-
 conueniens: quod tamen solum non fuit, sed aliud
 valde præcipuum, nempe quod pauperes non pote-
 rant ducere vxores dilectes; siquidem adeo æqualis
 futura erat donatio cum dote, vt nulla esset ipso ille
 dos, quam non exequabat donatio propter quod
 in tantum visum fuit Cujacio Nou. 97. plenum ab-
 surdi, vt dicat non posse ita constitui sine summa cap-
 tione, sed verè ita constitui in præd. Nou. aperte de-
 monstrat Fachinæus cum alijs lib. 8. controvers. cap.
 67. Itaque non defendimus iustitiam, & rectam ra-
 tionem huius donationis; sed ius, quod circa eam
 constituit Iustinianus. Hoc postea emendauit Iusti-
 nus minor, cuius constitutionem confirmavit Léo
 Philosophus Nouel. sua 20. Constituitque vt semper
 minor esset donatio propter nuptias, quam dos. De
 fructibus tamen quid deinceps sanctum fuerit, ig-
 noro.

noro. Nouo denique iure Græco nihil de ea certi-
statui potest; quia in Basilicis lib. 28. tit. 4. post alios
priores quindecim ex editione Gentiani Herbeti
desunt duo folia ex originali, in quibus agebatur.
Notat tamen Theodorus ad princ. tit. dotes, & do-
nationes ante nuptias debere esse quales; sed hoc
refero ad pacta super his celebrata; non ad quantita-
tem: nam iam præcesserat derogatio Iustinī Mino-
ris, & Leonis. Quibus de vniuerso iure donationū
relectionem aboluimus, in qua si quid dictum scrip-
tumque sit contra Sanctæ Apostolicæ Romanæ Ec-
clesiæ sanctiones, sensumve, illud ob litteratum vo-
lo, imò iubeo: si quid verò existit, quod promouere
possit studia sectatorum meorum, quibus relectio-
nem adornauit, non insipientiæ meæ tribuen-
dum est, sed Deo Opt. Max. qui inchoare,
prosequi, & ad finem perducere
dedit. Cui laus, & gloria
in æternum.
Amen.

FINIS.



Ggg 3 ELEN

Dicitur de virtutibus. pars 3.

ELENCHVS

Capitum.

SIVE

Totius relectionis epitome.

CAP. I. DE VIRTUTE LIBERALITATIS.

CAPITALES virtutes; Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, quomodo potestas perficiantur. Partes integrales earum censentur, quae concurrunt per speciales habitus ad totum virtutis perficieandum. Subiective, que persantur circa species. Potentiales, dicuntur secundarie. Liberalitas est virtus annexa Iustitiæ ex mente D. Thomæ. Eius diffinitio ex Philosopho, & eadem Angelico Praceptor. Omnia, quæ sub patrimonio nostro sunt, appellatione pecunie continentur. In erogatione pecunie consistit Liberalitas. Beneficentia vero in officijs præstatione. Emendatur Iuvenalis Satyr. 14. Explicatur latè cap. 1. hoc tit. Quid sit nobilitas? Nobiles euri sint liberaliores plerunque? Atodum rationis requirit Liberalitas. Cutus quatuor regule proponuntur. Constitutum est, voluntas bene affecta erga munificentiam, quæ susponit, sed non mouetur ex meritis accipientis, l. i. hoc tit. l. 1. tit. 4. Part. 5. In quo à misericordia differt. Vbi est necessitatis ratio

no, cessat liberalitas, l. si seruo 84. de hered. inst. l. vnum ex familia 67. §. i. de legat. 2. Aliquando Millericordiae opera imputantur liberalitati, l. pruilegia 12. §. i. C. de Sacrol. Eccles. l. Sancimus 34. §. i. C. hoc tit. manumittere servum opus pietatis dicitur in l. i. §. i. C. de commun. seruo manumisso. Liberalitatis fructus est Benevolentiam conciliare.

Est h.e.c. virtus interduo vitia opposita. Avaritia pugnat per defectum. Prodigalitas per excessum. Vitium avaritiae detestabile: eius species. Imperatores nonnunquam inserunt constitutionibus suis verba, aut emisticchia Pœtarū. PRODIGVS. Explicantur Horatius, Iuvenalis, Catullus, qui emaculatur. Vtrumque vitium ius tentauit corriger. Apertiūs Prodigalitatem, interdicto commercio prodigis. Excitauit etiam avaros; exemplaque huīus prouidetie afferuntur. Liberalitas & Donatio differunt, tanquam habitus & actus, per quem ille adquiritur. Quare donatio petit perfectionem à virtute liberalitatis in genere moris. Sed à iure tantam consequi non potuit: licet mediū viciutis per varias constitutiones quereret.

CAP. II. DE ÄTIMOLOGIA ET DIFFINITIONE.

DONATIO à dono dicitur. Ätimologie I. Consultorum fere exprimunt substantiam rei. Exempla. Græcè ΑΡΟΤΟΥ ΔΟΡΟΥ. DORON significat palmam manus, & donum. Exposita Vulgati Phrasis Latina Proverb. cap. 31. vers. 19. Emaculatur Vitruvius. Fit donatio de rebus immobilibus. DONVM & MVNVS polysema, & varie significationis. Explicantur I. munus 18. l. inter donum 194. l. munus 214. de V.S. cap. sunt nōnulli 114. l. q. i. Quo insensu dicitur Lex DONVM DEI in l. 2.

l. 2. de legibus? *Dissimilitudo.* Liberalis ponitur loco generis: per quod conuenit alijs à diffinito, precario, & pollicitationi, & similibus. *Datio loco differentia.* Prima oppositio de in honestis donationibus: dissoluitur ex intentione iuris, quod probos homines complete nec intendit, nec potest facere. Secunda oppositio de rei alienæ donatione. Diluitur: ex mente donantis; quia vult dare; & quia verba in diffinitionibus non dicunt actum, sed appetitum. Vnde producitur verus titulus pro donato. Aliquando donatori rei alienæ licet donationem reuocare, si bona fide donauit: non tamèn, si sciens donauit. Explicantur l. 2. pro donato, l. cum profitearis 4. C. de reuocand. donat. Rei proprie donatio dicitur perfecta, & completa simul. Rei alienæ dicitur perfecta, & incompleta. Aliæ diffinitiones referuntur, & improbantur.

CAP. III. DE DONATIONE REMUNERATORIA.

TERTIA Oppositio de donatione remuneratoria, que fit ex motu gratitudinis non ex motu munificentie, & cum aliquali necessitate. Antidotalis obligatio, nec tollit motivum beneficentie, nec inducit necessitatem iuris. Vinculum equitatis, quo solo substitetur obligatio naturalis, dicitur ex iure gent. coactionem: gratitudinis vero debitum tantum est morale. Probatur varijs fundamentis. Quo in sensu remuneratio sit donatio gratuita agnouit Papinianus in l. donari 29. hoc tit. Explicantur text. in l. sed si lege 25. §. consaluit de petit. heredit. l. si pignore 54. §. i. de furtis. Latius, & ex professo expōnitur l. Attius Regulas 27. hoc tit. & componitum cum l. Lucius 32. eod. tit. Honor debitus Magistris. Nicostratus Rhetor. Rhetoribas merces persoluebatur. MINERVAL. Con-

Conferre cum prudentibus. Explicatur Paulus lib. 5.
 sentent. tit. i. i. §. 6. l. si pater 34. §. 1. hoc tit. Papillus
 ad remunerandum patrō non indigeretur tutoris auctoritate,
 l. vt iurisiurandi 7. §. dabatur 5. de oper. libert. Reme-
 dium vero habet paratum, si oneret libertatem suam.
 Obsequium idem cum operis officialibus: indictio à patrono
 praestanda sunt à liberto; debentur enim ex naturali officio
 gratitudinis. Exiguntur officio iudicis. Fabriles debentur
 ex promissione, ex iuramento, ex contractu: petuntur iure
 actionis. Illae nunquam repetuntur ut indebitæ, istæ repe-
 tuntur, l. si non sortem 26. §. libertus 12. de con-
 dict. indeb. Antidotalis obligatio non facit cessare inde-
 biti repetitionem. Explicatur text. in d. l. si non sortem
 26. in principio. Vsuræ in mutuo non debentur efficaci-
 ter ex pacto, & ob id dicuntur indebitæ. Pactum ANTI-
 CHRESEOS, l. cum debitor 8. quibus modis pignus vel
 hypotheca. Tacita antichresis. Vtraque iure Canonicæ
 improbata, cap. cum contra 6. de pignor. Aliquando
 iustificatur ex debit is regulis lucri cœsant is, aut damni emer-
 gentis. Remuneratio aliquando pro solutione cedit, l. idem.
 que 10. §. vlt. l. uero 12. mandati. Donatio remune-
 ratoria non renocatur ob ingratitudinem; nec ob superueni-
 entes liberos. Caussa remuneracione dignæ sub cœiuitarbi-
 trio iudicis.

CAP. IV. DE REMISSIONIB. ACCEPTILAT. &c.

QUARTA oppositio de acceptilationibus, re-
 missionibus, perdonationibus. Sunt iuriū
 remissiones, cessionesque in quibus datio inter-
 venit. Res in corporales possunt donari. Liberatio
 obligati non est donatio: quavis sit remissio.
 Non regulatur per regulas donationis. Explicatur l. Mo-
 destinus 23. hoc tit.

**CAP. V. DE PROMISSIONIB.
LIBERALIBVS.**

ILLATIO prima. Promissio facta ex causa liberali non est donatio. Quia non est datio. Fundamenta. Prouenit ab auctoritate Prudentum, quod media iurisprudentia, promissio fieret per stipulationem, nec alia minus sollempnis sufficeret. Est tamen imperfecta donatio, perficitur in esse donationis repetitione tradita: Ex duplice instanti promissionis, & traditionis, unum conflatur. Leges tamen prohibentes, aut modifcantes donationem, ex identitate rationis, aut a fortiori comprehendunt promissiones, l. ut mihi 21. §. 1. fideiustorii 24. hoc tit. Confirmantes vero illam, non extenduntur ad has, l. Papinianus 23. de donat. inter vir. in quo promissio ab acceptatione distat, l. cum hic status 32. §. 6. ut autem, l. vit vxori 54. eod. tit. De donatione facta per delegationem, vel per suppositionem donataris per varias species. Explicantur, l. 2. §. 1. §. pen. & vlt. l. qui quod 33. §. vlt. l. vlt. §. vlt. hoc tit. l. profectitia 5. §. quod si quis 2. de iure dot. l. Iulianus 7. de doli malii except. Spes per cessionem potest donari, l. spem 3. C. hoc tit.

**CAP. VI. NEC ESSE CONTRACTVM, NEC ACCEP-
TATIONE INDIGERE.**

SECUNDA illatio. Non est contractus. Ratio. Fundamenta a iure positiva. Promissio liberalis per stipulationem emissa contractus est stipulationis: sed non donatio. Per consequens est contractus sibi eti

Alii uris, l. eum qui 22. hoc tit. Nuda promissio ad effica-
 ciam per Iustinianum redacta, non est contractus: nec pactū,
 l. si quis argentum 35. g. sed si quidem 5. C. hoc tit.
 Est pollicitatio. Quae accepta à donatario non efficitur pa-
 ctum. Ratio differentia. VOTVM. Fastus Grecorum Impe-
 ratorum. Promissio hæc nuda parit conditionem ex lege.
 Actio præscriptis verbis non semper ascitur ex contra-
 ctu. Defenditur vetus nostra opinio aduersus nouam impug-
 nationem. Nuda ratio nec olim, nec nunc inducit donatio-
 nem. Explicatur l. nuda 26. hoc tit. Relatio vero facta
 intestamento efficax est, l. ex hac 16. hoc tit. Persaturam
 nonnulli textus exponuntur, in quibus non deciditur, sed
 supponitur, donationem esse contractum.

Non indiget acceptatione ad complementum
 in esse liberalitatis; sed ne destruatur: sicut ad effectum acqui-
 sitionis perfectæ. Quæ beneficia in iuuentum conferantur
 qualia non? Questio non versatur circa promissiones per
 stipulationem factas. Nec circa donationes, quæ habent ad-
 mixtum negotium. Sed circa donationes factas amentibus,
 absentibus, infantibus, furiosis. Donatio dicit relationem ad
 acceptationem secundum dici, non secundum esse. Ex-
 plificantur l. si vero 8. g. & si mortis de bonis libert. &
 Cicero in Topicis. l. etiam 4. l. absenti 10. ff. l. nec
 ambigi 6. C. hoc tit. Mandatum ad donandum, quare-
 nus distet à mandato ad accipendum? Explicantur l. si ego
 9. g. l. de iure dot. l. si sponsus 5. l. sed interim 11. g.
 idem Marcellus, & seq. de donat. inter. l. cum pater
 77. g. Mauro 6. de legat. 2. l. 2. g. sed & si quis 6. l.
 hoc iure 19. g. si quis 3. ff. hoc tit. l. si quidem 8. C. de
 de obligat. & actionib. Differentia quoad heredes pol-
 licentis inter promissionem factam privato, & pollicitatio-
 nem factam Reip. Iure Canonico acceptatio non est ne-
 cessaria, cap. si tibi 17. de præbendis in sexto. Nec iure
 re nostri Regni, l. 4. tit. 4. Part. 5. l. 2. tit. 16. lib. 5.
 Compilat. Lex Civilis recte potest flatuere, ut donatio
 sine acceptatione non valeat.

**CAP. VII. DE DONATIONE
RERVM EXTORTA.**

TERTIA illatio. *Donatio per vim extorta nullius est momenti. Fundamenta à ratione, iure perita. CONCUSSIONIS. Vis potest adhiberi actui stipulandi, & actui exigendi pecuniam promissam. Differentia inter solutionem, exactiōne m: illa incipit ab instantia, & oblatione debitoris: hec ab instantia, & petitione creditoris. Explicantur, l. ex ea 7. de conditione ob turpem causam, l. pupillus 24. quæ in fraudem credit. Excursus circa Pragmaticas reductionis, aut reprobationis monetæ: quid significet verbum PAGASA. Vis adhibita actui stipulandi, non impenitentium obligationis: quia stipulatio obligat ex forma: prebet tamen exceptionem, quia deficit iusta causa, l. si ob turpem 8. de condicione ob turpem causam. Ob id rescindi contractus dicitur, l. si donationis 7. l. vlt. C. de his quæ vi. Si promittere per vim, voluntarie soluit, repetere non potest, l. 28. cit. 11. Part. 5. taxatur in parte iuramenti.*

**CAP. VIII. DE ERRORE, DO-
LO, ET DUBIETATE.**

QARTA illatio. *Donatio errore facta non valet. Ratio, & exemplum. Componitur antinomia, quæ extare creditur inter l. qui mihi donatum 13. hoc tit. & l. per servū 37. §. quod si unius 4. de adquirē rer. domin. Et inter l. li Ego 18. de reb. cred. & l. cum in corpus 36. de aquit. rer. dominio. Retractatur quedam opinio, quæ proposuit in Opulculis. Explicatur l. si*

I. si tibi 25. hoc tit. Donatio per dolam irrita est. Ex parte donatoris contraria donarium primo; si illi sciens rem alienam donauit, l. Attilo 18. §. vlt. hoc tit. Cur actio de dolo in hoc casu detur contraria donatorem? Nisi interposita fuisset stipulatio dolum malum ratabile. Donator rei determinata de euictione non tenetur, nisi per stipulationem promittat euictionem, l. 2. C. de euictionibus. Pactum nudum non sufficit. Paulus lib. 5. sent. tit. 11. §. 5. Liecit in traditione rei pactum dicatur. Explicatur l. in traditionibus 48. de pact. Nec post Iustinianum pactum nudum efficax est ad prestandam euictionem: quia assecuratio est exuberantior donatio. Defenditur communis opinio, & intellectus d. l. 2. contra nouam impugnationem. Dicitur de iure regio. Venit euictio in donatione ob ea usum; non in remuneratoria. Quando donatio incipit a promissione, venit etiam Ratio. Ex parte donatoris contra Tertium donis illidit donationem; que est secunda regula. Exemplum de donatione in fraudem patroni. Explicatur l. 4. §. si quis autem 29. de dolii except. De donatione inoficiosa in fraudem legitime filio debite. Ordine recensentur constitutions, que ad hanc rem spectant. Differentia in iure donationes collatas in extraneos, & in filios. Explicantur, l. Titia 87. §. Imperator 3. cum §. seq. de legat. 2. titulus C. de inoficie donat. l. 8. tit. 4. Part. 5. l. 12. tit. 6. l. 3. tit. 8 lib. 5. Compilat. Dereuocatione donationis obnatiuitatem liberorum, & incidentem in officiostatem, ad l. si unquam 8. C. de reuocand. donat. De donatione facta in fraudem Fisci, & confisicationis, ad l. post contractum 15. C. hoc tit. In fraudem tributorum, ad l. 6. tit. 9. lib. 5 ordinam l. 11. tit. 10. lib. 5. Compilat. l. 212. Styli. Ex parte donatarij contradonatorem, quando extorxit per dolum donationem, quiescit tertius casus: irritatur donatio. Exempla. SVFRAGIVM: Explicatur l. vnic. C. de suffragio. Vtrum per enormissimam possit rescindi mera donatio? questio est de subiecto non supponente; idcirco omittitur. Ex parte donatarij contra tertium. Quae-

rancure exempla. In dubio non presumitur donatio. Proposuntur casus sub quibus haec regula recipienda sit. Explcantur text. in l. Procula 26. de probat. cap. & si quæstiones 18. de simonia, l. cum de indebito 25. vers. sin vero de probat. cap. super hoc 3. de renuntiat. cap. 2. de restit. spoliat. Ex eadem ratione liberalitates in dubio coarctandæ sunt, nec adiuvare debet interpretatio. ne. l. serui 5. l. si domus 7 1. §. vlt. de legat. 1. l. cum pater 77. §. à filia 10. de legat. 2.

CAP. IX.

DONATIO prodiga ipso iure naturali irritatur. Talis reputatur regulariter omnium bonorum. Aliter sentiunt primores Iuris interpretes, nisi sit omnium bonorum presentium, & futurorum simil. Utuntur textibus in l. omnes 17. §. 1. quæ in fraud. credit. & l. 1. C. qui numero liber. lib. 10. possent etiam adducere, l. si vñquam 8. C. de reuocand. donat. Quibus tamè satisfit: quia in illis, quanvis omnium bonorum sit donatio, est prouida. Pro sententia nostra expeditus text. in l. nulla 4. C. de iure dot. Ex prodiga donatione acceptum non licet retinere in conscientia. Ex iure Hispano inuicta etiam est omnium bonorum donatio, l. 7. tit. 12. lib. 3. fori, l. 69. Tauri, l. 8. tit. 10. lib. 5. Compilat.

CAP. X.

Donatio collata à patre in filium ipso iure nulla est, item à domino in servum, l. 1. §. 1. pro he de. Paulus lib. 5. sentent. tit. 11. §. 3. ex identitate personarum, quam ius ciuile induxit. Quà seclusa valer: veluti ex causa castrensis peculij. Cui si non imputatur, accèsetur peculio pagano, l. donationes 3 1 §

pater 2. hoc tit. Itē ex causa dotis, l. Pōponius sam. ær. cis. Explicatur l. cū pater 77. §. pater filix 17. de leg. 2. Subtilis differentia inter donationē inter cōiuges, & colatam in filium. Explicatur l. 2. §. filium 2. pro herede, & §. quod vulgo 1. l. 2. §. 1. pro donato. Vtrum morte patris, & tacita voluntate confirmaretur olim variatū fuit, donec Iustinianus in l. donationes, quas parentes 25. C. de donat. inter. confirmari voluntate tacita dissertē precepit. Agitur de collatione rerum donatarum. Donatio simplex, quæ a iōquin valida est, non conferetur, donatio ob causam conferetur. Explicatur l. si collatione 13. C. de collat. bonor. Actum de iure regio ad interpretationem l. 29. Tauri.

SECVNDA PARS.

CAP. XI.

AMENTES, mentecapiti, infantes, furiosi donare non possunt. Item pupillus, & prodigus. Minor vigintiquinque annorum potest mortis causa donare. Curatorem habens non potest donare inter viuos: non habens potest, sed paratam habet restitutionem. Explicantur l. 2. C. si aduersus donationem l. vlt. C. si maior factus alienationem. Ex iustitiamen, & solemini causa potest cum tutore, vel curatore donare, l. vlt. de Curat furiosi. Idem dicitur de Syndico, Decurionibns, & similibus administratoribus rerum publicarum. Filius familias de peculio pagando donare non potest, de castrensi potest. De aduentitio non potest. l. filius familias 7. hoc tit. l. vlt. §. filii autem C. de bonis, quæ liberis, nisi bona sint, quorum patri usus fructus non queritur. Aut h. excipitur, C. cod. tit.

CAP.

CAP. XII.

BONORVM Ecclesiasticorum quedam sunt propria dignitatis, Ecclesie, aut fabricæ; quædam cedunt in compendium, emolumentum, fructusque Episcopi, aut Curati. Illa prelatus donare non potest, nisi ex necessaria, aut utili causa Ecclesie, formis à sacris canonibus data obseruante, quæ de re remissive dictum. Decompendio, quod prouenit Episcopo acrior insituitur disputatio. Diuisio fructuum, & prouentum Ecclesiasticorum. Primis Ecclesie temporibus omnes administrationi Episcoporum concredebantur. Postea S. Urbanus I. cepit interdicere eorum abusum, cauereque ut inter pauperes distribuerentur. In quarto Concilio Carthaginensi in quatuor partes distributi fuerunt, Episcopo, Clero, pauperibus, fabricæ. Nisi hæc diuisio à S. Sylvestro I. facta sit. Ecclesia Hispana tres partes fecit, quarum tertia pars fabricæ cedebat, tertia presbyteris, diaconibus, & ceteris Ecclesie ministris, tertia pars Episcopo iphi: pars fabricæ traddebaratur administranda Episcopo. Gallicana Ecclesia economia Hispanæ fere sequuta fuit. De his, quæ cedebant Episcopis, ipsis prohibitum fuit restari, & quibuscumque Clericis cap. 1. de testam. cap. 1. 12. q. 5. A Gregorio Magno postea repetita fuit prohibitio in Concilio Lateranensi, & in alijs. Diuersum de rebus prophanis. Inde usus inuentarij à tempore Concilij Tarraconensis sub Theodorico Ostrogothorum Rege. De donationibus tamen inter viuos nihil satis expressum in veteri Ecclesie politia inuenimus. Modicas donationes non fuisse interdictas suadetur, ex cap. 3. hoc tit. De quin quagessima, & certissima donata al constructionem Ecclesie, explicatur Canadonar. eti 74. 12. q. 2. Agitur ex iure ratione de iustitia donationum factarum ab Episcopis de prouentibus, qui ipsi cedunt. Diuisio decimarum exactiis facta fuit in lege scripta, quam in lege gratiae. Explicatur latè textus in cap. 1. de decimis, Redditur ratio

ratio. Ex qua si, re strictione charitatis obligatione Episco-
 po i. alligati sunt in lege gratie de superfluo dando pauperi-
 bus. Tota tamen charitatis est, non iustitia ex sententia
 D. Thomae quantum amur, & cuius malea testimonia expen-
 dimus. Ex quo consequitur auare regimenterem, vel professe
 in tantem bona Ecclesiastica granissime, mortaliterque pec-
 care, ad restitutionem tamen non teneri. Sacrosanctum Con-
 cilium Tridentinum lxi. 25. de reformat. cap. 1. scere ad
 viuum expressit Angelici Praeceptoris doctrinam, normam
 vivendi Episcopis praeditam, Maxime circa studium augen-
 di familias. Praeceptum hoc iuris diuini naturalis est a ra-
 tione, & obligatione status proueniens. Tenet omnes Ec-
 clesiasticos, etiam ipsum apostolatus apicem. Tenet etiam se-
 cularis praeceptum de elemosyna danda de superfluo, sed
 cum aliqua differentia ex prudentiae regulis fetita. Hac
 obligatio ad strictius tenet adhuc Episcopos assumptos ex
 claustro, quorum vota eleuantur, non rescinduntur per alle-
 ctionem ad Episcopatum. Agitur de voto castitatis. Et cx-
 ponitur D. Thomae locus 2.2. quest. 185. art. 8. ad 3.
 ex nostro iure. Explicatur text. in cap. statutum, i.
 18. q. 1. cap. cu olim 14. vers. praterea de privilegiis.
 Sed hæc obligatio, quantumvis ad strictior sit intra eamdem
 lineam charitatis continetur. De donationibus causa mortis
 ab Episcopis, & Clericis factis, & in prohibitas personas col-
 latas ad l. 9. Tauri.

CAP. XIII.

DEVS Opt. Max. tanquam supremus
 dominus rerum à se creatarum, conser-
 vatarumque suprema gaudet potestate do-
 nandi, cui voluerit. Ex diuina donatione
 primum hominibus dominum acquistum fuit. Genes.
 cap. 1. vers. 27. & cap. 10. vers. 5. Nullus magis legi-
 gitimus titulus est, quam Dei voluntas, quoties de ea per suffi-
 cien-

cientem Ecclesie manifestationem constat, explicantur
text. in cap. 1. 8. dist. cap. conuenior 21. 23. q. 8. Su-
pernum hoc dominum vicarioiure in Principes derivatum
fuit, iusste tamen moderandum, & quoties necessitas, aut
veilas publica id postulat. Cui in eo casu cedit dominium
priuatorum. Varijs exemplis explicatur hoc dogma. Di-
ctum de bonis Principis, sive ad priuatum ipsius patrime-
num, sive ad publicum spectantibus. De priuatis largus,
& magnificus debet esse; non ira de publicis. De quibus ta-
men digna obsequia remuneratione iusta prosequi debet.
Quod est subsidium in bello, & in pace. Arcebit tamen pe-
aces, & adulatores, gratiosos in aula, & reliquos erarij
sanguis suas. Locus Senecae de benef. lib. 2. cap. 15. &
seq. illustratur. Regum inconsulto donationes a successo-
ribus iuste irritantur. Dictum de remunerationibus ab
Henrico factis, quas apellamus Mercedes Henrique-
nas. Explicatur l. vni. c. si liberalit. Imp. Socius.
Iudicium de Codice Theodosiano. Laudatur, illus-
tratur, & defenditur Constantini in Ecclesiam collatadona-
tio ad explicationem text. in cap. Constantinus 14.
96. dist.

TERTIA PARS.

CAP. XIV.

IN donationibus ob causam non videtur verificari
nostra diffinitio: quia nec videntur donationes irre-
dibiles. De fideiussore, qui animo donandi interces-
sit obviter dictum. Modus quid sit? Donatio sub
modo facta statim vires sortitur. De sermone donato,
ut poss. quinquennium manumittatur. Explicatur, Lex
Aristoteles 18. hoc. tit. Quid sit admisseri negotiam donatio-

¶ Dictum de Constitutione Marci ad Ausfidium Victori-
num de lege dicta mar. vmissionis seruo proprio sive donato,
sive permutato. Receditur, & defenditur sententia, que
prostat in Opusculis aduersus nouam reprehensionem. Ita-
rum explicatur lex 3.9. quid si ita de condicione causa
data caus. non seq. Disquisitur quando censeatur datio
ob causam, aut donatio ob causam. In illa purum negotium
est; in hac admisetur donationi. Quatenus aliquid conti-
net donationis, lucrum afferit irreuocabile donatario. Expli-
catur, lex quod autem 7.9. vlt. de donat. inter. Do-
nator ob causam interim rufucapit, ut donatarius causa
mortis. Quenam actiones competant donatori, & utrum
competat vindicatio rei? Vtrum modus adiectus donatio-
nioni in favorem Tertij, non donatio sit? Quanuis sit libe-
ralitas, non erat donatio iure Veteri, post Iustinianum vero,
& ex iure Regio vera donatio censetur, & irreuocabilis. Ex-
plicatur, Lex quoties 3. C. de donat. quae sub modo.
Defenditur decisio textus in l. 7. tit. 4. part. 5. Vindicatio
tantum in causa alimentorum competit iure Romano do-
natori. Explicantur Lex 1. C. eod. tit. L. Cum te 6.
C. de paet. inter empt. & vendit. L. si donatione 3.
C. de Contrah. empt. De donatione submodofacta Ec-
clesie explicatur text. in cap. verum 4. de Cond. ap-
posit. & contra cauilllos hereticorum defenditur. Donatio
ob causam, quae respicit prateritum, non renunciat falsa
causa apparente, nisi sit causa adaequatè finalis, propter qua
datum fuit. Explicantur lex damus 52.1. in summa 65.
§. id quoque 2. de Condicione indeb.

CAP. XV.

DE DONAT. IN DIEM, ET VSQUE
INDIEM.

Exponitur differentia inter diem ad quem, & ex quo.
Donatio potuit fieri usque ad diem eius cum legatis
lxxviii di-

differentia. Explicatur lex vlt. C. de legat. In haec dona-
tione liberalitas versatur circa inter usum. Explicatur
ex professo. Lex Scia 42. de donat. causa mortis.

CAP. XVI.

DE DONATIONE CON- DITIONALI.

CONDITIO duplex est, iniciativa, & resolutio-
na: proponitur, & utriusque duplex etiam dif-
inition. Actus effecti non recipiunt conditio-
nem iniciativam, ideo donatio, que incipit a
traditione illam non recipit: recipit tamen reso-
lutivam. Que aliquando ponitur donationi ipsi, sive titulo, o
ali quando tantum in traditioni. Explicantur, Lex non omni-
nis 19. de reb. credit. l. 2. q. si pecuniam s. h. tit. l.
qui mortis 29. de mort. causa donat. Defructibus ex-
pliatur Lex cum quis 12. de Condict. causa data,
l. videamus 38. q. idemque 3. de Usur. Donatio condi-
tionalis diffinitur supposito implemento, ut ceteri actus, &
contratus, qui sub conditione possunt fieri. Donatio perfe-
cta conditionem, aut modum postea non capit. Lex perfa-
cta 4. C. de donat. quæ sub modo.

CAP. XVII. DE DONAT.

CAVSSA MORTIS.

QUÆ sit donatis causæ mortis? Continet speciem
negotij: siebat per traditionem dupliciter, vel
lege dicta ut dominium non transferretur statim, vel contraria. Potest etiam fieri in tripli-
cementum, veluti ut reuocaretur, si donator
misaret voluntatem, vel prædecederet donatarius: haec est
causa mortis.

vulgaris, & frequentior. Vel in easum solum mortalitatis. Vel in easum determinari periculo. In quibus omnibus speciebus salvatur mortis causa donatio: & in re dubia, frequentior, & vulgaris censetur facta. Forma vetus, & noua huius donationis. Revocata donatione utilis actio competit donatori, l. qui mortis 30. de morte caus. donat. De donat causa mortis, que incipiebat a promissione testimonium Antistiti Labeonis apud Festum iure veteri per stipulationem celebranda erat: agitur de qualitate huius stipulationis. Substinetur esse in firmam, & minùs, quam conditionalem. Quo modo concipienda sit? Differentia inter stipulations, quibus causa inest intrinsecus finaliter, & quibus inest ex suppositione. Explicatur textus in l. si pater 76. de iust. dot. & in l. apud Celsum 4. §. 1. de doli except. Fiebant donationes causa mortis per delegationes, & per alia schemata, velut i traditio tabulis. Semper donatio causa mortis in presentem conferebatur, l. mortis 18. §. Titia 2. de morte caus. donat. Potuit fieri in testamento eadem tamen forma, & presentia seruata. Facta mentione mortis, in dubio presumitur mortis causa donatio. De forma, quam accepit a Iustiniano. Au ab ecore scripsi possit sine licentia mariti. Quenam sit comparatio, & quenam differentia inter hanc donationem, & legata per varias regulas, & ex varijs testibus explicatur.

CAP. XVIII. DE REVOCANDIS DONATIONIBVS OBI IN GRATITVDINEM.

ALIVD est non remunerare negotium; alio dicitur esse ingratum positum: utrumque vicium in punitione reliquit. Romana Resp. ratio reddiatur: quia

voluit efficiere cautiores donantes. Et quia agnouit donatio-
nes captatorias plerumque esse apud Romanos. Lux Sene-
c*x*, Valerio, Xenophonti, Tacito, & alijs Clasicis.
Postea placuit Atheniensium lex de puniendis ingratis. Or-
dinedigeste, & expositae leges tituli. Quanis imminet
reuocatio ob ingratitudinem, dicitur irreibiliis datio
donatio; quia hic casus est contra intentionem donatoris.

QVARTA PARS.

CAP. XIX.

AD LEGEM CINCIAM MVNERALEM.

PER Legem Cinciam, & ciuiles constitutiones
quasitus fuit a iure modus liberalitatis in dona-
tionibus. Dictum de Auctore legis, & de prima
cautione per indicem. Secunda pars pertinuit
ad moderandas profussas donationes inter priuatos. Expli-
catur princip. fragment. Vipiani, cum supplemento
Pithxi, L.contra 29.de legib. Qualis modus fuisset im-
positus. Excipiuntur cognati. Dicitur de exceptis personis
ex conjectura. Explicantur, l.9. §.1. I.cum de modo
12. I. Modestius 23.hoc tit. In hac parte lex fuit im-
perfecta. Explicantur I.tideiustri 24.hoc tit. I. Parte
5. §. si cum 5.de doli except. Et acriori examine expo-
nitur, l.21.hoc tit. Tertia pars legis Cincie pertinuit ad
formam, ut null'adonatio rata esset, nisi que traditione, ma-
nipulatione, cessione ve in iure perficeretur. In qua parte per-
fecta lex fuit, & aliter factam donationem irritam fecit.

Explicatur, l. i. §. cum venditor. quib. mod. pignus,
vel hypoth. sol. & in l. 5. §. 2. de doli except.

CAP. XX.

DE RESCRIPTO ANTONINI.

PROMISSOR ex causa liberalitatis non conue-
nitur, nisi in quantum facere potest. Ex constitutio-
tione Antonini Pij: ex qua non tantum consente
exceptio, sed actio in factum, ratio rescripti. Cessat
fauor in persona heredis, nisi sit filius. Exponitur, l. Nen-
scius 41. de re iud. in princ. & §. 1.

CAP. XXI.

DE FORMA DATA DONA- TIONIBVS A CONS- TANTINO, &c.

IN hoc capite disceptatur de forma, quam Princeps
Christiani dederunt donationibus à Constantino us-
que ad Leonem philosopum: quorum constitutiones
ordine, & ex serie temporum recensentur. Item
constitutio Alphonsi Sapientis; que extat in l. 9. t. 4. p. 5.

CAP. VLT.

DE DONATIONIBVS ANTE, ET PROPTER NVPTIAS.

IURE digestorum cognita fuit liberalitas à sponso in
sponsam collata: secundum quod valuit, quamuis ma-

erimonium non sequemur: sed ex constitutione Constantini in l. cum veterum 15. C. de Donationib. ante nup. habet tacitam conditionem, si sequatur matrimonium: ut olim omissione munerum solemnium: quæ à pragmaticis dicuntur loias, y donas. Hec à consanguines mariti data consentur data ab ipso marito. De arrhis, sive sponsalibus. Non habuerunt iure destinatam quantitatem. Quanda esse restituenda coniugi, qui eas dedit. Explicantur tex. in l. vn. C. si Rector Prou. & in l. 38. de ritu nupt. De poena non contrahentium matrimonium arrhis acceptis. Dictum de arrharum iure Regio. Item de iure Visigothorum. Quæ sit sponsalitia largitas apud nos. Donatio propter uuptias in toto Orbe Christiano desit frequentari. Quæ sit uisus lis fuerit ex iure Romano nouiori. Quæ sit uisus late discutitur.

F I N I S.

SALMANTICÆ.

Ex Officina Antonij à
Cossio, Typographi
Vniuersitatis.

zi al tribunale di quello per far j' i renare ragione, yj
do par Cōfōlo domo i Liguri & i Gantifici, et di loro trio-
fi, e fēndo Cenfōre fece fare & la friccare la strada Emi-
lia, & il pāte Milivo, & fu di tanta autoritā che egli
lo col suo consiglio hebbe forza di muovere Opimio contro
à Gracco, & Mario contro à Glaciuia, & contro à Satur-
nino. Il medesimo comandò al suo figliuolo che non gli ca-
pitasse in manzi, per che egli hauera abbandonato la guar-
dia, il quale figliuolo per quel disonore da se stesso fu
ammazzò, il detto Scavro e fēndo Vecchio et accusandolo
Vario Tribuno della Plebe, con dire, che egli hauera tol-
lato


mazaro uincou & tu iuva uana uia jop... cui te fia per scherno fida vn certo Rabirio Senatore por-
tata a tornoad vno coniuto.

Di Lucio Lucullo. CAP. LXXXIII.



V CIO Lucullo nobile litterato & ricco e fendo
queflore fece vn bellissimo apparechio & dona-
tino al Popolo, a preffo per opera di Murena fe-
ce amica l'armata di Miridate in Asia, & Tolommeo
Re d' Alexandria à Silla Confolo e fēndo Pretore gover-
no l'Afri-

atti



R H E T S

ICD. 31. 18

I. 25. III
ES 1. 91.

T. BLA. 6

N

RD

G-E 1353

A. 9. G. 4

XI. 21

T. 39.